

ARCHIVES
10

REGISTRE DES CONCLVSIONS
DE LA NATION DE NORMANDIE
FONDEE EN LVNIVERSITE DE PARIS
COMMENCANT LAN 1656

ARCHIVES
10

(N° M bis) Registres
de l'Université

1re Série = 4e Division

Livre des Conclusions
Nation de Normandie
de l'an 1656 à l'an 1759

parente: M. C... Rott.
professore apud plessæos: M. ...
...ogo, socio Sorbonico, et plessæorum prim...
...picard. Nat. Deputatis. Quâ in Legatione
...Nationis tenuiter Euenere, utpote ex decem millibus
Librorum, quibus tunc auctum est vectigal annuum
professorum omnium, in collegiis pleni exercitii doce-
=tium, quinque millia, quadraginta duæ libræ reditu
annui in commodum venerunt et utilitatem D.D.
Venerandæ Nationis professorum. Quam in Rem
Natio Ven. gratam sui voluntatem M. Joanni
Des Authieux singulari Honore (qui Honos Nemini
antè contigit) dono duntaxat argenteo Testificata
est, cui Nationis Norm. Insignia cum his
verbis incidi jussit, Ex Dono D.D. professo-
=rum Ven. Nat. paris. M.o Joan. Des
=Authieux de ipsis benemerito.

Quod Donum ab Ornatissimo procuratore,
Æquissimo Censore, et fidelissimo Quæstore V. Nat.
præcedente primario Bidello, oblatum est dicto M.
Joan. des Authieux in suo Cubiculo Harcuriano,
Nomine omnium professorum Venerandorum
Mense Jun. an. 1698. Vide lib. 3. Nunciatuum.
fol. 171. verso. 187. Recto.

Hoc inter alia Juramentum præstare
Solebant Majores Nostri, suâ in
Institutione procuratoriâ.

Juratis quòd Conclusiones tam Universitatis, quàm Nationis
et facultatis in libro Ordinario scribetis, vel inscribi facietis
Neque permittetis aliquid ab eodem libro amoueri, radi seu
abscindi, immò illum reddetis vestris cum Conclusionibus
in eo ipso fideliter scriptis, Successori Vestro. &c.

Juramentum quod fieri vult et jubet
Veneranda Natio à Quæstoribus
seu Receptoribus suâ in
Electione.

Juratis quòd procuratoribus vestrâ durante Receptâ Existen-
=tibus non dabitis pecuniam suis pro Conclusionibus in
papiro inscribendis ordinatam, nisi suas in eadem
papiro fideliter inscriptas Conclusiones videritis
aut circumspexeritis.

1708.



BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

...censis ...
... quartanus
...ens, ...ac. Theolog...

M. Joannes Couture Cad...
diœcesis Baiocensis, Rhetoricæ
professor Marchianus. vir Rhetorius.

M. petrus Gayet, Sagiensis
presbyter, Licent. Theol. et
in Sagiensi Col. Gymnasiarcha.

M. Jacobus Lavoisé, Andeliacus,
presbyter Rothomag. quintæ scholæ
profes. Emeritus Nauarricus.

M. Joannes Bonnesœur, presbyter
Abrincensis, Licent. Theologus.

M. Nicolaus Morain, Lexouiensis,
Eloquentiæ professor Emeritus,
in Collegio Mazarinæo Regens.

M. Claudius Duval, Ebroicus,
Licentiatus Theologus, socius
Harcurianus.

M. Ægidius le Blond, Constantiensis,
Baccalaureus Theologus, socius Harc.
et Emeritus philosophiæ professor
Marchianus, Actu Regens.

M. Andreas Le Soudier, Constan-
tiensis, Licentiatus Theologus
facult. paris. purpurâ procuratoriâ
Decoratus die 24. Mart. mensis proxim.
Elapsi.

Hoec adnotata à J. Des A. Cal. Apr. 1710.

Nomina, qui sequentur procuratorum, in
Extremo hoc libro Jacebunt.

liber plan[illegible]
restitutus curâ M.
qui dictus est Artista Harc 6:
Magister in Artibus 2. Aug. 1680.
Baccalaureus Theol. socius Harc. 2. Nou. 1684.
Examinator primi Exam. b. N. 28. Jun. 1686.
progymnasiarcha Colleg. Harc. 1687. ad an. 1696.
procurator Eiusd. Collegij 1685. ad an. 1694.
Quæstor Ven. Nat. 28. Jun. 1688. et 1689.
procurator Eiusdem Nat. 24. Mart. 1693.
professor Sextanorum 1. octob. 1693.
Receptor Reditûs Nuntiatuum 28. oct. 1693.
professor Quintanorum 12. Mart 1694.
professor Tertianorum 1. octob. 1694.
Censor b. Nationis 27. octob. 1696.
Examinator Supremi Exam. apud B. M.
14. Aug. 1706.

Hoc eodem anno die 23. Jun. fundauit Solem=
=nem Missam de Beatâ Mariâ quotannis à b. Nat.
Celebrandam die 28. Junij - Cujus fondationis
contractûs, die 24. Nouemb. 1708. transacti, —
Exemplum Jacet in hoc-ce procuratorio libro. fol. 199.

Anno 1697. M. Joan. Des Authieux deputatus est
et præfectus, Nomine professorum omnium Veneran=
=dorum, apud principes Regni Admnistratores, Rebus
Nunciatuum adaugendis, cum D. Vittement
Emerito philosophiæ professore in Bellouaco,
Vniuersitatis parisiensis Rectore, et omnium

Acta Venerandæ normanorum nationis

ab. an. 1656. 10. oct.

ACTA VENERANDÆ NORMANORVM NATIONIS

Procuratori Nicolao Pierri Gartium Doctori Et Rhetoricæ Professori In Collegio Lexouêo Paris.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

Die decima octob. anni 1656 manè omnibus suffragijs contribulium creatus sum procurator; Magister Joannes Aubert quadrumuir creando, aut prorogando Rectori; M. Petrus Casault pontifex ad diui Romani festum; M. Laurentius Le Vaulet orator ad pontificem Immaculatæ conceptionis. PIERRES

Eodem.

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES

Eodem die et anno hora decima matutina prorogatus est magistratus D. Bravio Coubayon Rectori. Renovatum est antiquum Statutum quo cavetur, ne quisquam magisterij gradum nondum adeptus a gymnasiarchis admittatur ad docendum; si secus fiat, admissi statim eijciantur, ubi id innotuerit; atq; in perpetuum Academia careant.

PIERRES.

Die 27.a octob. anni 1656. Comitijs Censorijs creatus est Censor M. Guillielmus Cauvet baccalaureus Theologus et philosophiae professor in Cardinalitio; Datumq; mihi negotium ut nomine totius nationis gratias agerem Immortales Magro petro de la Mare excensori absenti propter magistratum strenue magnoq; animo gestum, simulq; testarer nationem agre omnino ferre adversam ejus valetudinem, et integritatis semper memorem fore.

PIERRES

Die 2.a decembris anni 1656. Quod conquestus d. Censor est quosdam vulgari veste ad sacra et comitia venire, renovatum est antiquum statutum quo cavetur, ne qui ad sacra et comitia venerint sine habitu decenti portionem accipiant in ignominiam et pudorem.

PIERRES.

Die decima sexta decembris anni 1656. Magister

Magister franciscus

franciscus le barbier philosophiæ prof-
essor in Marchiano delectus est quadru-
mvir creando, aut prorogando Rectori.

PIERRES.

Eodem die et anno hora decima matu-
tina Magister Joannes Mercier Gym-
nasiarcha Marchianus Incredibili om-
nium Lætitia creatus est Rector, et in æ-
des Marchianas deductus; inde ad ædes
dni exrectoris reditum.

PIERRES.

Die decima octava decembris hora 7.a
matutina comitijs Instruendo Rectori
haberi solitis Juxta statutum et Senatus-
consultum anni Domini 1524. sexta Mar-
tij factum pacis cura, ac concordiæ dno
Rectori novo commendata est In primis, qui
Inde solemni pompa reduct.us est PIERRES.

Die 8.a februarij anni 1657. vocatis in
harcurium Gymnasiarchis et professorib.us
tam merentibus, quam emeritis, ac duob.us
notarijs de riviere et le boucher M. Nicolaus
Quintaine baccalaureus theologus professor
emeritus, et Universitatis scriba, et Quæs-
tor nuntiatuum Rationes omnes quæsturæ
suæ retexuit, quarum cum fides laudata ac
probata publice ab omnibus esset, impetra-
tum est ab eo multis precibus, ut hanc
provinciam colligendorum ex nuntiatibus
redituum, quam hactenus magno labore
gratis administrarat eam rursus suscipere
vellet, eiusq; benevolentiæ ac diligentiæ
semper

semper memorem fore nationem. In iisdem comitijs M. Petrus Pader nationis decanus Lic. Theol. professor Regius, et philosophiae post 32. annorum operam doctor emeritus, Reditum ex nunciatu suo partim nationi partim collegio harcuriano dono dedit singulari et ingenita magnitudine animi; quippe qui nihil unquam ex eo nunciatu in rem suam convertisset, et nunc, postquam per 50 annos pro nationis, atque universitatis bono, ac gloria immensa prope negotia suscepisset et feliciter absoluisset, affecta iam aetate relinqueret sibi nihil praetereundem laborem

PIERRES

Die 23a februarij ann. 1657. exactores rationum electi sunt M. Nicolaus Isambert bac. Theol. et doctor artium M. Aegidius guerin doctor artium M. ludovicus Sourdon M. Petrus Gruel bac. Th. et professor in Lexoveo.

PIERRES

Die 24a martij hora septima matutina M. Nicolaus Villard electus est quadrumvir creando aut prorogando Rectori

PIERRES

Eodem die et anno hora decima matutina M. Ioannis Mercier Rectori magistratus prorogatus est

PIERRES.

Die 14. Iunij an. 1657 tristissimus nuntius de adversa Valetudine Magistri Petri Pader academiam et nationem

perculit

perculit: hinc preces ad deum privatim et publicè tum sponte, tum iussu amplissimi domini Rectoris effusæ. Die 23ª eiusdem mensis et anni hora 6ª matut. M. Ludovicus Noel electus est quadrumvir creando, aut prorogando Rectori. horâ vero decima M. Ioanni Mercier prorogatus est magistratus.

PIERRES

Die 28. Junij ~~M~~ anni 1657 Magister Ioannes Foubert bacc. Theol. creatus est Quæstor. Exactores rationum electi sunt M. Ludovicus Noel bac. Th. Prior, ac professor harcurianus M. Franciscus de Bonamour professor Cardinalitius M. Ioannes duval professor apud bellovacos M. Philippus Reboursel professor Lexovêus. In ijsdem comitijs de controversiâ inter Rothomagenses et cæteras diœceses coorta propter examinatores baccalariorum in artibus visum est pacis causa ut Electio ad Dionysialia differretur; Interim delecti sunt a Rothomagensibus M. Ludovicus Roüillard et Cornetier, ab alijs vo diœcesibus M. Iacobus desperiers et M. Ludovicus Noel qui summam rei ad arbitros defferrent, ut tandem ea controversia, quæ sola quietissimam nationem ab aliquot annis turbaverat dissolveretur. permissum est supradictis deputatis ut in suum locum sufficerent quos vellent.

PIERRES

Die 15ª Septemb. anni 1657. Convocata natione in harcurium ut praeser iberet quid agendum vellet ac censeret cum D. D. l'eschassier et bragelonne qui offerebant Academiae pecuniam ad redimendos, atq; extinguendos census annuos ob aream aedium suarum eidem Academiae debitos, decretum est ut cum dictis d.d. ageretur secundum leges, ac conditiones contractu constitutionis scriptas, et ea quae 12ª hujus mensis apud amplissimum dominum Rectorem communi decanorum et procuratorum consensu convenerant. In iisdem comitiis cum multi occasione data mentionem injecissent Amplissimum dominum Rectorem multos labores insumpsisse atq; insumere ad persequendum lite M. Philippum de Buisine propter atroces contumelias dignitati Rectoriae et academiae illatas et insanam furiosamq; perduellionem Electi sunt extemplo MM. Toureme absens, Rouillard, le sannier bonamour, l'escolas, qui amplissimum dnm Rectorem in hoc negotio assidue comitarentur, denuntiarentq; et nationem nationem Normanam paratam esse ad impensas hujus litis pro parte sua ferendas et numerandas.

PIERRES

Die 6ª octob. anni 1657 in comitiis Gymnasiarcharum et professorum de lite quam tres facultates adversus quatuor nationes

ea moverant in speciem quidem propter suffragia, sed revera propter nunciatuum reditus ut iam ipsae facultates dictis et scriptis typisq; profitebantur, decretum est ut eius litis impensae ex ipsis nuntiatuum Reditibus sumerentur, ne res nationis Universae aliena causa afficerentur, ac laborarent.

PIERRES.

Die decima octob. anni 1657 Magister Petrus de la Mare doctor artium professor humanitatis in lexoveo et soci. lexoveus omnibus contribulium suffragijs creatus est procurator; Ego infrascriptus quadrumvir creando, aut prorogando Rectori, M. laurentius le Varlet bacc. Theol. pontifex ad d. Romani festu, M. Canel bac. Theol. et professor humanitatis in monte acuto, orator ad pontificem immaculatae conceptionis. Communi consensu partium electio eorum qui baccalaureat. artium canditatos examinent Rursus dilata est in tempus commodius. hinc dominus procurator novus solenni pompa et frequentissimis contribulibus in Aedes suas Lexoveas deductus est.

PIERRES





ACTA

VEN. NOR.

NATIONIS.

Procuratore

Petro De la Mare

P.ris artium Doctore, In

Tertio Ordine, professore

ac Socio Lexoueo.

De la Mare f.

Die 10. Octobris Anno 1657 Manè

In Harcuriano. Decessit Procuratoriâ purpurâ, Vnanimj contribulium consensu ad me delatâ, vnanimj et ipse donatus elogio M. Nicolaus Pierres Rhetor eximius, è nostra societate Lexouea. Actæ illj pro summa fide et diligentiâ grates amplissimæ. Designatus idem 4.vis creando vel prorogando Rectorj.

DELAMARE

Eodem die horâ decimâ mat. Apud Mathur. Prorogatj fasces Ampl. D. Joan. Mercier Rectorj prudentissimo. DELAMARE

ACTA 22 octob. In Harc. B. Romanj solemnia: quibus, rogatu nostro, commendatæ sunt pio Pontificj agendæ Deo gratiarum actiones pro restituto nobis è formidolosâ ægritudine communj Academicorum parente Padetio, quicum vniuersitas erat periclitata grauissimè. DELAMARE

Die 27 Oct. 1657 M. Guill. Gauuet Censorj de Natione nostra, et vniuersis litteris benemerito successor datus est M. St. Fauuel Const. B. T.

DELAMARE

In Comitijs Academiæ menstruis apud D. Rectorem 10 Nou. et 1. Decemb. Audita sunt a DD. Deputatis Academicorum bene multorum diuersis de rebus postulata. DELAMARE

Die 6. Decemb. celebrato, vt moris est, solemnj sacro ad festum S. Nicolaj, Procuratorem suum Natio sequuta est exoratura Pontificem a nobis designatum ad solemnia maxima Conceptæ Virginis deip. cuj per M. Car. Canel disertè supplicantj, pro insita comitate spopondit sese vir clarissimus. DELAMARE

Oct. ejusd. ipse acceptissimus Nationj Pontifex M. Jacobus Thuret è nostro Bernajo Lexouiensis Doctor Theol. vir pietate, grauitate, doctrina incredibilj, cum antè pridiano vesperæ officio de more præisset, augusto perfunctus sacrificio, Conceptæ sine labe virginis encomium, prolatis è Scrip. et SS. Patrum promptuario momentis grauissimis, lectissimisque sententijs adornauit. Posterioris vesperæ officio præsedit, vt assolet, Pontifex Romanalium. DELAMARE

Duod. ejusd. vnà cum D. Rectore, Collegis, et Academicis frequentibus, adfuimus diremptionj ejus litis, quam aduersus ipsum D. Rectorem Mercerium infractæ fidej virum, susceperant acerrimè Decanj et Facultates Theologiæ, Decret. et Medic. quibus aduersus Academicas Nationes

conjuratis

conjuratis dolebat hominem Academicj pectoris
jam 8888888 quartum trimestre, Rectorio potitum
magistratu. Contra quos, in Curiâ postulantes
vtj haberetur irrita illius postrema prorogatio,
inhiberetur ipse Rectoriâ quam sibj vendicabat appel-
latione, alter ej sufficeretur extemplò, vetaretur ne
quatuor Nationes illj deinceps magistratum illatenj
prorogarent, Inde ex opposito definitum est, M. Jo.
Mercerium verè haberj Rectorem, honorem illj a FF?
impendj oportere, M. Phil. de Buisine. Decr. Decanù,
quj eund. In sacello Nauarræ, cùm ad sigillandum
conuentus esset factus Deputatorum, Rectorem habere
se, contumelijs adjectis, recusauerat petulanter, ad
capitalium rerum Curiam traducendum, Imperatum
FF?? vt dicto Rectorj Mercerio præsto adsint omnis
gradus homines ad supplicationes consuetas modò instan-
tes: concessum XX? vtj alios deinceps Rectores post
trimestre, si occasio se tulerit, etiam altero trimestrj
retinere possint. DELAMARE

Decimo quinto, horâ 7.a Admissj sunt a dd. DD.is Acad.
Capellanus a Natione Gallicanâ pro solito indubioq3
inter FF.es et NN.es vniformj vicium ordine designatj
et oblatus M. Car. Pastel ipsiusmet N. Procurator,
Lic. Sorb. Prof. phil. Plessæus; Tum Pergamenarius
vnus nom. Benardus, a D. Rectore et 4 Procuratoribus,
ad quos solos attinet hujusmodj munia Librariorum,
Pergamenariorum VV. Virisidonejs pro arbitrio dispensare
ante conflatum DD.orum coetum delectus, ab omnibus ipsis
exinde DD.is in ipso coetu certioribus factis de Rectoris et
PP.orum delectu, faculè comprobatus, Apud Mathurinenses.
DELAMARE

Decimo sexto, Manè, in Justitiano, post celebratum
vt moris est solemnj ritu sacrum de S. Spiritu, 4.vir
creando Rectorj dicto M. Lait tertio Harcurianorum
ordinj præpositus, facundâ oratione retulit Academiæ
Rectorem horâ 10. apd Math. M. Nicolaum Pierres
Lexoueum, decessorem nostrum, cujus modestia singularis
fecit, vt infulis dignissimus putaretur: cùm breuj sen-
tentiarum tractu, sed valido, et torrentis instar vrgen-
tissimo, præfatus excusationem disertissimam, dùm
Nationes ad confirmationem properant, inopino, et apd
nos inaudito casu votis academicorum omnium celerj fefe
fugâ subduxit, nec nisj triduo post vix atque vix ad

præstandum Iuramentum retrahj se passus est. Ad quem de rebus Academicis informandum posteridiè tùm cum D. Antiquo Rectore, Decanis, Procuratoribus aliarum XX.um Procuratore Acad.æ Catholico, Scribâ, et Quæstore in angulo Capitulj, qd vocant, Mathurinensium ex ordine consedimus, ipso præsidente Rectore novo, rogante Sententias, et concludente. DELAMARE

ANNO A.S. 1658 Februarij primo die ac secundo, ipsum D. Rectorem comitatj sunt omnium ordinum viri D.D. Cancellario Franciæ, Præsidibº Parlamentj, Rationū, Subsidiorum, Magniqß Consilij primis; Tum Ser. Angloru Reginæ Regis amitæ, Principj de Conty, Card. Mazarino, Regnj Administro, R. Episc. Bellouacorum Conseruatorj Priuilegiorum Acad. Pontificiorum, Ducj Andegauensj Regis fratrj, Regis matrj, ipsiqß adeo Regj inuict. Lud. 14. Ceros juxta morem, et ejusdem gratulantis orationculæ munus annuum deferentem. DELAMARE

Sexto ejusd. adfuimus apud D. Rectorem deliberaturj cum cæteris D. DD.is omnium FF.um et XX. de pecunijs ex venditione ædium in fundo Acad. Prato Scilicet Clericorum in suburbio S. Germanj positarum, ad ærarium commune Vniuersitatis jure dominij redituris. Quæ fortè comitia incidebant in diem menstruis DD.orum comitijs assignatum quj semper primus est Sabbathj singulorum mensium. DELAMARE

Vigesimo tertio dictj examinatores Rationum Fid. Quæstoris quatuor. DELAMARE

Martij 19º Manè apud Math. Deliberatum est inter DD.os totius Acad. de Aperiendo, vt aiunt, Rotulo Nominandorum, quibus nihilominus Iam pridem licet in omnj DD.orum conuentu supplicare: vel ipso etiam die Supplicationum sacrarum, sedentibus, ante habitam a D. Rectore publicam orationem, in angulo xystj vbj sedere solet C. Natio Germar. ipso D. Rectore cum cæt. DD.is DELAMARE

Ejusd. 23. Manè, in Mathurinano designatus 4.tus M. Guill. Desauberis B. T. et Phil. Prof. longè celeberrimus ejusd. Coll. et Regius, horâ 10 retulit grauissimâ oratione prorogatū M. Nicolao Pierres Rectorium munus. DELAMARE

Aprilis Trigesimo, qua feria 3 fuit post dominicam Quasimodo, statò die habita est synodº academica apud Math. omnium officiariorum, et beneficiariorum Acad. DELAMARE

Maij 23 Quod obsequium Natio perdit omnibus fato functis contribulibus, persoluit pijs manibus Clarissimj sui nupet ad Conceptam Virginem Pontificis M. Jacobj Thuret, Sacrum solemne pro mortuis. DELAMARE

Junij 27. Manè in Iustit. facultè impetrauit meritissimus vir M. Fr. le Barbier Lic. T. Matchianus phil. professor nominatissimus, vt inter 4.tros a nobis delegaretur Rectorj

designando

designando. Et quidem is, horâ 10, oratione, vt solet, tersâ retulit Acad.ae Rectorem è Ven. iterum Natione, M. Guill. Cauuet è nostro Bernajo Lexouiensem pariter, Lic. T. Phil. Prof. Cardinalit. Ven. N. Excens. virum multiplicj eruditione locupletem, quem postero die, mandatis ejus accersitj apud Mathur. DD. DD.s consueto more de Negotijs Acad. Instruxerunt. —

DESAMARE

Ejusdem Junij 28. Manè in Harcuriano, Præsidente pro more conuentuj Gentis nostræ Exprocuratore, M. Scilicet Nic. Pierres Rect. Antiquo, cùm nos ad ineundam Ecclesiæ S. Marcellj de Longauilla ad Vernonium possessionè profectj essemus, Quæstoris munus secundùm delatum fuit M. Jo. foubert B. T. perspectæ fidelitatis, et multæ humanitatis viro. Delegatj quatuor M.M. quj semestres eius discuterent rationes vnà cum Proc.re, Decano Nat. et Censore ejusd, DD.is perpetuis. Porrò cum pluribus retrò annis agitata contentio de Jure quod sibj annuum — (licet reuerâ soepe intermissum spretumq3) ad Examen Bacchlaureorum in Artibus vendicare studebant Tribules è dioecesj Rothomagensj, nobis præsertim agentibus, quib9 iam inde cum Censorio munere fungeremur causa erat ~~erat~~ a Nat. nostrâ commissa ad disquirendum, et annitente maximè Cl. Sap. q3 Decano Gentis nostræ Padetio, Societatis agglutinandæ autore perpetuo, composita tandem esset inter CC.VV. M. Jac. Desperiers Lic. soc. Sorb. Phil. prof. et Gymn. Lexou. hominem, cuj fama genus omne laudis, ingenij et virtutis ergo, totâ Europâ merito attribuit, et M. Lud. Noel. B. T. Phil Prof. Harc. itidem celeberrimum, Illum Lexouiensem, hunc Constantiensem, a Natione Deputatos, Inde vero M. Guill. Desauberis suprad. virum præstrenuum aliosque Rothomagenses ex ipsis deputatos, consensere in hæc capita vniuersj contribules, vtj pacis fouendæ causâ antiquo Trium Examinatorum Collegio quartus deinceps adderetur, sicque munus Examinatoris singulis annis Rothomagensis vnus obtinere, nullo refragante modò posset; Ne hujus rej causâ quidquam sibj primatus, alteriusue priuilegij supra cæteros arrogarent ex ipsâ dioecesj Roth. oriundj, atq3 hanc concessionem copulam pacis in causam bellj traherent, sed ex antiquo Ven. Nationis instituto, communj cum cæteris jure viuerent, et cuiuis prærogatiuæ renuntiarent; Inuidioso Metropolitanorum in Nat. Indiuisâ, et æqualitatis obseruantissimâ, Decaniq3 inter ipsos Metropolitanj nomine abstinerent, maximè in subscribendo; nec

denique præsideret examinj, nisj fortè tribus alijs examinatoribus, admissus esset in gremium Nationis eßeu antiquior, Rothomagensis; quo antiquitatis ordine solo omnes post Procuratorem incedendj, sedendj, sententiamq3 dicendj ratio constat. Quo tandem ex instituto mox vniformj omnium suffragio delectj sunt examinatores M. Lescolace primus, Abrincensis, quarto Marchianorũ ordinj præfectus: M. Lud. Mouflé secundus, Lic. Nauarricus, Rothomagensis: M. Regnouard tertius, Constant. Sexto ordinj in Monte-Acuto præpositus. M. Huby quartus, Bajocensis, B. T. DE L'HARE

Julij nono a D. Rectore in Cardinalitium — accitj DD. DD. Academiæ, omnes, præter trium FF.um decanos quj adesse neglexerunt, vno ore censuere, postero die solemnj ritu rem sacram fierj apud Edem Mathurinensium oportere, vbj Academicj omnes vnitâ orationum consensione, periclitantj ex morbo Regi Christianiß.o Ludouico XIV desperatam a — Medicis valetudinem, a Deo precibus impetrarent. DE L'HARE

Quo die ejusd. Julij 10.o cum vota Suorum Academiæ conjungere recusauissent FF.es Theologiæ, Decretorum, et Medicinæ, nisj quod pauj ex illis privato officio publicæ pietatj deesse nefas duxerunt, ipsæ postea FF.es inito inter se consilio, affixo publicis omnibus Ciuitatis hujus locis programmate, solemnes Academicis omnibus indicere supplicationes ausæ sunt, hoc exemplo: Nos Lud. Messier Decanus sacræ Facultatis Theologicæ, de consensu Facultatum Decretorum et medicinæ Mandamus oibus Magistris Ff. et præcipimus vbj Vc. Cujus qudé Edictj exemplum cum ipso indicto die detulisset ad Senatum ex omnibus Curijs adunatum D. Dionysius Talon Catholicus aduocatus, res omnibus sic indigna visa est, vt extemplo mitteretur Curiæ Secretarius D. Couturier ad Edem Mathurin., quj nomine Curiæ denuntiaret congregatis Doctoribus FF.um vbj coetum illicò dissolueret, quem cum minùs audissent, jam Decreto Senatus missus est Accensus quj juberet; quod ita contempsere, vt etiam supplicationis suæ ad Augustinenses properantis ordines circum Palatij, vbj Senatus agebat, portas deflexo itinere explicarent. Ergo citatj FF.tes ad Curiam Decanj, cùm excusationem molitj essent, [illegible] ad Capitalium rerum Curiam sistere se compulsj sunt, atq3 suas easdem excusationes Judice D. Ferrand Senatus — Decano probare. Vetitumq3 deinceps ne absq3 D. Rectore supplicationes communes habere, nedum indicere publicè auderent. DE L'HARE

Decimo quarto Augustj apud Math. Oblatj a M. Cancellario B. Mariæ, M. Joannes Potier Quintj ordinis professor

fessor Lexouiensis a D. Cancellario B. Genouefæ M. S. le Cornetier B.T. Rothomagensis contribules nostri, tùm cum examinatoribus aliarum XX^m^ a nostris comprobati, Iusiurandum Academiæ præstiterunt DELAMARE

Vigesimo primo Apud D. Rectorem accersiti ab eod. dd. DD. Acad^æ^ deliberauerunt de jure honorifico probandæ emptionis a D. Loiseau Cons. è Curiâ Subsid. fauorabiliter statuendo. DELAMARE

Octobris Octauo, solemnis Academicorum omnium præter Theologos, Iurisp., et Medicos, contumaces etiamnùm habita fuit supplicatio ad SS. Innocentium, ubi Musicam elegantissimam 30 librarum munere, ex fisco Academiæ pensandam censuere DD. Rector et DD^i^ qui tunc fuere Procuratores soli, ad quos, decanis recedentibus, Academiæ summa redierat; quod præter morem faciendum existimauere tunc temporis, cùm lætissimæ ab omnibus d.O.M. gratiæ pro recuperata Principis valetudine merito haberentur. DELAMARE

Decimo ejusdem postquam approbante contributium coetu, in Pontificem ad B. Romanj festiuitatem designauj M. Car. Canel B.T. Tertianum professorem in Montebcuto; In Oratorem Pontificium ad Conceptæ Virg. M. Denis B.T. Quinto Harc. ordinj præpositum, Viros in primis facundos; Gratias egj quas potuj maximè sinceras amantissimæ mej ac beneficentissimæ N^i^ quæ nihil huiusce modj meritum, ante virilitatis annos, vigesimũ octauum vix agentem, per vniuersos honores suos ad Procuratorium apicem, prolixo benignitatis tenore deduxisset; Munus 4^ti^ viri prorogando, creandoue Rectorj obtinuj: Datus est successor mihj, consentiente sap.^ma^ N.^is^ parte longè maximâ Vir splendidiore purpurâ dignus M. Ludouicus Rouillard, B.T. Phil. Prof. Marchianus, è diœc. Rothom. oriundus, quò in publica commoda Iuratum in manibus nostris, cum purpurâ in ædes Marchianas reuertentem nobis comitibus, Tribulium agmen honorifice subsecutum est. DELAMARE

Collegas habuimus dignitatis D. M.M. Car. Pastel Lic. Sorb. Philos. phil. prof. Francorum; Nicolaum Tauernier Doct. Art. Sec. Xauarr. ord. præf. proprimar. Gramm. Picardorũ, M.M. Willemin, Omeloj B.T. ph. prof. Bell. Philosophorũ antiquiss. et Jos. Mercier B.T. Gymn. March. Exteet. Germanorum Procuratores. Nuntios verò è nostra tribu, litteris procuratorij vt moris est, nomine datis constituimus Montisburgensem, in Constantiensi dioecesi, Vernoliensem, in Ebroicensi, Andeliacensem et Gisortiensem in Rothomagensi, quorum et Iusiurandum excepimus. Tum vetustas Nationis scholas, —

adjectamq^s^

adjectamq3 domum M. Denys In magno Consilio procuratorj locauimus, conditionibus in eo instrumento contentis, quod eâ de re scriptum fuit a de Riuiere Notario, quj et priuata Nuntiorum instrumenta confecit. DESMARE



ACTA

venerandæ Nationis

hîc desunt

procuratore M. Ludouico

Roüillard,

Baccalaureo Theologo

Et professore phiæ

apud marchianos.

10. octob. 1648.

procurator ipse venerandus Electus est
Academiæ Rector, et ideò munus
procuratorium prorogatum est
usque ad 23. Jun. 1660.

quod obseruaui. an. 1707.

D. Authieux

ACTA

Venerandæ Nationis
hîc desunt
procuratore M. Felice
phelipes de La Brosse
Licentiato Theologo
professore phiæ in
Grassinæo.

23. Jun. 1660.

ACTA

Venerandæ Nationis

Defunt

procuratore M. Nicolao

L'Air, socio

Harcuriano, et professore

Tertiano.

23. Jun. 1661.



ACTA

venerandæ nationis
hîc defunc
procuratore M. michaële
Le Terrier
Licentiato Theologo
Socio Sarcuriano.

23. Jun. 1662



Acta venerandæ nationis Normanorum, procuratore Simone Duval presbytero, artium doctore, in quarto ordine collegii prællebellovaci professore anno dñi 1663.

Vigesimo tertio ~~Octob.~~ Jun. in collegio Justiniano cõi contribulium calculo creatus sum procurator. Nicolaus vero Lair quaitis professor in Harcuriano factus est quatuorvir absente d.o le Terrier exprocuratore cuius erat id muneris præstare. Duval

eodem die apud mathurinenses amplissimus d. Rector d. pierre eloquentiæ professor in Lexovio prorogatus ē. Duval

28 Junij prorogatus ē ad annum in munere suo quæstorio Pet. Regnoard cuius rationes pro more á designatis expunctorib. sunt auditæ. Duval

3.o Octob. Amplissimus d.s Rector ad ædem S.ti Laudrici solenni ritu et comitatu processit. Duval

10 Octob. d.s de la mare tertij ord.is in coll. Lexovio professor quatuorvir creatus est.

eodem die ap. mathurinenses amplissimus Rectoris magistratus á d.o pierre ad d.nm Langlet demigravit. Duval

23 Oct. sacris solemni ritu á d.o malloc
Racchalaureo Th. á me in Rom. pontif. designato
peractis, huic gratias nomine nationis quas
potui amplissimas egi, ille vero postea in
laudem divi Rom. nationis patroni habuit orationem.
Duval

6.o decemb. M. Jacob. le Heron huaitis professor
in monte acuto á me in oratorem designatus qui
d. Cannes Theol. doctorem á nobis pariter in
beatæ virginis conceptionem pontificem designatum
ad sacra pro Immaculato deiparæ virginis conceptu
facienda hortaretur. ille pro ingenita dicendi
facultate sua verum paucis oravit et exoravit.
Duval

7. decemb. M. Guill. Cannes doctor Theol.
eo nationi acceptior, quo fascet rectoris eloquentia
melle dulciori, gravitate ad hostiam nostrorum Junidiam
usque incredibili gesserat, celebri pompa
sacrum deo op. max. pro Immaculata beatæ
virginis conceptione obtulit, quibus peractis,
divinam, in qua conceptam absque macula deiparam
virginem argumentis luce meridiana clarioribus asseruit,
habuit orationem, quam postea sui in nationem
studii perenne monimentum, nomine totius
nationis, cui eam dedicavit, typis mandandam
curavit Duval

14 decemb. ampliss. d. Rector de Langlet
solemni pompa ad ædem S.ti Andreæ de arcubus
processit, ubi d.o Boileau doctor sorbonicus

habuit concionem plane doctissimam. Duval

die 17. in Justiniano sacris deo peractis d.
de bonamour 4 vir factus est

eodem die in mathurinensibus aedibus Rectorij
fasces d.o de Langlet fuerunt prorogati.
Duval

1.o Februarij d.o de Langlet Rector suo
stipatus comitatu cereos obtulit Illustrissimo
supremi senatus protapraesidi, d.o principi de Bourbon,
magno franciae eleemosinario, franciae cancellario,
alijque, pro more, praesidibus: Duval

die vero purificationis, regi, regis fratri
aurelianorum duci, delphinati, Reginae, Reginae
matri cereos obtulit, munusque gratissime
oratiunculis ~~exornavit~~. Duval

21 martij amplissimus d.o Rector de Langlet
magno omnium ordinum comitatu ad aedem sancti hilarij
in monte processit. Duval

24. martij in harcuriano, peractis de more sacris
dominus le Barbier celeberrimus philosophiae professor
emeritus in marchiano, comitibus omnium votis factus
est quadrumvir. Duval

eodem die apud mathurin. fasces rectorij a
dno Langlet ad dnum Rouillard logicae,
et temporis, marchianae professorem sunt devoluti.
d. Gymnasiarcha Carnotensis libellum supplicem
obtulit artium facultati ut ijsdem suo liceret
collegio privilegijs gaudere quibus caeteras

Gallorum Imperij academiae nobis confoederatae, quae de re nominati sunt ex singulis nationibus seniores qui rem examinarent intrinsecus et extrinsecus.

Duval

26. Martij apud Matherin Institutioni ampliss. dni Rectoris interfuerunt quatuor procuratores, o a decani facultatum caeterarum. Duval

27. Dnus de Saint Tot regiarum ceremoniarum coryphaeus ampliss.o d. Rectori decanis Iuris canonici, et medicinae, nec non quatuor nationum procuratoribus stipato diploma regium ritu solenni obtulit, quem praecedebant sex caduceatores, ad minimum; illud a diploma a d.o Rectore acceptum datum est statim d.o de Langlet censori catholico, qui deinde procuratori Universitatis illud legendum dedit. eo diplomate Lud.s 14.s Galliae rex xpianissimus pro sua in regia stirpe oriundos pietate dnum rectorem faciebat certiorem de funebri pompa, missa celebranda, precibusque ab omnibus ordinum gradibus in aede B. Virginis in crastinum hora decima deo op.o max.o offerendis. illius epistolae adest titulus cum epistolae exemplo.

A nos chers et bienaimez
les Recteur, Doyens, procureurs,
et supposts de l'Université
de Paris.

De par le Roy

Chers et bien aymez l'honneur qui est deu à la memoire de nôtre tres chere tante la duchesse de Savoye, et les prieres que la pieté nous demande pour son repos nous ayant faict resoudre d'ordonner un service solennel en l'Eglise notre dame, d'y convier nos compagnies souveraines, et toux les corps qui ont acoustumé d'assister en pareilles ceremonies, pour nous acquiter de nôtre devoir, nous avons commandé au maistre de nos ceremonies de vous y convier de nôtre part et de vous retenir quatre places dans les haultes chaires du coeur, et autant dans les basses, et de vous advertir du jour et de l'heure que vous avez à vous rendre en l'Eglise pour cet effaict. dans la creance que vous ne manquerez pas de vous y trouver pour satisfaire à notre desir. nous nous en remettons sur luy et ne vous en ferons cette lettre plus expresse donné à Paris le 26. mars. 1664.

Signé Louys.

et plus bas de Guenegaust.

28. funebri pompæ interfuit a. d. Rector
cum decanis, procuratoribus, censore cath.co
et versitis scriba. archiepus Rothomagen
funebrem habuit orationem. decanus capituli,
sede adhuc vacante, sacrum deo obtulit.
serenissima princeps d'Alençon ducis aurelianorum
extincti gnata pulla veste induta tribus ad
minimum perticis oblonga, hilaris licet, luctum
agebat vel potius simulabat cum coniugibus
principis Borbonij et ducis d'Enguein longoq.
principum comitatu. huic ceremoniæ regina ipsa
interfuit, omnium que ordinum magistratus.

Duval

3.o maij menstruis a. d. Rectoris comitijs
decani non interfuerunt, in ijs supplicavit
d.s Finot ad examen plantarum admissus a
facultate medicorum, ea lege, ut magisterij
artium gradum assequeretur in academia Paris.
dispensatum est cum illo de examine rigoroso,
sed decretum est ut se, coram examinatoribus
tum baccalaureorum, tum magistrorum in artibus,
sisteret a quibus, universitatis cancellarij
benedictione accepta, litteras magisterij artium
consequeretur.

Duval

5.o maij convocati a nob. fuerunt venerandæ
nationis normaniæ gymnasiarchæ et professores
de libello supplici a Guillelmo le tor nepote
Joan. le tor qui unus e maioribus sex
nuncijs Rothom. nostris, dominica palmarum
diem suum obijt, oblato deliberaturi, qui
ex mero caritatis motivo, quadringentas
ipsi et exteris hæredibus libellas dederunt.

Duval

7. Junij in comitijs coibus venerandae nationis conclusum est apparitorem minorem nostrum Robertum Le Cuirot Roberti filium fidei sertum coram procuratore praestiturum, suoq. officio deinceps functurum: Clavam minorem desumpta ex aerario eiusdem nationis publico pecunia, ei conficiendam esse, quae cura commissa est d. d. Pierre et de la mare cum procur.re praestito tn prius, ut dictum est, sacramento, quod quidem sacramentum praestitit decimo septimo eiusdem mensis. / Duval

eodem die septimo Junij de honorario procuratorum venerandae Nationis publicis comitijs conclusum est, ut deinceps singulis procuratoribus, sive sint actu regentes, sive non sint, sed tantum baccalaurei in Thlia vel medicina, centum et viginti Labellarum summa concederetur. Duval

15.o maij in comitijs de reb. ad nunciatus venerandae nationis pertinentib. habitis de emeritis professorib., rogatis singulorum sententijs statutum est, ut qui Parisijs, citra fraudem, in uno, vel plurib. facultatis artium collegijs, eorum scilicet in quib. plenum et integrum omnium, grammaticae, humaiorum litterarum, Rhetoricae et philosophiae ordinum viget exercitium per sexdecim annos continuos et non intermissos rexerit, aut dictorum

Collegiorum Gymnasiarcha per illud continuum
sexdecim annorum Intervallum extiterit, aequo
cum professoribus actu regentibus Jure
gauderent: ea tamen lege ut parisiis maneant
et in sola artium facultate, suo quae
consilio et opera, ubi res postulabit,
actu regentes Juvent professores. /

Duval

Collegas habuimus dignitatis M. D.
Jalain Licentiatum Theologum et M. Joannem
Hersant Baccalaureum Sorbonicum et Collegii
Crassinei Gymnasiarcham Galliae procuratores:
M. D. Vadbois Baccalaureum Theologum
D. Marteau in medicina Licentiatum
Picardiae procuratores: D. Joly Marchiae
Rhetoricae professorem D. Okif, et
Numan Germaniae procuratores. /

Duval

Nil desideratur.



Vacat pagina

Acta veneranda normanorum Nationis Procuratore Joanne denys Baccalaureo Theologo, Artium doctore In quarto ordine professore ac socio harcuriano anno domini 1664.

die Martis 23a ~~octobris~~ Junij In Collegio Justitiano ~~[illegible]~~ unanimi contribulium omnium consensu procurator electus sum. Magister vero Symon dicti val exprocurator designatus est quatuorvir creando vel prorogando ampliss. D. Rectori. Denys

Eodem die apud Mathurinenses hora decima matutina prorogati sunt fasces ampliss. D. Rectori Ludovico Rouillard In Collegio Marchiano Phiae professori celeberrimo. Denys

die Junij 28 M. Nicolaus Potier quaestor factus est In harcuriano Collegio ac suffectus In locum M. P. Renouard cuius rationes pro more auditae sunt a designatis expunctoribus. Denys

die 4o Octob. amplissimus D. Rector ad aedem S. solemni ritu et comitatu processit Denys

Die decima Octobris D. Pierres Rhethor Exonaeus quatuorvir creatus est M. P. Borel In Marchiano professor pontifex ad Divi Romani festum M. Franciscus le boulenger licentiatus theologus orator ad pontificem immaculatae conceptionis est designatus. Denys

die 4. Aug. quod nequaquam putaverim omittendum dnus de Sainctot Regiarum Ceremoniarum coryphaeus ampliss. D. Rectori diploma regium solemni ritu obtulit. quae quidem epistola, cuius exemplum hic duximus apponendum, sic erat inscripta.

A Nos Chers et bien amez Les Recteur, doyen, procureurs et suppostz de L'Université de Paris.

De par le Roy

Chers et bien amez Nostre St pere le pape ayant envoyé vers nous Nostre tres cher et tres amé cousin le Cardinal Chizi son Nepveu en qualité de legat a latere, lequel doibt arriver bien tost en nostre bonne ville de Paris, desirant quil soit receu avec les mesmes honneurs que les Roys nos predecesseurs ont fait rendre Aux legatz en pareilles occasions Nous vous faisons cette lettre pour vous dire que vous alliez audevant de luy pour le recevoir avec les ordres et ceremonies accoustumez luy rendant les mesmes honneurs qui sont deubz a Nostre St pere le pape et au St siege desquels il est envoyé ainsy quil en fut usé en lannée 1625 a la reception du Cardinal francois Barberin qui fut envoyé en ce Royaume en la mesme qualité de legat. Le Mre de Nos Ceremonies vous advertira du jour de son entrée et du lieu ou vous irez le recevoir auquel vous aurez toutte croyance, a quoy vous ne ferez faulte Car tel est nostre plaisir donné a fontainebleau le 1er Juillet 1664. signé louis et plus bas de

Monuit autem supradictus d. de Sainctot ampliss. d. Rectorem diem Aug. nonum ad id peragendum esse designatum locum vero quo frequens sese studiorum universitas conferret suumque theatrum erigi curaret assignavit juxta aedem virginis S. Mariae, quod dnus legatus lutetiam ingrederetur per portam S. Anthonij, non vero divi Jacobi sicut fermé semper antea contigerat Denyse

Die 5ª Aug. ampliss. d. Rector convocavit facultatem d. anno 20
& quatuor Nationum Procuratores ut palam ab universitatis scriba
superius regium diploma legeretur, pauca quæ præfatus de ratione
regii mandati sine tumultu conficiendi singulos ad obtinendum morem
antiquum cohortatus est atque obiter antiqua statuta & exempla non pauca
utilia quæ ad solemnes hujusmodi vitas videbantur pertinere. —
quapropter unanimi consensu, cum deanorum superiorum facultatum
tum quatuor Nationum Procuratorum ipse concluserit uti juxta veterem
consuetudinem supradicti facultatum deani & quatuor nationum —
Procuratores ampliss. d. Rectorem immediate consequentes ejus
edictaverunt duxit ad eminentissimum legatum orationem habere —

Hagæ die 9. Aug. facultatis & quatuor nationes sequentes
adfuerunt apud ampliss. d. Rectorem, inde que ad Thesaurum magni-
ficum sane quod juxta aedem Virginum S. Mariæ fuerat obtentum —
eo forme processerunt ordine quem in supplicationibus ampl. Rect.
primo tribuet observare consuetudinem.

Ubi primum ampliss. d. Rector legatum eminent. medium —
inter duos juvenissimos Belgii sanguinis principes condatum silicet
& dictum inquiemus, accedentem animadvertit protinus —
& Thesauro descendit hunc que duntaxat comitatum tres decani
facultatum & quatuor nationum Procuratores, scilicet d. quisthaud
magnus regia navavit magistro illos gerens sac. theologiæ decani —
qui propter ingravescentem ætatem interesse non potuit, d. Phil
d. Buisine decanus consultiss. facultatis & d. Morand —
Jacobæus facultatis decanus, d. d. Hersan, Mauteau Denys
& Louis, Franciæ provinciæ, Normaniæ & Germaniæ nationum
Procuratores ampliss. d. Rectori verba facienti immediate
adstiterunt. Porro eminentiss. Cardinali amice elegans oratio
benigne gratia comitate admodum responsa sibi prærogativa esse —
parisiensis stud. universitatis obsequium honoris que ab ea sedi —
apostolicæ delati summo pontif. & se ipsum completissimum futurum
his omnibus partibus eodem prorsus ordine & apud ampliss. d.
Rectorem verbosa universitas quos inde præstiterat.

Die sexta decemb. d. Nicolao Sarra M. Franciscus Le
Boulanger licentiatus Theologus nuperus totus a nobis
Procuratorum designatus pro summa qua pollet dicendi —
facundia elegantes ad d. Rectorem Theologum —
habuit orationem qua ipsum ad sacrum solemne faciendus
& probandum Jo diem Immaculatæ concept. Virg. Mariæ no-
tionis invitavit.

Die 17. eiusdem mensis fasces rectorij d. Rouillard fuerunt prorogati.

Die primo ac secundo februarij apud Ampl. d. Rectorem frequentes interfuerunt omnium ordinum viri praesertimque facultatum decani et quatuor nationum procuratores ~~[illegible]~~ huncque d. d. Cancellario Franciae Protopraesidibus ~~[illegible]~~, supremi senatus parisiensis, Curiae Rationum, subsidiorum magnique consilij, tum Principi Condaeo, duci Andegavensi Regis fratri, Regis matri, Reginae, ipsique ~~ad~~ Regi adeodato cereos pro more deferentem comitati sunt.

procurat. Joan. Denys.

a 23. Jun. 1664. vsque ad 23. Jun. 1665.





procurat. Joan. Denys.



procurat. M. Joan. Denys.

Facial pagina



ACTA

Venerandæ Normanorum Nationis

Ab anno 1665° die scet 23.ª mensis Junij
ad annum 1666 diem nimirum 23.m
mensis eiusdem Junij.

Procuratore Stephano Leboulenger presbytero
dioecesis Constantiensis In sacra Facultate
Licentiato Theologo

1 Die vigesimâ tertiâ mensis Junij mane In collegio Justitiano dignitas procuratoria veneranda nationis plurium suffragio ab Magistro Joanne Denys baccalaureo theologo In Collegio harcuriano humanitatis professore ad me delata est. Eodem die idem dnus Denys exprocurator quadrumvir creatus et apud Mathurinenses fasces rectorij prorogati dno Rouillard. Leboulenger

2 Die 21.ª Julij In Collegio Marchiano comitia extraordinaria habita sunt Decanorum et procuratorum cum suo cuiusque adiuncto, ibique auditis patronorum sententijs Lambin et Marechau super controversiâ orta Inter Insulares et Continentes Constantissimæ Nationis tribules de præsentatione ad curam parrochialem sanctorum Cosmæ et Damiani, conclusum vices esse tribus Continentium. Leboulenger

3 Die vigesima quarta Jullij apud dnum rectorem In Marchiano comitia extraordinaria Decanorum et procuratorum, ibique conclusum interventuram Academiam In lite facultatis Juris Canonici adversus facultatem decretorum universitatis Aureliorum contendentem licentiatos decretorum parisiensium In patronos non esse admittendos, et Jugum novum et tributum licenciandis Imponentem. Leboulenger

4 Die primâ Augusti mane comitia extraordinaria In Marchiano apud dnum Rectorem ibique deputatus est idem dnus Rector ad sacram theologorum facultatem in Sorbona tunc temporis congregatam, vti eadem facultas communicaret toti universitati suas censuras super libellos Jacobi du Vernant et Guimenij Amoodej, Itemque bullam summi Pontificis adversus easdem suas censuras, nec non conclusionem dictæ facultatis de receptione prædictæ bullæ quo postea tota Academia, quod æquum fuerit pruderetur statuat. Leboulenger

4

5 Die eadem prima Augusti horâ 1ª post meridiem habita
fuit comitia ordinaria decanorum et procuratorum apud dnum
Rectorem qui retulit se exspectasse ab hyrdeis Senatûs Theo-
gorum nec Antonio de Breda et Senioribus magistris in
Theologiâ ad fores exteriores domus Sorbonicæ, et abijsse
ductum fraulam Interiorem Sorbonæ ad locum illis destinatum
prope decanum Facultatis, grâtiaque sibi et Academiæ
redditas quod Academia parisiensis solagebat eorum qua
spectant ad Sacram Theologiæ Facultatem, effectumque
Facultatem vt sua conclusio super præmissa capitula minor
Facultatis fuisset recisa, postea redeuntem se rectorem ab ijsdem
hyrdeis et magistris ad fores exteriores Sorbonæ Leboulenger

6.ª Die 3ª Augusti habita fuit comitia extraordinaria
Rectoris decanorum et procuratorum apud Mathurinenses
ibique probata nominatio seu presentatio magistri Dionysij
de Sita Theologi parisiensis facta per dnum Duarrey in pastorem
seu rectorem curæ seu Ecclesiæ parochialis Sanctorum
Cosmæ et Damiani vacantis per obitum Natalis Brus
—vesini, possessoris pacifici, qua nominatio facta est per
tribum contrahentium confratrissimæ Germanorum nationis
cuius erat Germus esse Sententia vniversitatis antelata,
cuius erat Germus esse Sententia vniversitatis ante-
eique decreta parisiensis academia concepto litteras
præsentationis Leboulenger

Die 14ª Augusti apud D. Rectorem habita fuit comitia extra-
ordinaria decanorum et procuratorum ibique communi
omnium suffragio conclusum vti seruente et durante
lite inter facultates et nationes salvo jure partium negotia
vniversitatis interim considerentur — Item statutum et
per D.D. Rectorem decanos et procuratores cum procuratore
generali et scriba vniversitatis collegia singula Academiæ
visitarentur pro restitutione disciplinæ. Itemque primorum
quatuor generali vniversitatis nec Baccalaureationes
raddere bonorum vniversitatis certus, tempus, et receptus
ab prima die octobris ibi. vsque ad vltimum septembris
ibi. ubique exemplaria rationum dare D.D. Rectori
decani et procuratoribus ad 15ª septembris anni ibi. Leboulenger

Prima die Sabbathi septembris mensis comitia ordinaria
habita fuit decanorum et procuratorum, ibique
confirmata et concilio lata die 14ª Augusti Leboulenger

Die vndecima septembris comitia extraordi-
naria horâ octava matutina apud dnum Rectorem
ibique lecta et audita visitationes collegiorum —
Item hora tertia pomeridiana Sigillum magnum
vniversitatis apertum, sigillatæque litteræ varia-
que in loco scriptum emanavit subsignatum —
per D.D. Rectorem, Decanos et procuratores his
conceptum verbis. Nos tutæ scripti propter vrgentes
necessitates, ebquia multi conquerentur quod sua
litteræ non munirentur magno sigillo vniversitatis
habita ratione boni publici consentimus vt litteræ
nominationum, magisterij et alijs quacumque
solenni magno sigillo prædictæ munirj, hodie et
quotiescumque se occasio dederit, sigillentur —
salvis juribus facultatum et nationum vtpotè
datum in regia Duacena die septembris vndecima
anno ibi. signé Rouillac rector, et super decanus
facultatis Theologiæ D. Burgensis decanus. —
Et vigore mediocris decanus. Et cæteris procura-
toribus de nationis, cæterisque fidelissimæ nationis
Leboulenger venerandæ nationis Gallicanæ —
carissimæ nat. proc Leboulenger

Octobris die octauâ processio Rectoris in Ecclesiam parrochialem sancti Andree ad Arcubus Leboulenger

Die decimâ in Parcurio cui sirmirus de la Mare in quadrumuirum electus. probati oratores a me designati D. des Jardins pro sancto Remigio, et de Borel pro mutatione pontificis et oratoris in diem conceptionis beate Marie Sacrum Rectorem prudentia nostra doceremus exemplaria quorum priorum voluminum historia vniuersitatis, quod opus esse duceremus Leboulenger

Die decima sexta littere patij summij sigillate cuidam nomine de Meurie pro oppidis de villedieu, sandelles et sancto Benedicto Leboulenger

Die 27a comitia Rectoris et Nationum apud Mathurinenses, ibique in nostrâ natione prorogata est dignitas censoria ad trimestre tempus magistro Sirmino de la Mare Leboulenger

Die decima octauâ Nouembris vocati ad distributionem trimestrem reditus nuncupatum venerande nationis Gymnasiarcha et professores collegiorum plenj vt vocant exercitij eiusdem nationis Bibules. tenet distributionem statutam vt j Summa 200 libellarum vinj vt vocant locationis nuncupatum cuilibet e professoribus supradictis distribueretur. Item collegio Harcurdano pro nuncupata domini Padeo soluendam in gratiâ Summa 375 libellarum Leboulenger

Die 24a Nouembris redditus simplices et reditus bonorum censusque vniuersitatis reditus a quaestore Scholae coram Rectore Decanis procuratoribus et aduocatis vt moris a prouentibus Academiae. Eleboulenger

Die 27a nouembris conuocatis apud se Amplissimis rector Decanos et procuratores vt in eâ perstarent forminam de sanctis regiarum ceremoniarum professam qui allatis a Rege litteris ad Decanos procuratores et proctores academiae quas seruantur in tabularijs vniuersitatis, quibus iuxtabatur vniuersitas ad preces solemnes pijs manibus Philippi quarti hispaniarum regis in posterum diem publice fundendas in Ecclesia parisiensi Leboulenger

Die 16a Decembris processio vniuersitatis in Ecclesia dei sacram sub inuocatione sancti Stephani in monte ante quam orationem habuit dominus Perigot Juris canonici baccalaureus pro dedicatione suam thesim Leboulenger

Die 16a Electus in quadrumuirum venerande nationis Gallicanae Regis in Parcurio Philosophiae professor prorogata rectoria dignitas Dno Rouillard supplet tholetal recepta in premium facultatis artium ea lege vt offendat litteras fidelissimo cuique venerande nationi Leboulenger

Die 19a Decembris comitia extraordinaria apud Dnum Rectorem pro reformatione collegiorum Carnacensis Turonensis et Longolariorum conclusum omnium Gaudin paris. officiale eiusdem collegij Turon. moderatore in collegio marturum, ea pulsarum familiam mulierum de quellam, insignia collegij ad Jannal restituenda ni retineat, Gymnasiarcha enuncianum Leboulenger

Die vigesimâ quinta Januarij anni millesimi
sexcentesimi septuagesimi sexti comitia extraordinaria
apud D. Rectorem vbi Inuictissima quæstor vniuersitatis
vt disponat suas rationes ad calendas mensis Martij
Leboulenger

Die primâ februarij oblatæ cereæ ab vniuersitate per
Rectorem decanos vbi vicej solet primo Primicerij Conclu
primo rationum præsidij protopræsidij senatus eo anno
aranea cura præsidij Leboulenger

Die secundâ quo ad regem vniuersitas pro sanctorum
Germanum significatum dolorem de morte Annæ
Austriacæ Reginæ matris, hinc que præsentatum
cereum regij Reginæ, Delphini et eo nuncio regis fratri
Aureliamensium ducis Leboulenger

Die vndecimâ excepta est diuus Dupin cerimoni-
arum regiarum præfectus cum caduceatoribus et
literis regijs quarum tenor est inscribatur vniuersitati
apud D. Rectorem supremum decanis procuratoribus
alijsque academicæ proceribus, quij inuitauit vniuersi-
talem ad preces publicas pro valetudine sanctissimæ pijs
manibus Annæ Austriacæ Reginæ matris fundendas
Leboulenger

Die duodecimâ Rector decani, procuratores cæteri
que proceres academiæ vrbem Sanctiomyriacam
petierunt ad publicas exequias Reginæ matris. In vbe
notata domus vniuersitati per cæsaræ metatorem
regium, vbi reciperetur vestesque induerentur, hinc
idem in Ecclesiam, excepto academiam domum
de sanctos cerimoniarum præfectus collocatis summis
ad cornu epistolæ post senatum immediate dominus
rector pro sede abbatis suoque ordine decani et procura-
tores pro sedibus inferioribus officiarij et cæteri academiæ
sedebant peractis cerimonijs egrediuntur quij lectum
gerebant, senatus, rationum magistri, aranei seu auxiliorum
judices, vniuersitatis vbis et cæteri suo ordine, excepti omnes
domus societatis cæteri cuique assignata prandio regio Leboulenger

Die 17.a pro anniuersario rector decanus procuratores
statuerunt preces publicas pijs manibus Reginæ matris
sumptibus vniuersitatis, quemadmodum aliquot ante annis
pijs manibus Ludouici 13.ti regis Franciæ fuerat Leboulenger

Die vigesimâ tertia Inuitauit a rege solitis cerimonijs
dominus de sanctos vniuersitatem ad exequias Reginæ matris
in paschum diem in ecclesiâ metropoli Leboulenger

Die 24.a Rector decani et procuratores cum cæteris
vniuersitatis proceribus in aedem emetropolim ierunt
mandatum regium pijs manibus Reginæ matris paren-
tatum Leboulenger

Eadem die in publicis comitijs designati tribules venerandæ
nationis qui mecum cum decano et censore interfuere
rationibus nostræ nationis nimirum D.D. Guerin, Rural
Renouard et Fourdain quæ posteà die reddita sunt per
præsidem non potuere Leboulenger

Die secunda mensis martij academia paris. ibi in Ecclesia conventus mathurinensium Regina ornatij solemnibus ceremonijs parentata est oratione funebri habita D. Roullard rector. Vtamb. Prius dec. Vernend Baiocensium episcopus Leboulenger

Die quinta audita et clausa rationes census et reditus bonorum universitatis apud D. Rectorem in collegio Marchiano per quaestorem D. Bacde coram decanis procuratoribus ad minores et officijs universitatis Leboulenger

Die decima lecta distributio reditus nuncupatum venerandae nationis facta per magistros et professoribus tribulibus venerandae nationis dec hesterna dempto anne vocatis deputatis ijs DD. procurator decanus, Le barbier Guerin Duval Lair qui audierunt et clauserunt rationes dempti et recepti nuncupatum vener. nat. Leboulenger

Die vigesima 2a processit academia pr. eadem de sacram sub invocatione Sancti Germani et probati Leboulenger

Die 25. In natione quae nunquam sacra est en. Joan. de hamel bac. theol. electus et renunciatus est Rector en. Nicolaus d'Ennemain bac. theol phia professor in collegio lexoviensi Leboulenger

Aprilis die 7a in natione concludum tabulas ven. nat. in collegio Bernardino asservatas visitandas ad id deputati cum ijs qui clavem eas nunquam habere cum ornatissimo Procuratore en. en. Romaine, Le Barbier, Guerin. Eodem die apud D. Rectorem in comitijs controversia nata in constantissima dilatione pro continuatione dignitatis procuratoriae D. Orea de Jubilarij, et electione alij cancellarij in eandem dignitatem iemissa in die Sabathi proximo eque die Sabathi ob. nimium hora judicata hactenus dicti en. le cancellier Leboulenger

Die 7a visitatis tabulis Nationis in collegio Bernardino per dictos deputatos Leboulenger

Die Sabathi prima Maij apud D. Rectorem in comitijs concludum inter graduatos nominandos eas non esse recepturam academiam nequidem sub conditione in quorum litteris aliquid decerio.

Junij die 22a processit academia parisiensis in Ecclesia de sacram sub invocatione Sti Germani Altissiodorensis concionem habuit Simon Reignier doctor theologus excepti ab D. Rectore pueri aliquot eiusdem Ecclesiae chorista in Scholasticos et vocatos Juratos universitatis Leboulenger

Die 25a nobis prerogati sunto tabellis procuratorij ad hos menses. quadrimuer electus en. Poirier professor lexoviensis Nationis vero quaestor prerogati et in tabellis Rectorij en Nicolao d'Ennemain Leboulenger

Die 27a creatus est ven. Dd. quaestor en. Le Barbier bacal. theol. in collegio Marchiano pro primarius pro quo Nationi eadem septetio en. Franciscus Le barbier patritius. In examinatores rationum ven. nat. selecti en. en. Roullard, Rougeville, Reignel, Heron. admissi in examinatores candidatorum in artibus en. en. Le Caron Rothomagensis, Le barbier Abrincensis, Ornanel Lexoviensis, Orathieu lexoviensis Leboulenger

Die 2ª Julij comitia in Collegio hac cum ita conclusum
Summam 46 libellarum turonensium cum assibus 17. qua
superuerat ex vetimis rationibus ven. nat. numeratis —
reddatus impensis et expertis reponendam pro rea cum
alia pecunia qua asseruatur in Collegio Cenomanico —
Delecti eadem die cum ornatissimo Procuratore, censore
et Quaestore tribules qui locationem adirent venerandæ
nationis renouarent antiquo locatori in bonum publicum
eiusdem nationis Leboulenger

Die Augusti 4.ª pretium locationis adiit ven. nat. auxit
cn. L. Guenon phia professor in Collegio Marmoutensi —
eamque auctionem non abnuit ven. nat. Innumeram
Quaestori vt diem diceret apud praetorem urbis cuidam
qui sine contentu nationi aedificauerat super murum
qui medius est inter aedes ven. nat. et vicinas Leboulenger

Die 14. Augusti renouatio locationis adiit certis —
proposita est. ibi retulit cn. Desauberis Nationis Decanus
auctionem non contemnendam factam esse a cn. —
Guenon. re in deliberationem adducta decreuerunt —
conductores agi iuuare quodam auctionem in infinita
nisi pretium definiatur quibus mature consideratis —
Statutum est pretium esse prima cuiusque sententiæ tributa
ad deputatis cum antiquo locatore de mys summa sic
sententiarum triginta libellarum et ita per me —
conclusum Leboulenger

Die Augusti 19.ª exequutioni conclusio lata 14.ª huius
mensis interessione hesij facta per cn. Guenon et
alio quodam noe Petit Jean qui nationi negotiorum
de facie notus erat dieque mihi nationis dicta
per apparitorem regium apud Praetorem conuocanj
ven. Nat. ad comitia extraordinaria ea super re —
deliberaturam per emissas hinc inde varias opiniones
communi tandem omnium calculo veneranda Natio
suas aedes cauduxit antiquo suo locatori de mys annuo
sicto pretio septingentarum libellarum, huiusque
interessionj coram esset cn. Genon ea ita per
me conclusum Leboulenger

Die 2ª octobris duo supplices admissi gregemium
nationis ea lege vt litteras magisterij Rectorij nostro
deferamus probandas Leboulenger

Die octaua octobris processit Academia in —
aedem dei sacram sub innocationem sancti Jacobi decumano
litaniis Gulielmi Sapientiæ concionem habuit cn. des
Chaires Theologus Paris. Leboulenger

Die undecima octobris nobis suffectus est in dignis-
simam procuratoriam cn. Onoufle in Regia Nauarra
humanitatis professor et licent. Theol. Selectus
ex more quadrumuir ex procurator Leboulenger

huic M. Stephano le Boulanger prorogatum
fuit procuratorium munus vsque ad 10. Octob.
1666. Ne exiens Magistratu 25. Junij,
quia suspectus, daudere tunc Quadrumviratu.

~~ACTA~~

~~venerande Nationis~~

~~hîc defunt~~

~~procuratore~~ M. ~~Stephano~~

~~Le Boulanger~~

~~Licentiato Theologo.~~

~~23. Jun. 1666.~~

pagina Inutilis



ACTA

Veneranda Nationis

hîc Defunt

procuratore M. Ludouico

Mouffle

Licentiato Theologo, et in 2°. ordine

professore Nauarrico.

10. Octob. 1666.



ACTA

Venerandæ Nationis
hîc desunt
procuratore M. Joanne
Le François
Baccalaureo Theologo, progymnasiarchæ
Eloquentiæ professore, et
socio Harcuriano.

10. octob. 1667.

observatum à M. J.
Dot Authieux
1707.



Acta venerandæ Normanorum nationis

à Decimâ Die mensis Octobris anni 1668 usque ad Decimam eiusdem mensis anni 1669 .

Procuratore Jacobo le-Clerc Constantiensi baccalaureo theologo et tunc temporis studium Licentiæ theologicæ decurrente .

Die Decimâ mensis Octobris in Collegio Harcuriano horis matutinis venerandæ normanorum natio congregata me suum procuratorem renunciavit in locum Domini Le Franois eloquentiæ professoris in Harcuriano .

Eadem Die circa Decimam horam in Comitijs generalibus bimestralibus quæ habita sunt apud Magistrum Matthurinensem Constituerunt quadrumviros Magistrum Joannem le Franois de procuratore & eloquentiæ professorem in Harcuriano, Communibus omnium suffragijs .

Cum postulasset in ijsdem Comitijs Amplissimus Rector ab singulis probandum de more quæ gessisset in suo magistratu, petendaque natio probavit & solum quæ gessisset de Consilio procuratoris .

In ijsdem Comitijs Cum de contentione octâ circiter dies honorandæ gallorum nationis tribulis De quadrumviratu retulisset ad nationem Rector Amplissimus Cumque illi suam ab eaque causam atque alij defendissent, & de re visum esset de more Consulj debere eam natione, quod Cum ego exposuissem petendaque nationj, Collatis suffragijs statutum atque Conclusum est Electionem Magistrj Dumouriez baccalaurej theologi citra factam fuisse juxta statuta & sanctiones Conventus factum pridie nonas octobris, petitque eadem normanorum natio ne quadrumviri sumo Magistro Joanne le Franois Cum alio quem Cum prædicto Dumouriez de integro ordine ab Rectoris electio a quadrumviris fieri foret .

Cum Regius sarj vid de hac Rector Amplissimus misit petendam natio quosdam e suis tribulibus Dominum le Barbier eruditum philosophiæ professorem & tunc Decanum, Dominum Nodot professorem philosophiæ Regium & alios qui Rectorem jussit arcere ad rei exigendum .

Et paulo post Cum abijsset petendam natio communibus suffragijs statuit Magistrum esse nostrum Rectorem juxta ordinis amplissimi Decretum statuitque ut sumo quadrumviri juraret in cœtu totius nationis & illi fidem servandæ obstringeret .

Postquam hæc Magister Nicolaus Lair humanitatis professor eruditus a quadrumviris renuntiatus esset & tradunt Rector, Rursus petendam natio fecit in locum solitum ab electionem prædicti Rectoris confirmavit, negotiumque dedit quatuor e suis tribulibus Magistro Joanni Duchemin philosophiæ professori in sorbonæ collegio M. Aubert alijsque ab Magistrum Nicolaum Lair qui hunc abbat renuntiatum Rectorem a quadrumviris juraret

Et exquisitis / debis Rogarent nomine Nationis / ibi munus debitum rog[ar]et
et Cum pgro impetrasset / ibi obtenmato animo id munus desiderat
saltem venire et omnes silabi se excusabat quod Cum esset tum singulo
nationa illum quamuis reluctantibz ad dignitatem perpurre induxerunt /.
Insuper / bendauda Natio Consentientibus omnibus / debite gratie omitabam
amplissimum, fidem, opidam, et opem si forte hic aliqua moveatur
cum Communibus Cum aliis scholasticis et impensis diriendum esse decret.

Jle Clerc

Die 11.a Eusdem mensis et anni Confirmatus est et instructus amplissimus
Dominus Rector Nicolaus Law in Comitijs Decanorum et promotorum apud
Matturinenses.

Jle Clerc

Die 27.a Eusdem mensis et anni / bendauda Natio apud Matturinenses
Congregata Consuit Unanimi Consensu statuendum esse singulos Confratres in
Juxta quam Deum aliquid è minori magistratu ad Rectoriam Dignitatem
Evehitur Ille Cui summum at tali munere defungitur. Donec alius è suo
numero dissentiat deque nominant Dominum le barbier Eruditum
Virum professorem et de Consorte / ut illo munere defungatur et
gerat vices Domini Law Electi rectoris

Jle Clerc

Die 9.a mensis Februarij anni 1669 in Comitijs generalibus / bendaudæ
nationis in haurianis Actum est De Domino Dony de Debitore exa
bendaudam nationem pro Coratione gradum Eusdem nationis, et Conclusum
est Ejusdem esse senatusconsulto quid tamen ab eo si fieri possit
petunia summam extorquendam / et adigendum et sponsores dandi
totumgra. Quid negotium Commissum est Domino goddet Cui aliis
Conmittitur studeat bonâ Cum fidelissimo quæstore et Censore.

Jle Clerc

Die 27.a Eusdem mensis et anni in Comitijs generalibus nationis
bendaudæ apud hauriana Conclusio superior itidem Confirmata est
statutum tamen aliquid remittendum esse. de summa de librarum
debita a Domino Dony si tamen ipsum / uxor velit soluere aut
sponsor, aut de Deo ibidem / debiti sunt Clarissimi nationem fidelissimi
quæstoris MM. Messieurs de la barbe, olivarius Hebert, petrus
godet et felix Ysselinus barrabarus et Eusdem nationis Contribules.

Jle Clerc

Eadem Die post meridiem Convocati sunt a notio gymnasiarchæ et professores apud
Sarmaticum deliberaturi quid facto opus esset circa negotium nuntiatum, et quo pacto
Controversia mouenda sedari Cum Edouardianum præfectis de materia deliberata
Conclusum est Dandum esse prouinciales MM. le barbier noel et guidrus
et Cum amicis amicum quantum fieri possit transigerent /.

Jle Clerc

Die 28.a mensis Junij in Comitijs Venerandæ nationis Communibus votis prorogatum est munus quæstorium Domino le Caron humanitatis professore in montracuto, selecti quoque Auditores rationum eiusdem fidelissimi quæstoris 4.or Dominus Roussel philosophiæ professor ex harcuriano Dominus guenon ex belovaco Dominus Dubruel et Dnus bestille baccalaurei, huius posterioris nominationi intercesserunt Dominus pierre et Mathieu ex Collegio lexoviæ et postularunt ut Juris sui Collegij ratio haberetur Veneranda tamen Natio nullam habuit rationem eorum intercessionis nec destitit a proposito et ita Conclusum est: selecti quoque quatuor examinatores Candidatorum artium Dominus Collé ex Ducensi Rothomagensi Dominus Tesnière ex Abrincensi Duo vero ex Constantiensi sc. DD. Digne et Ysleman omnes baccalaurei./.

Ile Clerc

Die 8.a Julij eiusdem mensis Convocati sunt a nobis apud lexoviæ gymnasiarchæ et professores Venerandæ nationis de suis rebus deliberaturi ubi cum exposuissem Dominum pierre ~~non~~ non posse Rationes ~~suas~~ reddere nisi prius negotium ad Dominum fortin harcurianæ Domus provisorem pertinens fuisset compositum plurium Calculo Conclusum est ipsi sicut et alijs posse dari pensionem, et nominati sunt MM. le barbier Desperiers Rouillard et la mare qui modum excogitarent inmundæ pacis et Concordiæ providerentque ne res suæ ullum Damnum ex hac Concessione acciperent. Deliberatum insuper an mihi procuratori idem honorarium quod Regentibus, et alijs procuratoribus non regentibus qui ante me munus procuratorium gesserant qualis fuerunt domini le terrier et boulenger tribuendum foret, paucis reclamantibus Cæterorum omnium Calculo statutum est idem honorarium mihi persolvendum esse quod alijs procuratoribus non Regentibus, Conclusum quoque habendam esse rationem petitionis ~~Dom~~ Geroult et Rousset qua postulabant ut sibi ~~eu~~ honorarium concederetur ~~ad~~ ab ipso Die quo Cæperant docere.

Ile Clerc



procur. M. Le Clerc





Acta Venerandæ Nationis

Procuratore Guillelmo Aubert artium Doctore & in quarto Ordine — Professore apud Collegium Plessæum Sorbonæ.

Decimo Octobris die anno verò reparatæ salutis sexcentesimo sexagesimo nono supra millesimum, Ego Guillelmus Aubert apud Collegium Plessæum Sorbonæ Professor omnium Tribuliun suffragiis Procurator factus sum. Quadrumvir qui vel Amplis. D. Rectori fasces rectorios prorogaret, vel alterum renunciaret; electus est nullus, quia D. Lair apud Collegium Marcurianum humanitatis professor rei literariæ, atque adeo Universitatis clavum tenebat ex Supremæ Curiæ

Decreto, quod eius electio in turbas incurrisset (quod obviri dignationem non oportuerat) tragoediaeque a nonnullis partium ducibus fuisset excitata.

Aubert

Domino Exprocuratori libellas quatuor et asses decem eodem die per Apparitorem numeravi et sic mihi venerandae nationis Sigillum traditum est, quod eò notavi, quia res aut nullius, aut non veteris exemplivisa est.

Aubert

Vigesimo septimo Octobris die, qui dies creandis Censoribus Status est, D. le Barbier in Marchiano phiae professor censor electus est, qui nempe eo munere fungeretur, usquedum D. Lair qui ex Censore Rector fuerat creatus, ad pristinum munus rediret, et legitimum tempus adimpleret.

Aubert

His ipsis comitiis Magistri Boniau, Callongne, et alii duo Baccalaurei in theologia ex honoranda natione exacti privatique suffragio et honore omni eiusdem nationis, quod incidixerant gravissimis, ut probaverunt, de causis, quominus literae commendatitiae decernerentur D. de la Fuye munere procuratorio exeunti: praeterea Baccalaurei eiusdem nationis universi a suis ad munera imposterum fungenda inhabiles declarati sive licentiae stadium decursuri essent, sive iam

decurrerent

decurrerent, cum ad amplissimum D. Rectorem iniurias acceptas detulissent, atque super his a quatuor Nationibus deliberatum esset, prædicti Magistri Boniau, Callongne et alii duo in pristinum gradum, vnde immerentes deiectos esse declaratum est, restituti sunt, irritaque habita honorandæ nationis de cæteris Baccalaureis conclusio.

Aubert

Sexto decembris die D. Fourquemin in theologia doctor ad deiparæ virginis conceptus immaculati festum electus est Pontifex.

Aubert

Decimo sexto decembris die Quadrumvir factus est nullus, vt mos postulabat, quia D. Lair vi prædicti decreti adhuc Rector erat.

Aubert

Decimo octauo decembris die comitia in Collegio Lexouæo habita sunt, a nobis, nempe indicta, ita re Venerandorum Professorum suadente; in quibus cum multa inter de D. Exprocuratore non eo professore quidem sed baccalaureo; non honorario dico Procuratori debito, quod superuacaneum fuisset, sed eo quod Professoribus tantùm attributum est, prosequendo retulissem, quod a me fuerat efflagitatum; re multùm diuque excussa et ponderata, standum esse Venerandæ Nationis decreto super ea re D. du Val Procuratore facto conclusum est, indulgentiaque

omni in tali re esse abstinendum, ne gratia in ius pedetentim verteretur, quod vsuuenit non raro, nullamque imposterum de hac ipsa re, vt pote transacta iam atque iterata ad venerandam Nationem faciendam esse mentionem.

Aubert

Decimo nono decembris die ab Amplissimo D. Rectore, comitantibus tribus Decanis Theologiæ, Iuris Pontificii, Medicinæ et quatuor Nationum Procuratoribus in id conuocatis, exceptus est in Harcuriano Regiarum ceremoniarum Præfectus cum regis mandatis scripto exaratis, quibus Rex Christianissimus Academiam Parisiensem inuitabat ad exequias Anglorũ Reginæ Matris Henrici Quarti Francorum Regis filiæ apud Sandionysiacum fanum postridie celebrandas, die uero Lunæ proximo apud Ædem Virgini Matri Sacram Lutetiæ Parisiorum, recitatoque regio per Scribam Vniuersitatis epistolio; ab eodem Amplissimo D. Rectore responsum, Academiam Parisiensem tristis id ministerii præstituram, Reginæque et funeri & parentalibus adfuturam.

Aubert

Vigesimo eiusdem mensis die Amplissimus D. Rector, Decani facultatum Theologiæ, Iuris Pontificii, Medicinæ, & quatuor Nationum Procuratores cum suis Adiunctis insignibus suis Ornati, vt in talibus assolet, in fano Sandionysiaco Regiæ prosapiæ Mausoleo

subselliis

subsellijs superioribus regio epistolio assignatis proximè et secundum Senatum Parisiensem consedere. Silicerniũ Ordini nulli suis apparatum.

Aubert

Vigesimo quinto eiusdem mensis die Amplissimus D. Rector iisdem comitiantibus quibus supra, iisdem insignibus eodemque subsellionum gradu occupato apud Eadem Parisiensem Reginæ parentalibus adfuit

Aubert

Vigesimo tertio februarii die anno uerò millesimo sexcentesimo septuagesimo creati sunt rationum Ven. nationis Electores D. Noël phiæ professor apud Harcurianum, D. Pierres apud Lexouium eloquentiæ professor, D. Heron olim Professor apud Plessæum Sorbonæ, Ble Terrier apud idem Pl. Sorbonæ Professor

Aubert

Vigesimo quarto Martii die Quadrumuir creatus est nullus quia D. Muir ex eodem eiusdem Curiæ decreto Rector adhuc erat

Aubert

Septimo Junii die habita sunt in Harcuriano Comitia, in quibus cum retulissem me habere in manibus Supremæ Curiæ decretum, quo

decreto arcerentur a comitiis, quibus crea=
=ri solent Quadrumuiri Amplissimum
D. Rectorem renunciaturi; quicunque
triginta annis, iisque solidis minores essent,
prius a nobis recitato Supremæ Curiæ dec=
=reto postquam Venerandi Tribules Sum=
=ma reuerentia Supremæ Curiæ auctorit=
=ati vltro parêre se sigillatim fuissent
contestati, hæc demum via inita est pro=
bandæ a singulis ætatis debitæ, vt quisque
etiam Procuratore, vel Censore, vel Dec=
=ano Venerandæ Nationis sisteret se intra
triduum tabulis locupletibus et authen=
=ticis fidem facturus annum trigesimum
compleuisse; quorum autem ætas prob=
=ata foret, eorum nomina in catalogum res=
=erenda placuit, deinde in proximis comitiis
palam recitanda a quibus fuissent excepta.

Aubert

Excerpta verba ex supremæ Curiæ placito
quæ maximè ad rem pertinere videntur.

Appointé est que la Cour a receu et recoit
Les partyes de Robert partyes interuenantes
et celles de Pousset Opposantes a lexecution
de l'arrest du 6e de Juin & ayant aucune=
=ment esguard aux Interuentions & Oppos=
=itions Ordonne que l'election des Intrans
qui doiuent nommer le Recteur sera faite
dans chaqune des Nations par les Principaux,
Regens bacheliers & autres Mres es Arts
qui auront atteint lage de trente ans sans
qu'aucun de ceux qui n'auront leses.

trente

trente ans accomplis et reçus puissent
avoir aucune voix deliberative, active
ny passive dans lesd. Elections lesquelles
au surplus seront faites suyvant les
Statuts, Reglemens & Usages de chacune
des Nations &c. . . . . .
fait en Parlement le 19 Avril 1670.

Vigesimo octavo Junii die horâ sexta
matutina apud Justinianum de more
habita sunt comitia in quibus electus
Quadrumuir. est D. Marcel apud Montem-acutum
Eloquentiæ Professor qui Amplissimo
D. Rectori vel fasces rectorias proro-
=gares, vel alterum crearet.

Rubert

Eodem ipso die apud Maturinenses horâ
Decima matutina prædictus Quadrumuir
omnium popularium calculo confirmat9
cum tribus aliis cæterarum Nationum
Quadrumuirîs D. Pariot de Roncée de-
Moussy prius apud Collegium philosoph.
Professorem Rectorem renunciavit.

Rubert

Vigesimo quinto mensis eiusdem die
apud Maturinenses hora septima ma-
=tutina Amplissimus D. Rector a tribus
Decanis facultatum Theologiæ, Juris Pon-
=tificii, Medicinæ, et a quatuor facultatis

artium Procuratoribus informatus est cum adessent D. Exrector, Syndicus et universitatis Scriba.

Aubert

Vigesimo octavo Junii die horâ sexta matutina de more apud Harcurianum habita sunt comitia in quibus Quaestor factus est D. le Terrier in Plessaeo Sorbonae Professor; electi rationum venerandae Nationis Exactores D. Denis in Harcuriano Professor, D. Guenon in Lexovaeo phiae Professor. D. Bidois baccalaureus in Theo. D. Lysleman baccalaureus in Medicina: creati candidatorum baccalaureatus in artibus examinatores D. Heroul in Prellaeo=bellovaco phiae professor, D. de Langle baccalaureus in Theologia, D. Chedeville baccalaureus in Theologia, & D. Tullou baccalaureus in Theologia. Praeterea Rotomagensium in creatione Examin=atorum baccalaureatus in artibus, nisi horâ legibus praescripta comitiis adessent (e Rotomagensibus enim adfuit nemo) rationem habendam esse nullam concl=usum est.

Aubert

Ex^eo Rotomagenses qui horâ legibus constituta comitiis superioribus non Interfuerant, iam enim dimissa erant cum venerunt, iactare tumultuosiùs anticipatum comitiorum tempus in suorum fraudem, e quorum numero

sumendus

sumendus esset unus e quatuor Exam=
=inatoribus candidatorum baccalaureatus
in artibus; quare ne animi longiori con=
tentione exulcerarentur, suaque ut Vener=
=andæ Nationi tranquillitas, cuius semper
retinentissima fuit, constaret, visum est
concordiæ causa comitiis menstruis prox=
=imis quintum quatuor prædictis Exam=
=inatoribus addere D. Susanne Rotoma=
=gensem priùs iuratum, ita tamen ne
imposterum numerus exuberaret.

Aubert

Secundo mensis Augusti die indicta a
nobis sunt comitia extraordinaria, quò
Venerandam Nationem monerem ab Ampl.
D. Rectore conuocatos semel, iterum, atq
iterum quatuor Procuratores, quosque
visum fuisset e singulis Nationibus, ut et
Scriptis et viua voce iniretur, inquiebat
Ampliss. D. Rector, ratio creandorum
sine turbis Rectorum, cum tamen ius
et Libertas Nationum, penes quas per sing=
=ulos suos Quadrumuiros potestas est cre=
=andi Rectores (attentari viderentur) re proposita, et attentè
considerata placuit, ad ea quæ propositurus
esset amplissimus D. Rector super tali re,
neque a Procuratore, neque a quoquam
Venerandæ Nationis Tribuli, siue Scripto
siue voce responderi posse legitimè quin
prius a Procuratore ad Vener. Nationem
relatum esset de quibus actum fuisset

apud Amplissimum D. Rectorem, & super his venerandæ Nationis Tribules inter se consuetauissent quid facto opus videretur atque ita conclusum est.

Aubert

Die Augusti apud Ædem Parisiensem piis manibus Ducis de Beaufort Princ=ipis nothi Galliarum Nauarchi parenta=tum est, vbi adfuerunt Amplissimus D. Rector, Decani Theologiæ, Iuris Pontificii Medicinæ, et quatuor Nationum Procu=ratores, singuli cum singulis Adiunctis, ad hoc per regiarum ceremoniarum Præf=ectum a Rege Christianissimo, de more, epistolio inuitati: consederunt secundum Ordinem Senatorium a Sinistris, vt, uel ipsis funeribus, inquiebant, indicaretur qui Principes legitimi, qui Spurii essent.

Aubert

Eodem mense funerata est henrica Anglicana Serenissimi Principis Ducis Aurelianensis vxor apparatu longè mag=nificentissimo apud fanum Sandionysiacum, interfuit funeri Academia Parisiensis ad id inuitata Regis Christianissimi nomine per epistolium, conseditque a dextris secun=dum Ordinem Senatorium. Silicernium Ordinibus apparatum est nullum.

Aubert

Decimo Octobris die mane apud Harcu=rianum D. le Barbier Licentiatus in Theologia

Theologia Procurator electus est, Ego
uero factus sum Quadrumuir cum-
tribui aliis aliarum Nationum Quadr-
umuiris Amplis. D. Rectorem renuncia-
turus, aut Amplis. D. Rectori fasces
Rectorios prorogaturus; D Sanson Lic-
entiatus in Theologia Pontifex electus
ad D. Romani festum, D. le Marchand
Baccalaureus in Theologia Orator ad
Conceptionem designatus.

Subert



Acta
venerandæ Nationis Normanorum
Procuratore Alexan. le Barbier. é sacro Theolog. Paris. Ordine Licentiato.

a die 10. Oct.
an. 1670.
ad 10. oct.
an. 1671

Anno R.S.H. Sexcentesimo Septuagesimo — Supra Millesimum Ego Alexander le Barbier e Sacra Facultate Theologorum Parisiensium Licentiatus communi omnium Tribulium meorum calculo rebus Venerandæ Nationis præfectus sum Procurator die decimâ Octobris: in quo Munere excepi D. Aubert longè meritissimum qui post gestū id Magistratus quantâ potest fide, integritate ac Animi Magnitudine ~~hic~~ temporibus difficillimis Quadrumvir factus est (inveterato Nationis More hoc officium decedenti Procuratoria purpurâ deferente) qui Rectorem Amp. Vel crearet vel prorogaret Statimque Sacramentum In Nostris Manibus eorum Natione præstitit

Le Barbier. S



procurat. M. Alex.
Le Barbier.





procurat. M. Le Barbier.



proc. M. Alex. Le Barbier.





Acta Veneranda nationis, procuratore Joanne Duhamel Sacrae Theologiae licentiato Socio Sorbonico et Philosophiae professore in Collegio Sorbonae plessaeo.

Decimo octob. die, anno vero millesimo sexcentesimo septuagesimo primo, ego Joannes Duhamel omnium tribulium communi suffragio factus sum procurator, et domino Lebarbier munere procuratorio abeunti quatuor libellas cum decem assibus numeravi, et sic mihi sigillum procuratorem in manus traditum est.

Duhamel

Die decima mensis decembris habita sunt apud Mathurinenses comitia supplicatoria eodem anno 1671° ubi postquam in angulo peristilii consessum est

per apparitorem parlamentarium a tribus decanis
superiorum facultatum interpellatus est dominus rector
veniret in comitium, et per eundem apparitorem
vicissim a domino rectore rogati et jussi praedicti
domini decani venire in locum consuetum ad deliberandum
pro more de rebus academicis et supplicationibus
citra turbas; tum auditis supplicibus pro
litteris nominationis, Magister Jacobus Kaernex
tam suo quam caeterorum nationis germaniae
magistrorum nomine, prout ipsi ab eadem natione
in comitiis apud fratrum Cosmam pridie habitis
demandatum fuerat supplicavit et exposuit tandem
pridem nationem ipsam turbarum super electione
procuratorum exortarum, aegregis se pati partem
certe non ignobilem a toto academiae corpore
tandiu divulsam remanere, ac tametsi jus suum
in supremo senatu obtinuerit, malle tamen se
reconciliationis gratiam academiae debere,
maxime cum his turbulentissimis temporibus
expedere videatur ut distracta membra in unum
redeant, adeoque se praedicto nomine profiteri
nihil unquam egisse aut agere voluisse contra
leges et jura academiae authoritatemque domini
rectoris et si quid contra factum videatur id
se revocare et irritum velle idcirco postulare
ut pro bono pacis universitati placeat
eiusdem nationis magistros in statum pristinum

postulavimus omnes ~~quatuor~~ nationum procuratores unanimi
consensu praedicti Jacobi Kaerney nomine quo supra postulationi
acquiescerunt, iuxtaque illam praedictos magistros in integrum
restituerunt atque in eum statum in quo erant ante
Calendas aprilis, deinde lites de procuratorio munere
antehac motas omnino sopitas voluerunt, postremo decreverunt
ut primo quoque die natio ipsa germanica habeat comitia
nominumque procuratorem eligat, e tribu insularum praesidente
antiquiori magistro viro procuratorio e continentibus
ac dominus rector admissis supplicationibus pro listeris
nominationis, recusavit supplicationi magistri Kaerney
subscribere eo quod de negotio magistrorum omelon
et gaberel de procuratorio munere contendentium
non fuerant consulti, ut existimabat, patroni
nihilominus domini procuratores in sua sententia
perstiterunt.

Duhamel

Die 2a Junii post missarum solemnia habita sunt
in collegio harcuriano comitia ordinaria venerandae
nationis, in quibus nominati ac deputati sunt
Clarissimi viri dominus de Touraine nationis
decanus, dominus Lebarbier emeritus philosophiae
professor in marcianio, dominus Noel regius
philosophiae professor, dominus Pierres emeritus eloquentiae
professor in lexovaeo, et dominus Rouillard emeritus
philosophiae professor in marcianio, qui cum amplissimo
domino rectore meditatae reformationi incumberent
ea tamen lege ut nihil definirent nisi prius

ad venerandam nationem retulissent | nonnulla hic omissa habentur pag 49a

Juhamel

Die 14a Jun augusti in pervigilio festi beatissimae virginis habita sunt de more comitia praeclarae facultatis artium apud mathurinenses pro ne admittendis examinatoribus candidatorum in artibus, in quibus postulante procuratore syndico conclusum est in posterum singulis trimestribus habenda esse comitia ordinaria praeclarae artium facultatis apud mathurinensis, die constituto ad electionem domini rectoris, neque postea esse penes dominum ut ista comitia, omittantur, differantur vel anticipentur item in iisdem comitiis statutum est ut singuli professores philosophiae catalogum suorum discipulorum singulis annis bis traderent amplissimo domino rectori cum stilae universitatis, quidem die vice circa initium decembris, 2a autem circa initium martii aliàs nullam in posterum esse habendam datarum a professoribus litterarum testimonialium

Juhamel

Die decima septima augusti anni 1672 post missarum solemnia habita sunt in collegio Justitiano comitia extraordinaria vocatis ad ea specialiter singulis venerandae nationis tribulibus ubi cum sapientissimi iuxta et splendoris academiae studiosissimi viri admonuissent et expostulassent adversus quosdam philosophiae professores, qui suae conditionis immemores et a sua professione degeneres, ad probrum et dedecus academiae universae, ostiatim discipulos annudicant malis artibus et iniquis rationibus ad se pellicium, indigna

quaeque non tantum professorem academico et agunt et patiuntur
qui cum paribus et quaestuosis hominibus, non tam inita
societate, quam in viros probos et de academia bene meritos
falsa coniuratione, illorum famam obtrectationibus, maledicentiis
imposturis et calumniis proscindunt, visum est eiusdem homines
si qui essent de veneranda natione, omni ratione coercendos esse
atque eorum turpissimae praesentationi occurrendum; quapropter
rogatus ac nominatus est magister franciscus le barbier
emeritus philosophiae professor in marchiano, qui in eiusdem homines
sedulo inquireret. ut si constaret aliquem ex veneranda natione
tantae turpitudinis esse rem ipso facto ex catalogo professorum
expungeretur.

Deinde statutum est in iisdem comitiis ut quia eiusdem professores
patiuntur suos discipulos abesse a scholis, acquissimis censor non
prius litteras eorum testimoniales probaret, quam eorum scripta
accurate expendisset, et propria illorum manu a professore
excepta conquisisset. Duhamel

Die mercurii 28a septembris habita sunt in collegio
harcuriano comitia veneranda nationis, vocatis ad
ea specialiter singulis contribulibus in quibus
lecta est conclusio lata a selectis viris totius
facultatis artium cum domino rectore et procuratoribus
quatuor nationum, concepta his verbis; Magister
Joannes Doys artistarum nauarricorum primarius,
exposuit plures iactari passim querimonias de nonnullis
philosophiae professoribus, qui scholasticos turpiter emendicant
etiam cum dispendio famae comprofessorum, exemplum
proposuit veneranda normanorum nationis, quae in

suis postremis comitijs, viros graves elegit, qui inquirant in
eius modi homines ambitiosos, et alienae famae depopulatores
his et alijs mutatis in eandem rem agitatis placuit in eos
inquiri diligentius, neque modo inquiri, sed et quod statutum
fuerit exequutioni demandari, atque ut id fiat exacte et cum
ordine, ita decretum est, ut si quae haberi possint acta et testimonia
infamiae eiusdem ambitus ad scribam universitatis deferantur
Datum die 3a Septemb. anni 1672.

Deinde lecta est conclusio venerandae nationis lata in eandem rem
die 17a Augusti, eiusdem anni, ea qua supra. quibus lectis

Magistro Guillelmus Guenon philosophiae professor in collegio
Prellerobellonaeo nominatim accusatus est, et quidem ambitus
turpissimi, maledicentiae in collegia et professores academiae;
quamobrem integerrimus lector venerandae nationis in accusationis
probationem legit quandam epistolam, quae scripta dicebatur ad
provincialem a dicto magistro Guillelmo Guenon philosophiae
professore, qua quidem male excipiebat collegia et professores
universitatis, epistolae autem haec sunt verba.

Monsieur je vous suis tres obligé et je vous asseure que
vostre nom ne m'est pas tout a fait incognu, et j'auray
bien de la joye de pouvoir l'année prochaine rendre le service
que je n'ay pas eu occasion de vous rendre il y a huict
ans, vostre generosité m'y oblige puisque vous voulez me
procurer l'advantage de rendre service a deux gentilshommes
de medite et de vos amis l'année prochaine lequel je feray
avec joye, mais je vous advoue que je suis surpris de
l'imposture qu'a advancé cette personne, qui a tant vanté
le college d'harcour, nous n'avons jamais ouy parler
d'inquisiteurs pour des professeurs et je peux vous asseurer
que je suis en un estat de ne craindre aucun inquisiteur

Cette nouvelle vient de quelque frippon, qui apparemment est
quelque valet du college d'harcour; (parceque je responds que
les professeurs sont trop honnestes gens pour parler de la sorte)
qui pour avoir plus de pensionnaires a servir le sort de cette
invention pour procurer des escolliers au college d'harcourt
mais il prend mal ses mesures parceque je vous diray
que plus de trente escolliers pensionnaires sortiront d'harcour
cette année, a cause que monsieur noel, homme de merite
a la verité, quitte la profession, et qu'il en vient un nouveau
dont on ne cognoist pas le nom, je peux pourtant vous
advertir, qu'il peut y avoir quelques autres asses malitieux et
asses cognins, qui voyant que jusqu'icy, j'ay eu l'approbation
universelle de tout le monde, ne pouvant ny blasmer ma
capacité ny mes mœurs, a moins que de s'exposer a faire
l'amende honorable, ont inventé cette fourbe sans determiner
qu'un general, pour pouvoir en exivant les chymeres dans
les provinces empescher le profit et l'advantage publicq,
mais, monsieur, ilz y reussiront mal, parcequon est
persuadé a paris, que beaucoup de professeurs n'ayant
aucun merite que celuy qu'ilz empruntent du college ou
ilz sont ont des emissaires pour faire debiter a chaque
cours quelques impertinences de cette sorte ou ilz n'ont
jamais reussy et je n'espere pas qu'ilz reussissent mieux
a l'advenir, vous verrez, monsieur aussy tost que vous
serez a paris, que les sortes de gens manuerunt in
cogitationes suas, et je peux vous assurer de voir
dans ma classe lequel y a de jeunesse a paris la
plus florissante et qu'il m'est desja venu voir
plus de deux cent linguantes escolliers dont la pluspart
sont de marque et de qualité, et vous experimenterez
que j'ay trouvé la methode et le secret de faire des

[illegible] se una regalibz e dñi nauis [illegible]
[illegible] ex quibz ego [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible]

Deinde accusatus est quod cum sederet arbiter in altu publico die
2ª qua est sacra sancto Ludovico, et adversus eius discipulum
disputaret professor academicus, surgens ex suggestu responderit,
an putas te rem habere cum caeteris philosophiae professoribus, qui
cum urgentur, non habent quod reponant, cumque ad cohibendam
publicam maledicentiam, quidam manibus plauderent, idem magister
Guillelmus Guenon addiderit, hunc manum plausum esse quidem
utilem caeteris professoribus, se vero non timere vim argumentorum
denique accusatus est quod ipse, ad eos quos speraret auditores
philosophiae futuros, deferret compendia philosophiae universae; quod
quod Juvitatis omnibus ex quolibet collegio rhetoribus, compendia
philosophiae in suo cubiculo etiam per tempus inductarum describenda
dictaret. quibus et aliis diu agitatis, placuit haec omnia acta
et testimonia esse ad scribam universitatis juxta conclusionem
facultatis artium esse deferenda, ut sum ea judicium a praeclara
artium facultate judicium ferretur: at magister Guillelmus Guenon
postridie adductis secum duobus notariis publicis hoc instrumentum
nobis procuratori signi fecerunt instrumenti autem verba haec sunt
aujourd'huy en la presence et compagnie des notaires, gardenottes
du roy nostre sire au chastelet de paris soubz signes,
Maistre Guillaume Guenon professeur en philosophie au college
de beaumais y demeurant, est transporté au college du plessis sorbonne
sis rue St Jacques, en l'appartement de maistre Jean duchamel
professeur de philosophie aud. college et procureur de la nation
de normandie ou estant parlant a sa personne les sieur Guenon
l'a sommé et interpellé de luy delivrer presentement autant de la
conclusion par escript qui a esté le jour d'hier prise contre luy
en l'assemblée de la nation de normandie faicte dans le college
d'harcour affin de pouvoir par icelluy sieur Guenon se pourvoir
par les voyes de droict et selon et ainsy qu'il advisera bon
estre lequel sieur duchamel procureur de la nation a respondu
quoyant plusieurs chefs d'accusation contre les sieur Guenon

dont il estoit en partie comment estant interrogé dans lad.
assemblée ou il estoit present il n'a pas pu encor decrire et rediger
par escript lad. conclusion en forme parcequil y a une longue suitte
de pieces a inserer, a quoy led. sieur guenon a repliqué quil n'est
pas vray quil ayt esté interrogé dans lad. assemblée ny ayant
aucun de ceux quila formoyent quil deust recognoistre pour juge
attendu que tous ceux de lassemblée estoyent les parties quil n'est
pas encor vray quil y ayt un si grand nombre d'accusations puisque
le tout consiste en quelques lettres dans lesquelles on pretend que
led. guenon a mis quelque parolle injurieuse contre ceux qui composoient
lad. assemblée, et quelques plaintes verbales, faictes par quelques
professeurs d'avoir esté maltraictes de parolle dans les actes et
a dict que lad. conclusion a deub estre redigée sur le champ
et non pas confiée a la memoire dud. sieur duhamel procureur
qui n'allegue cette response que pour s'empescher de la delivrer aud.
sieur guenon et par led. sieur duhamel a esté persisté en sa
response, et par led. sieur guenon protesté que la response dud.
sieur duhamel procureur ne luy pouvoit prejudicier dont lesdictes
parties ont requis actes ausdictes notaires, qui leur ont octroyé
le present pour leur servir et valoir en temps et lieu le
fut ainsy faict et passé a paris dans le college du
plessis sorbonne dans lappartement dud. college l'an mil six
cent soixante et douze le vingt et neufiesme de septembre
entre midy et une heure et ont signé la minute des presentes
deux entrée vers aumont un des notaires qui a delivré
la coppie aud. sieur duhamel procureur. signé le roy
et aumont notaires. ——— ——— ———

postridie autem signi fecabi eius instrumenti, signi fecaui ~~[illegible]~~
dicti ~~[illegible]~~ guillelmo guenon per apparitorem venerandae
nationis paratam esse conclusionem et scripto redactam
adeoque posse luce voluerit eam recipere, cuius rei actum

[illegible] ... [illegible] ... [illegible] ... [

nationem conclusum hora 7a matutina exposui, quibus auditis aliae
tres nationes Borsius convenerunt, et singulae modum electionis
amplissimi domini ~~[illegible]~~ singula ab eo alta in suo magistratu comprobarunt
quamobrem interpellatus est dominus rector ut praesens adesset
comitiis apud maturinenses habendis ipsa hora 11a ad quidem
eius postulatis omnino acquiescebant nationes gallica, picardica
et ~~[illegible]~~ germanica at ille respondit se quidem dictis dominis
le barbier mandasse ut suo nomine istud promitterent veneranda
nationi fore ut eadem die novi ~~[illegible]~~ rectoris electioni consensionem
esset, se tamen maturiori consilio expensa re ista sententiam
mutasse, adeoque nolle se novi rectoris creationi assentire, quo
audito veneranda natio apud maturinenses congregata, judicavit
ex tempore eligendum esse quadrumvirum qui novum rectorem qui cum aliarum
nationum quadrumviris manu hora 7a electis rectorem renunciaret. Itaque
de more qui pro quadrumviratu supplicavit magister Robertus le
Terrier humanitatis professor in Sorbonaplessico, ibique ad suffragia et
unanimi tribulis omnium consensu nullaque habita intercessionis facta
ab aequissimo censore magistro le Faucois fuit ut quadrumvir dictus
magister le Terrier qui cum aliarum nationum quadrumviris rectorem
renunciavit clarissimum virum magistrum petrum Lenglet, ac cuius in rectorem
creationem, cum singulae, ~~[illegible]~~ nationes tum praesertim natio veneranda
sibi congratulata est

Fr Gamel

Die 19a decemb. hora 2a pomeridiana anni 1671 habitis in peristilio
maturinensi quatuor nationum praeclarae artium facultatis comitiis
ornatissimi procuratores exposuerunt, quae fuerant acta matutinis
horis in confirmatione domini rectoris petri de Lenglet circa quasdam
conditiones quas magister Franciscus le marie ex rector postulaverat

In Instrumento per actuarium confecto expressum hac ipsa die in peristilio magnonensi
horis matutinis, quibus mediantibus conditionibus suae abdicationi assensum
praebere non recusabat, quae quidem conditiones tales erant, 1a ut ipsius
magistri Francisci le maire alta, electionisque modus approbarentur.
2a ut sumptus per eum facti, a domino Lalemant cancellario
Sangenonefiano aestimarentur quibus per ipsos dominos procuratores expositis
placuit pro bono pacis praedictum magistrum Franciscum le maire rectorem aquosi
electionis ipsius modum salvo tamen iure singularum nationum comprobari
rectorio et exrectorio iure ipsum gaudere, alta quoque ex consensu dd. decanorum
et dd. procuratorum confirmari, denique sumptus per dictum ~~dominum~~ magistrum
le maire factos aestimari a cancellario Sangenonefiano in cuius rei
fidem subscripserunt dd. procuratores nomine suarum nationum

Duhamel

Nihil deest

Acta
Venerandæ nationis
procuratore Francisco Sanson
Constantiensi in sacra
Theologiæ facultate
Licentiato.

Sexto Idus octobris anni mill.i sexcent.i septuagesimi secundi frequentibus comitijs apud Harcurianos habitis procuratorium mihi Francisco Sanson Constantiensi licentiato Theologo demandatum est munus unanimi tribulium omnium consensu, cui fideliter administrando me pro viribus vacaturum ex more cum sacramento iurisiurandi pollicitus sum coram Mag.ro Joanne du Hamel licentiato Sorbonico et philosophiæ professore eodem magistratu decedente aliisque tribulibus. l.

F. Sanson

Eodem die in Comitijs Maturinensibus ampl.o d. Rectore quatuor proponente, scilicet uti vel confirmarentur vel ex integro eligerentur quadrumviri qui novum Rectorem renuntiarent: uti proposita pœna cogerentur professores philosophiæ qui nondum catalogum suorum scholasticorum exhibuerant d. Rectori vel scribæ universitatis intra pervigilium festi S.torum Simonis et Judæ illum deferre: uti mag.er Numan hibernus neglectæ præclaræ facultati artium satisfaceret vel excluderetur omnino: uti denique animadverteretur in eos qui d. Rectori significatum voluerunt instrumentum quoddam quo Baccalaurei superiorum quas vocant, facultatum dicuntur exempti iurisdictione d. Rectoris et ad superiores longe facultates convolasse. Censuit venerandâ natio gravissimas propter rationes supersedendum esse eligendo d. Rectore et abstinendum à creando quadrumviro: testimonium professorum qui catalogum suorum scholasticorum non detulerint intra pervigilium dicti festi S.torum Simonis et Judæ datum scholasticis nullius apud academicos fore fidei: mag.rum numan teneri satisfacere in proximis comitijs vel ipso facto tunc temporis fore exclusum: instrumentum denique propositum esse falsi reum et iniuriosum præclaræ facultati artium declaravitque suos Baccalaureos nullam in eo partem habere ipsosque esse addictissimos præclaræ artium facultati. l. F. Sanson

Idibus octobris extraordinaria habita sunt comitia apud d. Rectorem in quibus Mag.er Guillelmus Guenon philosophiæ professor apud Bellovacos academiæ tribunali quod declinare visus fuerat, se submisit, revocavitque convitium quoddam

aduersus alios eiusdem parisiensis academiae professores philosophiae quod in epistola quadam scripserat eosque professus est uiros honestos suoque munere dignos. deinde mag.r petrus danet in locum d. procuratoris syndici tum rectoris fasces tenentis suffectus est, qui nomine totius academiae persequeretur ex praescripto iuris nebulones quosdam ex gallicana natione quietis academicae perturbatores qui ut sibi munus procuratorium compararent supposititios homines induxerant quorum suffragiis illud assequerentur. /.

F. Sanson

Habitis comitiis apud Maturinenses in peruigilio festi diei s.torum Simonis et Judae unanimi contribulium suffragio creatus est Censor mag.r N. Caron professor in collegio Montacuto vir integrae fidei. rata facta est mag.ri petri danet electio ut vicarias partes syndici catholici ageret. priuatio sportulae omnisque suffragii decreta aduersus eos qui tribunal academicum refugiunt. deferendi catalogi scholasticorum professoribus ad calendas nouembres tempus prorogatum est. numan hibernus supplex venia donatus est. F. Sanson

Habita sunt in harcuriano comitia nonis nouembribus in quibus sacro confecto steterunt se duo supplices alter in sacra facultate baccalaureus, alter in artibus mag.r et in consultissima facultate licentiatus ut cooptarentur in gremio nationis, hic remissus est, dum a censore et quaestore inquireretur, num aliquando inter tribules ascripti sint aliqui ex consultissima facultate: ille uero admissus est ea lege ut curaret literas magisterii sui in artibus sigillo rectorio uice magni muniendas. /.

F. Sanson

In peruigilio sanctae Catharinae cum caeteris aliarum nationum ornatissimis procuratoribus comitatum exhibui amplissimo d. rectori collegium Turonense visitanti, in quo duo quidam bursarii nebulones turbas conciuerant, et gymnasiarchae viro alioquin mitissimo molestiam importarant iniuriosissimam, auditis aduersus eos testimoniis et eorum responsis bursarum emolumento et fructu priuatos declarauimus ad tres menses intra quos ita se summittant dicto gymnasiarchae ut ipsi quas ipse uelit dent poenas, quod si renuant, in aeternum bursarum fructibus priuatum iri decreuimus. Interim uesperis quae tum pro more solenniter exolutae sunt in harcuriano non interfui, die uero crastina purpuratus, ut moris est, adfui sacro, quod in eodem collegio factum est. /. F. Sanson

Secundo nonas decembres sabbathi die, sacro pro more confecto, itum est in comitia in quibus retulerunt d.d. Censor et quaestor se nullum e consultissima facultate qui cooptatus

fuerit in virevanda natione in annalibus quæstoriis quod habebant præ manibus deprehisse. quod postquam fuit à me depositum postuli duo testimonia è tabulis procuratoriis deprompta quibus constat baccalaureos illius facultatis olim inter tribules fuisse ascriptos. ex quo factum est ut omnes admittendum censuerint baccalaureum illius facultatis qui die Sabbathi superioris mensis Sic Supplicem obtulerat: modo per tempus præscriptum ab vniuersitate studuisset, quadrare per Censorem inquirendum voluerunt omnes. admissus est alter Supplex in sacra facultate Theologiæ baccalaureus inter tribules ea lege ut quamprimum profiteret Censori testimonium magistrij in artibus, quod in prouinciam significandi gradus causa deportatum dixerat. 1.

† Sanson

professor Emeritus, d. Nicolaus Clair rector antiquus
et in Lauretano Eloquentiæ professor, una mecum
interrogationem obsignavit apud scribam universitatis
quod vobis dicimus in nostra fraternitate in Fluens

Die Lunæ 16 eiusdem anni et mensis habita fl.
Comitia in Jesuitano, in quibus post missarum solemnia
creatus fuit quadruumvir Cæsarius d. Ludovicus
Rouillard, munus ut provocando rectoris, vobis die
Cinis hora undecima renuntiatus fuit in rectorem
illustrissimus abbas abbatiæ Barbat d. Maigny
de Roncée, et a singulis nationibus Cæsarianis
magno applausu Fluens

Die 24ª Martij anni 1645 post missarum
solemnia in Lauretano solitus fuit quadruumvir
meritissimus d. Ludovicus Servie professor in
Pedagogio, vobis die mercurii hora undecima prorogati
juris fasces rectorij amplissimo d. rectori Fluens

Die 23 Junij eiusdem anni post missarum
solemnia in Jesuitano designatus fuit quadruumvir
meritissimus d. Ludovicus Mabire professor in
Lexoneo, eodem die prorogatus magistratus
amplissimo d. rectori Fluens

Die 28 eiusdem mensis in Comitijs habitis in
Lauretano, solitus fuit in quæstorem nationis ven-
meritissimus d. Samuel Jouvin utroque iure
reprodoctus in Theologia Licentiatus, scitæ auditorum
nationem inter meritissimum d. Le Roy exquæstorem una-
cum datum a Cæsarianis nationis, inter Cæsarium
d. Le Servie, Mabire, anquetil, Dirtote. -
nominati qui tetulerunt candidatos in astitua inter-
meritissimi, Conanum Licentiatum in utroque iure,
Manuel Carvalaneus Theologum, Jalo Carvalaneus
Theologum, et Montbeau Carvalaneus Theologum
Fluens

Die Sabb. 4 Julij eiusdem anni tandem post
vacuia inter ordinaria, tum extraordinaria Comitia in
quibus actum est de diplomate regio obtento a
Rectorem in Theologia utriusque domus sorbonicæ
et navarricæ, quo mihi rite inscriptissimus et illius
Theologiæ utriusque domus professorem qui pro solemnium
sine intermissione sine fraude publice theologicas
domuerint gaudebat gaudeant privilegio solemnis qui
qui gaudent professorum in astitua qui in collegio, et
simul formate pro solemnium domuerint, actum quoque
de libello supplici dato in ruby perlecto et diplomate
illud regium infrascripto in alta Cæsarianis, protenus
interrogandum est, et rite conclusum Fluens

Eodem die et mense viri Clarissimi d. Enjourbault et d. de Riviere conquesti sunt quod eorum nomina fuerint omissa in libro quaestoria a d. Marcel nationis ex quaestore fidelissimo, planuit eorum nomina inseri in librum quaestorium, dictosque baccalaureos haberi pro admissis in gremium nationis a die quo supplicarunt

Fuenon

Die decima octobris anni 1696 habita sunt Comitia ordinaria in harcuriano, in quibus post missarum solemnia, renuntiatus fuit procurator nationis vir Clarissimus d. Le Maire baccalaureus theologus, designatus pontifex ad diem festum sub invocatione divi romani vir Clarissimus et disertissimus d. Ameline baccalaureus theologus, orator ad pontificem immaculatae Conceptionis d. Radelorge in Lexoreo professor meritissimus, mihi deponenti procuratoria purpuram, fungi quadrumviratus officio concessum est

Fuenon

venerandae nationis ex procurator.

Acta Venerandæ Normanorum Nationis procuratore Petro Le Merre Constantiensi baccalaureo theologo

Die decima octobris an. 1676 habita sunt comitia ordinaria in harcuriano, in quibus omnibus contribulium suffragijs creatus sum procurator, Magister franciscus guenon In Lexoueo clarissimus philosophiæ professor, quadrumuir electus est qui Rectorem ampl. uel prorogaret, uel alterum crearet. P. Le Merre.

Eodem die et anno comitijs matutinis apud Math. haberi solitis Magister Nicolaus pierres artium doctor, et rhetoricæ professor In collegio Lexoueo, incredibili omnium Lætitia renunciatus est rector, et in ædes Lexoueas solenni pompa deductus. P. Le Merre.

Die 27 eiusdem mensis ueneranda natio apud Mathur. pro more congregata ut censorem crearet, gratias egit amplissimas d. Rouillard in collegio Marchiano philosophiæ professori emerito, iuro rectorio, Excensori, propter magistratum strenue magnoque animo gestum, censorem creauit d. ameliue integræ fidei iurum, baccalaureum theologum. P. Le Merre

Die 16. decembris an. 1676 habita sunt comitia in Justiniano, in quibus d. anjourbaut baccalaureus theologus, scientiâ, pietate, sacerdotijq dignitate uenerandus, unanimi tribulium consensu electus est quadrumuir, creando aut prorogando rectori. P. Le Merre.

Eodem die apud Mathur. prorogati sunt fasces rectorij ampl. d. Rectori. P. Le Merre.

procur. m. p. Lemerre

ACTA

VENERANDÆ

NORMANORUM

NATIONIS

PROCVRATORE

LUDOVICO MAHIEU

Diæc. Lexov. Artium

Doctore et Humanitatis

Professore in Collegio

Lexovio Parisien.

Die vndecimâ Octob. 1677. horâ octauâ matut. post Missarum solennia Ego Ludovicus Mahieu Lexov. vnanimi Tribulium Normanorum Consensu V. Nat. Procurator Electus fum. Et Vir doctissimus M. Petrus Le Merre Exprocurator dignissimus creatus Quadrumuir est. Designatus quoq; est Pontifex jn Diem S. Romano sacrum M. Hebert Baccal. Thus Diæc. Lexov. Et Orator ad diem Conceptionis B. V. M. M. Joannes Vadelorge Grammatices Professor jn nostro Collegio Lexovio.

Et horâ decimâ apud Matturin. Rector creatus est M. Franciscus Pasquier jn Regiâ Navarrâ Philos. Professor, et ab omnibus Nationibus Confirmatus.

Mahieu

Die 12. horâ 7. matut. facta est de more Instructio noui Rectoris apud matturin/ vbi adfuerunt d. Rector antiquus Rector, Decani superiorum facultatum, & procuratores quatuor Nationum et officiarii Vrsitatis, et oes eidem d. Rectori gratulati sunt atq; ipsius Electionem sibi gratissimam esse honorificis quisque verbis declararunt. Mahieu

Die 19. horâ 1ª post meridiem in Regia Nauarrâ apud amp/ d. Rectorem Comitijs Deputatorum facultatis artium Extraord. Conquestus est m. Bernardus Colon Rhetoricæ professor in Marchiano et honorandæ balloru/ Nationis procurator m. Masseron eiusdem Nationis Exprocuratorem nolle sibi procuratori Canonicè electo insignia procuratoria, hoc est librum procur. sigillum &c. tradere. Respondit dict⁹ Masseron se paratum esse ea oia tradere, si Consenserit m. Boudoüin qui intercessit quominus ipse Masseron prædicta insignia tradat, Causatus iniuriam sibi factam, et statuta Nationis violata, quòd Creatus ipse non sit procurator, vt potè antiquior Regens, quibus auditis, Conclusum est, vt dictus Masseron intra tres dies tradat dicta insignia procuratori eidem m. Colon Canonicè electo à Nat. ball., atq; vt eadem Natio det eidem Masseron fideiussionem, spondeatq; eum nihil inde detrimenti percepturum, quod si fortè contingat Nationis damno futurum, quod oes dictæ Nationis ball. Deputati assidentes nomine Nationis suæ ad se se receperùt. Postea deliberatum de re. d. Souchet, rogatusq; est m. Ludouicus Charton at eum inuisat, videatq; quomodo possit illi satisfieri, tabulæq; Vrsitatis ex eius manibus retrahi possint. Mahieu

Die 27. horâ 7. matut. Comitijs Ordinarijs facultatis artium apud matturin/ Electus est Censor Venerandæ Nationis Norman. m. Joannes Denys humanitatis professor in Harcur. et gratiæ actæ m. Ameline decedenti hoc munere. Eisdem Comitijs conquestus est m. Petrus Le Barbier procurator fidelissⁱ picardorum Nationis, quod natio nostra jam ab aliquot mensibus ad examen in artibus admisisset, imò traxisset ad se adolescentem quendam cognomine La fuye patriâ antuerpiensem, quamquam ad nationem picardorum pertineat, eumq; vendicauit. Ego respondi prædictum adolescentem primùm à Censore nostro reiectum fuisse. at cùm dixisset patrem suum patriâ Tectosagum, fortunam et arma serenissimi

Principijs Condæi, dum bellis ciuilibus arderet Gallia secutum, atq; tum Antuerpiæ abiectum se potiùs à matre, quàm natum, deindè in Hispaniâ pueritiæ exegisse cum matre, ac tandem factâ pace in Gallias adductum à parentibus, qui ex eo tempore ruri vitam egêre, prædiumq; suum in Perticensi — tractu situm dicer. Carnoten. habitauerunt, atq; adeò sibi Liberum esse quam vellet Nationem eligere, cùm certam non haberet; his de causis admissum esse volentem atq; etiam exigentem à nostris ad examen. Cæterùm nolle Nationem Normanorum mittere falcem suam in messem alienam, paratam esse quæ remittat prædictum adolescentem ad quamcunq; Nationem pertineat, cùm ex actis constiterit, cuius ditionis ille sit. Quâ de re postquam deliberatum est in singulis Nationibus, censuit honoranda Gallorum Natio adolescentem illum remittendum ad Picardos et Nationem Normanorum debere reddere Nationi Picard. pretium Bursarum quod is soluit, cæterum fruiturum gradu Magisterij quem adeptus est cùm admissus sit à viris academicis. Tum ego retuli Deputatos à meâ natione fuisse Clarissimos Viros L'air, Roüillard, et Sanson qui cum Deputatis aliarum Nationum, si quos velint nominare, diligentiùs examinent ad quam Nationem — præfatus adolescens reuerâ pertineat, vt ea res amicè componatur. Procurator autem Germaniæ M. Petrus Gaudel dixit præfatum adolescentem suum esse, eumq; se vendicare cum sit inferioris Germaniæ, vtpote Antuerpiæ natus. Tandem — exortâ graui contentione et M. Bernardo Colon Galliæ procuratore insistente D. Rectori vt ad suam sententiam concluderet, Nos Germaniæ, Normaniæq; procuratores reclamauimus contendimusq; non — posse vnam Nationem solam Judicem esse aliarum trium Nationum. Dubius incertusq; quid ageret D. Rector ex suo marte, propriâq; sententiâ dixit Deputandos ex singulis Nationibus viros qui intra octo dies ex actis et Commentarijs videant apud scribam vrsitatis, salvo tamen jure et honore singularum Nationum, ad quam Nationem — pertineat, et confestim re infectâ Concionem — dimisit.

Mahieu

Die 16. Novemb. Comitijs Extraord. jn aulâ Collegij Harcur. Conclusum est extrahendam ex arcâ qua asservatur apud bervasianos summam 500ll. ad reficiendas ædes Nationis jn vico stramineo sitas quas nunc occupat D. Gallu jn Curiâ patronus. Mahieu

Die 19. Novemb. extracta est ex arcâ bervasianâ summá 500ll. et eadem tradita M. Brunel Quæstori Nationis ad reficiendas ædes Nationis easq; præsertim quas habitat D. Gallu jn Curiâ patronus. Mahieu

Die 8. Decemb. M. firminus Josephus De La Mare Doctor Thus olim Collegij nostri Lexouei humanitatis professor, vir rebus omnibus ornatus, jmmaculatu Dei Conceptum asseruit eleganti doctaq; oratione, acuminis et solertiæ plena. Mahieu

Die 16. Decemb. Creatus est Quadrumuir M. Franciscus Le Feij Grammaticæ professor jn nro Colleg. Lexou, et prorogati sunt fasces Rectorij ampl. D. Rectori Francisco Pasquier. Mahieu

Die 20. Decemb. Comitijs Gnalibus Extraord. apud Colleg. Harcur. Congregata natio post multas maturaq; deliberaões probauit, statuit, et decreuit suas ædes, quæ sitæ sunt jn vico straminis, vbi olim scholæ publicæ habebantur, caducas et prope vetustate collabentes ex jntegro reædificandas et restaurandas funditus ex summâ ducentarū Libellarum Turon supra duodecim millia cum veteri rudere et omni materiâ ex ruinâ et euersione proueniente, sicut conuenit jnter deputatos à Natione et honestum virum Joannem Jubert architectum, voluitq; eosdem Deputatos jisdem conditionibus scripto quoq; depacisci cum prædicto Jubert architecto. Tum gratias egit ampliſſimas eadem Natio clariſſimis viris et de se optimè meritis ad eam rem nobiscum deputatis MM. Carolo Touraine phiæ nuper professori jn Regiâ Navarrâ decano suo, Francisco Le Barbier phiæ professori nuper jn Collegio Marchiano, Ludouico Noel phiæ nuper quoq; professori jn Harcurio, Nicolao Lair Uoquétiæ professori jn eodem Coll. Harcur., Ludouico Roüillard

Philiæ professori in prædicto Colleg. Marchiano, quorum operâ, studio, diligentia, tota res examinata confectaq; est, imprimis verò M. Nicolao Pierres Ex-Rectori et Eloquentiæ professori in Collegio nostro Lexouèo, qui vt arithmeticæ, Geometriæ, Mathematicæ, architectonices et artium reliquarū peritissimus, vt quam hâc in re non minùs — quàm in alijs omnibus operam Nationi præstaret, restituendarum ædium aream, seu planum summâ curâ descripsit et designauit, totiusq; operis — faciendi rationem diligenti Calculo subduxit et Computauit. Quia verò non habet Natio vndè possit tantæ impensæ satisfacere, voluit — fœnore sumi quantùm opus erit pecuniæ, — eamq; rem totam eorumdem Deputatorum fidei, Curæ, et diligentiæ Natio Commisit et Concredidit, et ita per me procuratorem Conclusum est.

Mahieu

Die 28. Januarij 1678. extractum est ex arcâ Nationis, quæ seruatur in Collegio Bernardino quod reliquum erat pecuniæ ad summam — 3574tt. 10s 6d ad ædificandas ædes, vbi olim scholas publicas habebat Venera. Natio in Vico Straminco totâ Nationè Consentiente.

Mahieu

Die 8. Martij habita sunt Comitia apud — Matturin ad aperiendum Rotulum. Iisdem Comitijs fidem Academiæ dedere DD. Halley et Carrette, quos patronos suos nominauit Vrsitas in prefecturâ seu Castelleto parisiensi.

Mahieu

Die 24. Martij tertiùm Creatus Rector est M. Franciscus Pasquier, Quadrumuiro Vener. Nationis M. Francisco Sanson Viro procuratorio Licentiato Tho et humanitatis professore in Regiâ Nauarrâ. Quia verò M. Paulus Mathieu sexto ordini — præpositus apud Bellouacos Quadrumuir à Nationè Picard. nominatus erat matrimonio Coniunctus, reclamauit Syndicus Vrsitatis M. Franciscus — Le Barbier, et quia Lis eâ de re pendet adhuc

apud Cognitores seu Commissarios Regios Sacri Consistorii, postulauit expostulationis et admonitionis suæ rationem haberi, actumq; sibi dari, quem singulæ Nationes post maturam deliberationem dandum esse censuerunt, et re ipsâ dederunt. Ego præterea dixi Nationem meam velle decretum anno præterito factum Rectore M. Nicolao Pierres aduersus Vxoratos fideliter firmiterq; obseruari. Makieu

Die 2. aprilis in Regiâ Nauarrâ apud ampliss. D. Rectorem habita sunt Comitia ordinaria — Deputatorum Vrsitatis, vbi inter alia decretum est, ita requirente M. Francisco Le Barbier prosyndico Vrsitatis, vt ad Capellaniam sanctiana vacantem jam à die 25°. decemb. 1677. per obitum M. Blasij Berthod vltimi possessoris pacifici jurium facultas jure Viris seu Turni sui nominaret quamprimùm. Makieu

Die 15. aprilis expedita sunt Litteræ provisionis pro Nunciatu bornayensi in Brayo Diœc. — Rothomag. Petro Tollu Ciui bornayensi per me procuratorem Norman. Nationis. Makieu

Die 19. Aprilis horâ decimâ matut. apud matur. habita sunt Comitia Deputatorum Vrsitatis indicta per M. Nicolaum Pierres Ex Rectorem pro absentia D. Pasquier Rectoris, vbi adfuerunt ipse M. Nicolaus Pierres Ex Rector, MM. Claudius Morel Thiæ — Decanus qui adfuit tantùm in principio Comitiorum Et ejus loco posteà M. Pancratius Betille Thiæ — Subdecanus Doctor Sorbonicus, Michaël DeLoy — Decretorum, Antonius Le moine medicinæ Decani, — Bernardus Colon Galliæ procurator, Nicolaus Colin Picardiæ Exprocurator, Ludouicus Makieu Normaniæ Et Nicolaus Louis Germaniæ procuratores cum officiarijs ordinarijs Vrsitatis. primùm habita est Synodus, vt singulis annis fieri solet, Beneficiariorum Vrsitatis. Deinde proposuit D. Ex Rector die hesternâ 18. pñtis mensis requirentibus nomine suæ facultatis MM.

Michaële De Loy Consultiss.ae Jurium facultatis Decano, et Petro Halley eiusdem facultatis syndico, sibi pro absentiâ, vt dictum est, D. Pasquier Rectoris denunciatum per Bobusse et Torinon Notarios Regios de Castelleto, vt Conuocaret Vrsitatem ad admittendam et Confirmandam nominaõem M. Robert Doctoris Sorbonici, magni Carnotensis archidiaconi factam à suâ facultate pro jure vicis, seu quod aiunt, Turni sui ad parochiam S. Andreæ de Arcubus vacantem per obitum M. Antonij De Breda vltimi possessoris pacifici hoc mense defuncti, eandemq; denuntiationem jteratam hoc manè per eosdem Notarios requirente eodem M. Robert supra nominato. Tùm M. Antonius Le Moine Medicinæ Decanus intercessit Causatus Consultiss.ae facultatis vicem seu Turnum jmpletum esse, quippe quæ jam à die 25. Decemb. 1677 nominare debuerit ad Capellaniam Sauosianam vacantem per obitum M. Blasij Berthod juxta Concluõem Vrsitatis de die 2. aprilis, et denunciationem juridicè factam nomine saluberrimæ facultatis, eam ob rem M. Nicolaum Mathieu Baccal. Th., cuius pater, dum viueret, Doctor eiusdem Ordinis Medicorum Celeberrimus fuit à suâ facultate pro jure vicis suæ nominatum, postulauitq; probari ab vrsitate nominaõem à suâ facultate factam, et Concedi prædicto Mathieu more solito Litteras præsentaõis. Quia verò quo die mortuus est M. de Breda eodem die paulò ante mortem Manginus Tassin apparitor seu Bidellus facultatis Thicæ abdicauit se Capellaniâ de Castelleto, quam possidebat, haud dubiè jn fraudem facultatis medicæ, declarauit Ballia procurator se probare nominaõem factam ab ordine Medicorum, dummodo Nationi suæ detrimento fraudine non sit abdicaõ facta per prædictum Tassin, néue Cogatur posteà Natio sua nominare ad Capellaniam vacantem per demissionem dicti Tassin, et dummodo vrsitas confirmet nominaõem factam à medicis, si secùs fieret, significauit et protestatus est Nationem suam nominaturam quoq; jure vicis suæ ad parrochialem Ecclesiam S. Andreæ. Audito præterea M. Francisco Le Barbier prosyndico Vrsitatis pro re academicâ nominaõem factam à medicis approbante, Tum

recesserunt Decani Juris et Medicinæ, atq; etiam procurator nat. Gallic. (neq; enim jis suffragij jus erat in suâ causâ) re missâ in deliberaõe subdecanus Thiæ censuit admittendam nominaõe M. Robert factam à Jurium facultate, Et ne cui facultati aut Nationi fraudi sit aut præjudicet vllatenus abdicaõ facta per dictum Taffin voluit ab vrsitate prouideri eidem Capellaniæ in globo, hoc est à D. Rectore, tribus Decanis facultatum et quatuor procuratoribus Nationum. M. Nicolaj Colin picardiæ Exprocurator approbauit et confirmauit nominaõem M. Mathieu factam ab ordine medicorum, et de Capellaniâ quâ se dictus Taffin abdicauit, idem censuit cum Thiæ subdecano, M. Ludouicus Mahieu normaniæ procurator nominaõem factam à Medicis approbauit et confirmauit, de Capellaniâ dicti Taffin idem censuit cum Thiæ subdecano. M. Nicolaus Louis Germaniæ procurator nominaõem factam à medicis confirmauit, de Capellaniâ dicti Taffin idem cum Thiæ subdecano censuit, et ita D. Ex-Rector procuratoribus assentiens concluſit.

Mahieu

Die 20. Aprilis de mandato M. Nicolai Pierres Ex-Rectoris et requirente M. Nicolao Mathieu juxta denunciationem factam eidem M. Nicolao Pierres hesternâ die 19 huius mensis per Horry et De Bloys Notarios apticos adfuerunt apud Regiam Nauarram ipse M. Nicolaus Pierres Ex-Rector pro absentiâ D. Rectoris, MM. Claudius Morel Thiæ, Michaël De Loy Decretorum, Antonius Le Moine medicinæ Decani, Bernardus Colon galliæ, Petrus Le Barbier picardiæ, Ludouicus Mahieu normaniæ Nicolaus Louis Germaniæ procuratores cum officiarijs vrsitatis ad sigillandas litteras prouisionis concessas hesterno die eidem M. Mathieu nominato ad parrochialem Ecclesiam S. Andreæ, quia tamen Thiæ et Decretorum Decani claues suas non attulerant in alium diem res dilata est.

Mahieu

Die 7. Maij habita sunt Comitia ordinaria — Deputatorum Vrsitatis apud ampliss. D. Rectorem jn Regiâ Nauarrâ, vbj Conclusum est Litteras prouisionis Concessas M. Nicolao Mathieu sigillâdas esse sigillo Rectorio, cùm nollet Decanus Juris suam Clauem afferre, eamdemq; vim esse habituras sigillo magno Vrsitatis, Et D. Rectori, Decanis Thiæ et Medicinæ, Et quatuor procuratoribus nationum distributæ sunt pro jure sigilli — vnicuiq; tres Libellæ cum quinque assibus, — quam distribuõem solus Decanus Decretorum noluit accipere, et huic Concluõni jntercessit. M. Buthler hybernus obtulit Libellum supplicẽ quo postulauit pbari ab Vrsitate Concessionem sibi factam et Genti hybernorum Collegij Longobardici ex diplomate Regio, sed dictum est rem egere diligentiori examine. Mahieu

Die 4. Junij requirente D. Pajot patrono jn supremâ Curiâ pro M. Nicolao Mathieu nominato ad Curiam S. andreæ de Arcubus, Et M. Le Barbier prosyndico Vrsitatis, ~~[illegible]~~ Censuit Vrsitas accedendum Causæ dicti Mathieu contra M. Robert, atq; ad rem promouendam nomine Vrsitatis nominatus Ego sum cum M. Le Barbier prosyndico, jntercedente tamen M. De Loy Decano facultatis Decretorum. posteà rogati sunt MM. Haley Decretorum, Le Moine Medicorum Decani Et Mahieu procurator Normaniæ vt vrgere — velint negotium jam affectum aduersus Gymnasiarcham Collegij Cameracen seu 3. Epõrum, — atq; Jis oĩs authoritas et potestas data. Deindè Negotium Hibernorum pro Collegio Longobardorũ remissum est, placuitq; ante oĩa recognosci, Examinari, et probari vetera dicti Collegij — statuta à DD. Cancellario parisien Et abbate Sanvictorino ex Consilio D. archiẽpi parisien juxta diploma Regium jpsis Concessum. Quæ oĩa supradicta acta sunt apud D. Rectorem jn Regiâ Nauarrâ Comitijs ordinarijs Deputatorũ Vrsitatis, die supradicto. Mahieu

Die 23. Junij Quadrennuir Creatus non est, et dilata sunt ad aliquot dies Comitia ordinaria quibus solet creari Rector, ita postulante D. Rectore ob aduersam valetudinem. Mahieu

Die 28. Junij horâ 7. Matut. Electi sunt Quæstor M. Joannes Vadelorge Grammaticæ professor in Lexouio, Examinatores Candidatorum in artibus MM. P. Fremond Rothomag. Bacal. Thus Joannes De Chantelou Phiæ professor in Marchiano Guillelmus Le Merle Salbrunensis Bacal. Thus, et Du Buisson Bacal. Thus; Examinatores Rationum MM. Nicolaus Lair Eloquentiæ professor in Harcur., Ludouicus Roüillard Phiæ professor in Marchiano, Guillelmus Albertus, humaniorum Litterarum professor in Collegio Sorbonæ plessæo, et Franciscus Guenon Phiæ professor in Lexouio. Mahieu

Eodem die 28. Junij habita sunt Comitia Rectoria apud Matturin quæ dilata fuerant, ita volente et postulante D. Rectore per schedam mihi redditam præcedenti die 27. Isq; Comitijs quia D. Rector adesse non potuit ob aduersam valetudinem præfuit M. Nicolaus Pierres Ex-Rector, atq; summo Virorum academicorum gaudio, ac imprimis Normanorum Nationis, dictq; Creatusq; Rector est M. Nicolaus Lair Eloquentiæ professor celeberrimus in Collegio Harcur. et ab omnibus Nationibus Confirmatus, et in ædes suas Harcurianas honorificè deductus est Mahieu

Die 30. Junij horâ 7. matut. apud Matturin habita sunt Comitia ad instructionem noui Rectoris, Vbi adfuerunt ipse D. Rector M. Nicolaus Lair, M. Nicolaus Pierres Antiquus Rector pro absentia D. Pasquier Ex-Rectoris ægrotantis, tres Decani superiorum facultatum, et quatuor Nationum procuratores qui oës testati sunt non potuisse quemquam Creari Rectorem quem Cariorem habeant. Mahieu

Die 2. Julij post missam primi sabbati in Harcurio gratum habuit Natio et acceptum fideiussorem honestissimum Ciuem parisien. Petrum Le Roux scriptorem Juratum qui habitat in Cliuo Sangenouefiano pro M. Joanne Vadelorge Quæstore Nationis nuper designato.

Mahieu

Die 16. Julij prouisio Nunciatus Vrbis Lexou. data et Concessa est Jacobo La Guigne Ciui Lexou. per me procuratorem Nationis.

Mahieu

Die 6. augusti post sacrum in Harcurio qui deputati fuerant ad reædificaõem domus Nationis Jidem Nobiscum Deputati sunt ad eam Conducendam eo pretio et Jis Inquilinis, quos in rem Nationis viderint expedire.

Mahieu

Die 13. augusti ædes supradictæ Conductæ sunt honestissimis viris Petro Gaillard et Stephano Popineau procuratoribus in supremo senatu ex summâ 1000tt. Turonen. ad Cuius summæ solutionem vterq; in solidum se se obligauit per quinq; annorum spatium.

Mahieu

Die 14. augusti Electi sunt ex Tribu Normanoru. Examinatores pro vtroq; Examine B. Mariæ et S. Genouefes, scét pro Examine B. Mariæ M. Cholois Baccal. Th., Et pro Examine B. Genouefæ M. Franciscus Sanson Licent. Th., vir procuratorius, Et humanitatis professor in Regiâ Nauarrâ.

Mahieu

Die decimâ Octob. 1678. M. Petrus Eniourbault Licentiatus Thus omnibus Tribulium suffragijs procurator Nationis Creatus est. Ego dictus sum Quadrumuir Creando vel prorogando Rectori. M. Langlois Lexou. Baccal. Thus Pontifex ad festum D. Romani à me designatus, Et M. Ægidius Le Comte Orator ad pontificem immaculatæ Conceptionis.

Mahieu

ACTA VENERANDÆ NORMANORUM NATIONIS PROCURATORE

Petro Eniourbault Pbro Diœcesis Abrincensis sacræ Theologiæ Facultis Parisiensis Licentiato.

Die decima Octobris anni 1678 hora 7ª matutina habito sunt comitia ordinaria V. N. nationis in collegio harcuriano, ubi omnium tribulium suffragiis creatus fuit procurator, M. Ludovicus Mahieu artium doctor et in Lexovio humanitatis professor hunc procuratorio munere decedenti electus est quadruennio aut creando aut prorogando rectori.

Eodem die et anno circa horam decimam matutinam apud matthurinenses prorogatis sunt fasces rectoris M. Nicolo Lair rhetoricæ professori in harcuriano.

Eniourbault

Die vigesima septima Octobris anni 1678 apud Matthurinenses V. N. natio gratias egit M. Joanni Denys artium doctori ob bene gestum munus censorium, et in ejus locum censorem elegit M. Dionysium le Breton Constantiensem è societate Navarrica baccalaureum theologum.

Eniourbault

Die decima sexta decembris anni 1678 hora 7.a matutina habita sunt comitia Venerandæ nationis in Justitiano ubi post sacrum celebratum M. Joannes Denys artium doctor electus est quadrumuir creando uel prorogando D. Rectori.
Eodem die circa horam decimam matutinam apud mathurinenses prorogati sunt fasces rectorij M. Nicolao Lair Rhetoricæ professori in harcuriano.

Eniourbault

Die septima Januarij anni 1679 senatusconsulto scriba universitatis confirmatus est M. Nicolaus Lair in harcuriano Rhetoricæ professor, qui fuerat antea à procuratoribus electus in locum ~~M.~~ demortui M. Cæsaris Egasse du Boulay.

Eniourbault

Die undecimo Januarij anni 1679 decreto senatus professoribus Normanis suis è nunciatibus suæ prouinciæ reditus assertus est aduersus tres alias nationes quæ contendebant reditus omnes nunciatuum quatuor nationum esse confundendos et singulis professoribus cujuscumque nationis ex æquo distribuendos.

Eniourbault

Die uigesima quarta Martij anni 1679 hora 7.a matutina habita sunt comitia ordinaria in harcuriano, ubi post sacrum celebratum M. Philippus Anquetil Constantiensis baccalaureus theologus electus est quadrumuir creando uel prorogando D. Rectori.
Eodem die circa horam decimam apud Mathurinenses fasces rectorij prorogati sunt M. Nicolao Lair Rhetoricæ professori in harcuriano.

Eniourbault

Die vigesima tertia Junij anni 1679. hora sexta matutina habita sunt comitia in Justitiano ubi post sacrum celebratum M. franciscus guenon Licentiatus thgus et philosophiæ professor in Lexouæo electus est quadrumuir creando vel prorogando D. Rectori. Eodem die circa horam decimam apud Mathurinenses fasces rectorij prorogati sunt M. Nicolao Lair Rhetoricæ professori in harcuriano.

Eniourbault

Die vigesima octaua Junij anni 1679 hora sexta matutina habita sunt comitia Nationis in harcuriano, in quibus munus quæstorium prorogatum est magistro Joanni Vadelorge in Lexouæo professori. ad rationes quæstorias examinandas deputati sunt M.M. guillelmus le fey in Lexouæo professor, guillelmus Bunel licentiatus thgus, . . hagot baccalaureus thgus et Jacobus gautier subdiaconus Abrincensis baccalaureus thgus. Item ad tentandos candidatos ad baccalaureatum in artibus selecti sunt M. M. Robertus Ameline licentiatus thgus, Stephanus de la place baccalaureus thgus Petrus Suhard bajocensis baccalaureus thgus et Ægidius le Comte Lexouiensis baccalaureus thgus.

Eniourbault

Die decima quarta Augusti anni 1679. hora septima matutina habita sunt comitia generalia apud Mathurinenses in quibus ex Veneranda natione electi sunt examinatores licentiandorum in artibus scilicet pro examine B. Mariæ Magister Robertus le Marchant Licentiatus theologus, et pro examine sanctæ genouefes M. guillelmus le Melorel philosophiæ professor in collegio Lexouæo.

Eniourbault

Anno millesimo sexcentesimo, septuagesimo nono die martia decima Octobris in collegio harcuriano habita sunt comitia ordinaria Venerandæ Normanorum nationis pro eligendis procuratore et quadrumviro, et designandis pontifice festi sancti Romani et oratore ad pontificem conceptionis Virginis immaculatæ; ubi post sacrum celebratum, nos gratias egimus nationi pro munere procuratoris, petimusque à tribulibus, ut nos in quadrumvirum eligerent. Hunc vocatis de more supplicibus M. guenon in collegio bellovaco philosophiæ professor supplicavit pro munere procuratoris, statimque, ut fieri solet, egressus est. Tunc M. Dionysius le breton baccalaureus theologus nationis censor dixit, antiquissimam et perpetuam consuetudinem multis academiæ statutis à senatu confirmatis et totius facultatis artium conclusionibus roboratam obstare, quominus nisi exoratus munera academica possit obtinere, pluraque facta protulit, quibus probaret hanc consuetudinem fuisse hactenus in universitate religiosissimè observatam; his omnibus allatis, et præsertim lite inter nationem gallicanam et eiusdem nationis magistros exoratos mota, cui non debet præjudicare natio Normana, et pluribus aliis singulari de causa omissis, palam professus est, se pro suo munere censorio intercedere, quominus supplicatio prædicti M. guenon exorati mitteretur in deliberationem; actumque sua intercessionis postulavit: quo audito M. herault in regia Navarra philosophiæ professor dixit, quandoquidem non poterat eligi in procuratorem M. guenon, se pro eo munere supplicare, ea tamen lege, ut si quivis aliud etiam junior, illud postulet, sit ei cessurus, post cujus egressum habita ratione intercessionis æquissimi censoris, cum de legum academicarum, quarum vindex est censor, observatione ageretur, professi sumus non in deliberationem non mittere supplicationem M. guenon, sed solum M. herault supplicationem

et nostram, nostrasque designationes tum pontificis festi sancti Romani, tum oratoris ad pontificem conceptionis Virginis immaculatæ proponere, de quibus tribules deliberarent, cui nostræ protestationi nemo reclamavit. facta à nobis propositione, quibusdam spreta censoris intercessione, nominantibus M. guenon, prædictus M. heroult electus est procurator, Magister Vildor pontifex ad festum s. Romani, et M. Jacobus gautier orator ad pontificem conceptionis Virginis immaculatæ, quos designaveramus, Nominati sunt, et nos ita conclusimus, statimque isdem M. heroult solitum iuramentum in manibus nostris præstitit, et cum comitia dimisissemus, accessit apparitor curiæ, qui à nobis requisivit, ut cum pluralitate, ut inquiebat, suffragiorum, concluderemus, cui respondimus, nos functos esse officio, et comitia esse dimissa, cujus suæ requisitionis dictus apparitor nullum nobis actum reliquit.

Niourbault

Acta
Venerandæ Normanorum nationis
Procuratore Gulielmo Guenon Constantiensi Phiæ Professore in Prælleo bellouaco

Die decimâ octobris anni 1619 Creatus sum procurator pluralitate suffragiorum, quibusdam Retragantibus, & Censore Intercedente ne ulla haberetur Ratio supplicationis a me factæ pro munere procuratorio, & Causatus est quod essem Exoratus; Unde quidam nominarunt magistrum oliuarium Seroult qui pro eodem munere supplicauerat, sicque negotium illud Detulerunt ad Comitia ordinaria facultatis artium, in quibus me Rectamante & Intercedente, non modo per me, sed & per Apparitorem Curiæ, & per duos notarios publicos propter Litem pendentem inter Rectorem cum facultate artium aduersus Exoratos apud sanctius Regis Consilium

nisi cominus tamen contra Jus omne, & fas procuratorem constituerunt praedictum magistrum Seroult; de quo Judicio publicè conquestus Libellum supplicem obtuli Regi, In quo Libello exposui Rationes omnes adversariorum quibus me a munere procuratorio arceri volebant, quibus etaditis & vitè per Commissarios a Rege super eo negotio deputatos pensatis decretum provisorium obtinui quo munus procuratorium misi adjudicatum est, quo munere deinceps pacificè functus sum Guenon

Die Undecima Januarij anni dni 1680 habita sunt Comitia extraordinaria apud Sarcarianum In quibus Ego Venerandae nationis procurator cum Venerandae natione contulimus officium magni nuncij Ebroicensis honesto viro Gabrieli Coutart, atque Ipsi pro hoc munere exercendo Instrumenta provisoria concessimus Guenon

Cætera venerandæ nationis acta ex industria omisi ut pote fideliter & exacte collecta & descripta a fidelissimo scriba universitatis venerandæ nationis tribule Guenon

Die decima octobris anni 1680 vir clarissimus magister Philippus Anctil presbyter Constantiensis, una omnium voluntate & omnibus tribulium suffragijs electus est venerandæ nationis procurator. Magister Joannes de Vadelorge presbyter Lexoviensis & humaniorum litterarum professor doctissimus a me designatus est pontifex ad festum sancti Romani; & magister Petrus de Surville doctissimus Baccalaureus Theologus pariter designatus est orator ad festum Immaculatæ conceptionis, Magister de Longuet Baccalaureus Theologus & philosophiæ professor in Regia Burgundia electus est quadrumvir me rectamante & intercedente ad conservandum jus exprocuratoris Guenon

+ Licentiatus Theologus Guenon

+ a me Guenon

Acta veneranda Normanorum Nationis procuratore Philippo Anquetil pbro Constantiensi, sacrae facultatis parisiensis Licentiato Theologo.

Die 10a octobris anni 1680. manè habitis in Collegio Harcuriano frequentibus Comitijs summâ omnium Tribulium Consentione renunciatus sum procurator. M. Joannes Vadelorge humaniorum Litterarum professor in Lexoviensi pontifex ad divi Romani festum designatus est ac Magister N. de Juville Baccalaureus Theologus orator ad pontificem Conceptionis Immaculatae Virginis deiparae. M. Joannes Baptista Longuet Baccalaureus Theologus ac philosophiae professor meritissimus in Regia Burgundia unâ omnium voce Electus est quadrumvir creando aut prorogando Rectori nulla prorsus habitâ ratione petitionis et Intercessionis M. Gulielmi Guenon philosophiae professoris uxorati, qui contra usum, consuetudinem, et consensum totius universitatis munus procuratorium vi supremâ usurpaverat. Anquetil

Eodem die et anno horâ decimâ frequentibus apud Mathurinenses Comitijs universae facultatis Artium confirmati sunt quadrumviri singularum nationum, et incredibili omnium laetitiâ creatus est Rector Magister Joannes le François provisor Harcurianus et in aedes Harcurianas solemni pompâ deductus. Anquetil

Die sabbati 26a octobris habitis apud Maturinenses Comitijs Censorijs creatus est Censor omnibus Contribulium suffragijs et confirmatus ab Amplissimo D. Rectore praestito solemni sacramento Magister P. Fremont Baccalaureus Theologus et progymnasiarcha Harcurianus.

Anquetil

die Lunae 8a decembris, quâ celebratur Conceptus Immaculatae
Virginis deiparae sacrum obtulit in sacello Harcuriano frequenti
virorum Litteratorum Conventu Magister n. Galliot sacrae facultatis
parisiensis doctor Theologus et Gymnasiarcha Thesaurarianus.
Cum vero sacris peractis Elegantissimam orationem habuit in
honorem Immaculatae Virginis deiparae. Anquetil

die Lunae 16a decembris horâ 7a Matutinâ habitis in Collegio
Justitiano Comitiis electus est omnium Contribulium suffragiis
quadrumvir Magister Langlois presbyter Lexoviensis,
Baccalaureus Theologus. Idem eodem die frequentibus Comitiis
universae Artium facultatis apud Mathurinenses Confirmatus est
fasesque rectoriae unâ cum aliis aliarum nationum quadrumviris
prorogavit Amplissimo D. Rectori Magistro Joanni Le françois
provisori Harcuriano. Anquetil

die sabbati 1a februarii anni 1682 in pervigilio purificationis
Beatissimae Virginis deiparae Amplissimus D. Rector Magister
Joannes Le françois provisor Harcurianus amplissimo Comitatu
sapientissimorum decanorum superiorum facultatum, et procuratorum
facultatis artium unâ cum ~~suis~~ eorundem adiunctis Aliisque viris
Academicis Cereos pro more detulit viris principibus ac
Illustrissimis, apud quos Elegantissimas nec satis laudandas habuit
orationes. Anquetil

die Lunae 24a Martii anni 1682 horâ 7a matutina habitis
in Harcurio Comitiis electus est communi omnium voto quadrumvir
Magister Gautier venerandae nationis quaestor fidelissimus
et Baccalaureus Theologus. eodem die frequentibus universae
Artium facultatis apud Mathurinenses Comitiis Confirmatus
est ac dignitas Rectoria prorogata est M. Joanni Le françois
provisori Harcuriano. Anquetil

Die lunæ 23a Junij anni 1682 in pervigilio nativitatis
S. Joannis horâ 6a matutina habitis in Collegio Justitiano Comitijs
una omnium voce electus est quadrumvir Magister Le Fey
humaniorum litterarum professor in Lexoveo. Item eodem die
frequentibus Comitijs universæ Artium facultatis apud Mathurinenses
confirmatus est, fasesque Rectoriæ unâ cum alijs aliarum nationum
quadrumviris prorogavit Amplissimo D. Rectori Magistro Joanni le
françois provisori Harcuriano. Anquetil

Die sabbati 28a Junij habitis pro more Comitijs in
Collegio Harcuriano prorogatum est Munus quæstorium viro
clarissimo et integerrimo Magistro Jacobo Gautier physico et
Baccalaureo Theologo. Rationum eiusdem Exactores à me
nominati sunt et Approbati à Cæteris Contribulibus M.M.
Vadelorge Exquæstor et humaniorum litterarum professor in
Collegio Lexoveo, Gillielmus Le Melorel Ibidem philosophiæ
professor Uberrimus, Adrianus Gilles des Faveris
Baccalaureus Theologus, Petrus Longuet Baccalaureus
Theologus et philosophiæ professor meritissimus in Regia Burgundiâ.
Eodem die ijsdem in Comitijs selecti sunt Examinatores
Candidatorum ad Baccalaureatum in Artibus M.M. Joannes
Baptista Longuet Baccalaureus Theologus et philosophiæ professor
in Regia Burgundia, N. de Lanoisey humaniorum litterarum
professor in Regia Navarra, Michaël le Feure et Jacobus
Langlois, utrique Baccalaureus Theologus. Anquetil

Die veneris 10a octobris anni 1682 mane horâ 7a habitis
pro more Comitijs in Collegio Harcuriano M. Olivarius Hevoult
Licentiatus Theologus è regia societate navarrica et philosophiæ
professor Uberrimus in Collegio navarrico omnibus Contribulium
suffragijs creatus est procurator. Ego quadrumvir electus sum

Creando aut prorogando Rectori. Magister N. Le Chevalier
Baccalaureus Theologus pontifex ad festum divi Romani designatus
est et Magister Jacobus Langlois Baccalaureus Theologus oratorem
pontificem Conceptionis Immaculatae Virginis deiparae. Anquetil

Acta Venerandæ Normanorum Nationis

procuratore Olivario Heroult Sacræ Thiæ è Regia Societate Navarrica Licentiato et in Regia Navarra Phiæ professore

Decimo octobris die anni 1681 hora septima matutina in Collegio Harcuriano habita sunt comitia ordinaria, ubi post missarum solemnia omnium tribulium suffragio Ego Olivarius Heroult procurator Venerandæ Nationis creatus sum, vel potius iterum confirmata est ad illud munus mea electio facta decimo die octobris anni 1679: nimirum hoc anno electus fueram procurator, atque per aliquod tempus volentibus et natione et tota præclara artium facultate hunc magistratum gesseram: sed magister Guillelmus Guenon qui iam multo ante omnes adhibebat machinas ad hoc munus quacunque via licet illicita et turpi usurpatione obtinendum, quique et a Ven. natione et ab universa artium facultate ab eo exclusus fuerat, tandem libellum supplicem Illustrissimo galliarum Cancellario obtulit, in quo contra veritatem protulit se ad dignitatem procuratoriam canonice fuisse electum, et nulla adversa parte audita (quo pacto nescimus) decreto provisorio muneris procuratorii exercitium obtinuit.

Verum statim tota artium præclara facultas quomodo hoc malum a se averteret meditata est, et amplissimus D. Rector cum viris deputatis adiit, in urbem S.ti Germani in Laia Illustrissimum galliarum Cancellarium à quo cognitores seu commissarii ad negotium expendendum nominati sunt: tumque prædictus Guenon sua omnibus nota calliditate efficit ut re non iudicata annus procuratorius totus effluxerit: at illum Ven. Natio nunquam suum agnovit procuratorem;

Unde litteras magni Nuncij Ebroicensis ~~mense~~
mense Januario anni 1680 gabrieli Contart
concessas noluit natio ipsa chirographo dicti
guenon esse munitas, sed hic exprocuratoris
chirographum apponi decrevit, et Initio anni
academici sequentis post electionem clarissimi
licentiati theologi d. Anquetil in procuratorem,
munus quadrumviri praedicto guenon noluit
concedere, quod tamen procuratoribus magistratu
abeuntibus nunquam denegatur. haec omnia
liquent ex actis tipum praecedentium annorum

Hevoult

Eodem die hora decima apud mathurinenses
meritissimus sacrae thiae licentiatus et ven.
nationis exprocurator Magister philippus
Anquetil mane apud harcurianum in quadrum=
virum electus, confirmatus est, et fasces
rectorij prorogati sunt amplissimo d. rectori
M. Joanni le françois provisori harcuriano

Hevoult

Die lunae 27a octob. hora septima
habitis apud Mathur. comitijs ordinarijs
facultatis artium unanimi contribulium
suffragio censor venerandae nat. electus
est M. franciscus guenon meritissimus
sacrae thiae licentiatus celeberrimus in
lexovaeo phiae professor, vir singulari
prudentia, diligentia et morum integritate
clarissimus

Hevoult

Die 8a decemb. vir sapientissimus
M. briandus Marion sacrae thiae
è regia societate Navarrica doctor
et in regia Navarra regius thiae professor,
augusto perfunctus sacrificio elegantem
ac doctam in honorem conceptae sine labe
virginis deiparae orationem habuit

Hevoult

die 16.a decembris comitijs hora 7. matut.
in Justitiano habitis, pro quadrumviratu
supplicarunt M. Jacobus Bunel licentiatus theologus
et M. Michael le duc baccalaureus theolog., numero
suffragiorum vicit M. le duc et quadrumvir
creatus est.

Heroult

Hora decima eodem die apud Mathurin.
praedictus M. le duc quadrumvir confirmatus
est et ipse, cum alijs trium aliarum
nationum quadrumviris, praestito prius in
manibus Amplissimi d. Rectoris sacramento,
conclave electioni Rectoris destinatum ingressus
est: et postea omnes ex hoc loco egressi quadrumviri
venerunt in coenobij capitulum, ubi Magister
Anton. Gely honorandae nationis quadrumvir
toti praeclarae artium facultatis coetui Rectorem
renunciavit M. Petrum Egasse du boulay, cui
electioni universa fere facultas illico ingenti
strepitu obmurmurare coepit: deinde singulae
nationes in loca suis proprijs comitijs ibi constituta
decernente d. Rectore recesserunt de illa electione
deliberaturae, statimque ad capitulum redierunt,
ubi postquam auditum est, nunc procuratore referente,
venerandam nationem omnino improbare electionem
praedicti M. du boulay, eo praesertim quod facta
fuisset a duobus tantum quadrumviris, scilicet
nationum et honorandae et constantissimae qui
alijs non dato maturae deliberationis tempore, inde
Rectore, qualem postulabat academia, creando
consentirent, eos egredi quadantenus coegerunt:
tum ab universa facultate, hinc non mediocri
gaudio perfusa, interrogati sunt duo

quadrumviri nationum et fidelissimae et
veneranda nunc ita res se haberet, quibus ita
esse asserentibus, prosyndicus universitatis ex officio
petiit ut de alia nova electione ageretur ad eamque
procederetur, et ut jus electorum ad nationum
procuratores juxta morem devolveretur: tunc
M. Egasse du boulay qui jam et quidem solito
citius quadrumviri suae nationis purpuram
induerat, palam asseruit se renitente Academia
nolle ad primariam seu Rectoriam dignitatem
promoveri, atque purpuram exuit. tumque
Amplissimus d. Rector singulas nationes ad
sua singula loca de petitione d. prosyndici
deliberaturas secedere jussit.
Postea quatuor nationum procuratores in capitulo retulerunt
omnes nationes petitioni d. prosyndici unanimiter
annuere, et sic conclusum est ab Amplis. d. Rectore.
atque procuratores 4 nationum, praestito solenni
sacramento, conclave ingressi, coi consensu elegerunt
in Rectorem M. Nicolaum tavernier apud Regiam
navarram grammaticorum proprimarium,
antiquum Rhetoricae professorem virum toti
universitati acceptissimum, cujus electionem
singulae nationes cum Amplissimo d. Rectore
M. Joanne le françois confirmarunt, eumque
ad aedes navarricas frequenti comitatu honorifice
deduxerunt

Heroult

Die 17.a decemb. apud Mathur. habita sunt
ad Instructionem seu Confirmationem d. Rectoris
ordinaria comitia, quibus adfuit M. petrus
Egasse du boulay, qui moleste ~~[illegible]~~ ferens
quod praecedenti die res sibi prospere non
evenisset, Invito novo Consilio coram decanis
superiorum facultatum, et nationum
procuratoribus de sua in Rectorem electione
diu, sed frustra, contendit, quippe omnes
etiam decani electionem dni tavernier canonicam
esse sibique gratissimam testati sunt.

Heroult

die 22. decemb. Amplissimus d. Rector
apud se convocavit d. decanos superiorum
facultatum et d. Nationum procuratores
super lite de Rectoratu sibi à M. petro
du boulay recenter intenta deliberaturos:
ubi et quibusdam aliis comitiis super eodem
negotio habitis semper conclusum est
patrocinandum esse dno Tavernier ejusque
causam sumptibus universitatis defendendam
esse: et ita praedicti petri du boulay animo
fracti spes omnis prorsus evanuit atque
cessavit contentio.

Hervoult

die 17.a Januarij anni 1682 habitis in Regia
Navarra apud Amplissimum d. Rectorem comitiis
extraordinariis decanorum et procuratorum seu
magistratuum cujuslibet facultatis et Nationis,
Amplis. d. Rector exposuit se longum cum Illustrissimo
parisiensi Antistite super rebus ad academiam
et inprimis pertinentibus colloquium habuisse, in quo
ipse d. Antistes nomine Regis declaravit hanc
esse principis voluntatem, ut universitas Jesuitis
Claromontanis, postulantibus Collegij Cenomanensis
ad suum adjunctionem, Episcopo Cenomanensi
contractui venditionis consentiente, nullum afferret
impedimentum, sed sine strepitu id fieri permitteret:
si ut fortasse rationes impediendi aliquas haberet,
petijt nomine Regis idem Illustrissim. Archipraesul
ut sibi darent scripto consignatae, quas post examen
Regi exhiberet. re in accuratam disquisitionem ac
cujusque magistratus deliberationem vocata, conclusum
est hoc negotium majoris esse momenti quam ut
de eo inconsultis singulis academiae ordinibus
quidquam statueretur: et omnes ordines universitatis
ob id à suis Magistratibus singulos apud

se convocandos esse: quod sequentibus diebus factum est, omnesque Academiae societatatis, tum facultatis tum Nationes unanimiter censuerunt audaci Jesuitarum consilio ac insatiabili aviditati fortiter et pro viribus resistendum esse: atque viros sapientes ex quovis ordine bene multos deputarunt, qui cum Amplissimo D. Rectore et universitatis Magistratibus hoc negotium curarent: rationes vero impediendi, nemini nisi Regi ipsi communicandas esse, a quo gratiam sibi, ut Regis filiae, a principibus hactenus concedi solitam, videlicet potestatem de suis rebus Regem ipsum per se ipsam alloquendi postularet Academia.

Heroult

Die 15.a februarij 1682 alijsque diebus superioribus apud Ampl. D. Rectorem de negotio Cenomanico frequentissima habita sunt comitia omnium cujusvis ordinis delegatorum ubi relatum est Regem universitati causam suam apud se dicendi potestatem dare: et quanto numerosior ac frequentior erat coetus quam ut facile ursitatis arcanum celaretur, constitutum est, et postea etiam in omnium societatum comitijs singularum apud se congregatarum confirmatum est, Amplissimum D. Rectorem posse deinceps quos et tot tantum, quot voluerit ex deputatis seligere, quibuscum pro sua singulari prudentia rem Cenomanicam administrabit.

Heroult

Die 18.a februarij 1682 apud Ampl. D. Rectorem M. Carolus Quarré in curia forensi territorij parisiensis notarius, ac aerarij academici quaestor rationes reditus annui academici Amplissimo D. Rectori, D. facultatum superiorum decanis, D. Nationum procuratoribus et adjunctis, praesentibus syndico et scriba ursitatis, reddidit, ibique et alijs superioribus comitijs statutum est rationes eas in posterum tempore festum D. Andreae inter et natalem Christi diem intercepto reddendas esse.

Heroult

die veneris 27.a februarij 1682 Amplis.

d. Rector decanis facultatum superiorum, procuratoribus Nationum et alijs bene multis viris academicis, omnibus ferme numero quadraginta comitatus, sangermanum in laja se contulit: ibique omnes postquam in palatio Illustrissimi ducis luxeburgiensis solemnem vestem ac purpuram induerunt, graui et solemni incessu, quisque suo ordine, à clauatis suis apparitoribus deducti, in Regis palatium processerunt, à d. de Sainctot Regiarum ceremoniarum praefecto extra pontem versatilem, et à d. Colbert Marchione de Seignelay Regi a secretioribus consilijs in vertice graduum seu in vestibulo Regis cubiculorum, ex mandato Regis honorifice excepti: hancque Amplis. Rector apud Regem, meo Judicio hic o omittendam, orationem habuit.

Sire

Vostre Université de paris uniquement occupée a enseigner les bonnes lettres et la vertu aux sujets de vostre majesté, et a leur inspirer comme une partie de la religion la soumission qu'ils doivent auoir pour leur souuerain, se faict un plaisir d'exposer souuent a leurs yeux et d'admirer auec eux les glorieuses et eclatantes actions de vostre majesté, sans oser interrompre un moment ces applications infatigables auec lesquelles vous agissez, sire, pour la gloire de vostre empire, pour le repos de vos peuples et pour la paix de l'Eglise.

aujourdhuy si elle rompt ce silence respectueux et si elle vient se jetter aux pieds de vostre majesté, ce n'est que pour luy demander une petite partie de ce repos et de cette paix qu'elle donne a tout le monde, en la suppliant humblement de ne point permettre qu'on la trouble dans la jouissance de l'heritage de ses peres et qu'on arrache de ses mains le college du mans qui doit luy estre si cher et si pretieux par la consideration des ses Illustres fondateurs qui l'en ont faict depositaire.

Ces fondateurs, sire, ont esté le cardinal de luxembourg
Evesque du mans et le premier cardinal de bourbon
prince de vostre sang, dont les dernieres volontés ont
rendu cette place tellement inalienable qu'ils ont
voulu qu'ny l'Evesque ny aucun legat apostolique
ny le pape mesme ne peust dispenser des articles de
cette fondation.

Les Jesuites neantmoins ne laisserent pas d'en
traitter avec feu Mr de beaumanoir Evesque du mans
en 1625 et 1632 par un contract honteux et tellement
illicite qu'il fut censuré comme simoniaque par la
faculté de theologie.
pour en arrester l'execution nous fusmes obligés d'avoir
recours a la Justice du feu Roy de glorieuse memoire,
lequel ayant renvoyé la chose au parlement comme
au Juge ordinaire des affaires de l'Université, les
Jesuites sans attendre la condamnation inevitable de
cette entreprise si iniuste et si contraire a leur premier
establissement en france et a leur retablissement apres
en avoir esté bannis, nous en firent signifier leur
desistement.

Aujourdhuy nous apprenons, sire, qu'ils renouvellent
leur poursuitte pour la troisiesme fois et que
poussant encore plus loin le dessein qu'ils ont formé
de nous ruiner comme ils ont desja ruiné la plus
grande partie des universités de vostre royaume ils
ont fait toiser le jour des Roys avec ce college quatre
autres qui en sont voisins dans la veüe de s'en
accommoder quelque jour et de les comprendre dans
leur grand dessein par les mesmes voies qu'ils
tentent aujourdhuy.

Sire nous aurions grand suje d'apprehender
beaucoup une societé si nombreuse et si puissante si
les regards favorables de vostre majesté ne nous
rassevroient et ne nous faisoient esperer toute chose
de sa bonté.

Elle rend Justice a tous ses sujets et souvent
mesmes au prejudice de ses propres interests et
comment pourrions nous craindre qu'elle la refusast
a une compagnie qui est l'ouvrage de l'Invincible
Charlemagne et qui a l'honneur d'estre encore apres
plus de 8 siecles celuy du grand successeur de
toutes ses vertus.

Ouy, sire, l'Université de paris peut se vanter
avec Justice d'estre l'ouvrage de vos mains par la
protection Roiale que vous avez la bonté de luy
accorder a toute heure pour la maintenir et pour
la conserver.

Elle espere avec une confiance entiere, sire, que vous la luy donnerez encore en approuvant et en authorisant un contract que nous apportons a vostre majesté et que l'université a faict sans aucun autre interest que celuy d'entretenir avec soin une de ses parties au depens de tout son corps.

Et si les Jesuites persistent et s'opiniastrent a la luy vouloir enlever, Nous supplions vostre majesté de nous renvoyer a nos Juges ordinaires afin que nous ne luy soions point a charge et que Nous ne soions pas obligés d'interrompre ses grandes et royalles occupations, Ny d'abandonner nos fonctions et nos devoirs.

En reconnoissance de toutes ces graces nous continuerons, sire, avec plus d'ardeur et de zele que jamais a enseigner aux jeunes sujets de vostre majesté par nos exemples bien plus que par la force de nos paroles et de nos raisonnements la soumission respectueuse qu'ils doivent avoir pour elle aussy bien que la ferveur et la fidelité avec laquelle ils sont obligés de s'appliquer a soutenir et a defendre la doctrine et les droits de vostre royaume.

Tum Amplissimus d. Rector hac oratione Regi viris spectatissimis, principibus, cardinalibus Episcopis, ducibus, aliisque fere innumeris Illustrissimis aulicis, stipato, virili altâ et suavi voce pronuntiatâ, aliquot ex instrumentis suae causae probativis Regi obtulit, cui rex ipse ore vultuque benigno et paterno respondit se expostulationis Academicae rationem habiturum.

Heroult

24a martij in comitiis ordinariis Magister Franciscus Sanson licentiatus th. et apud regiam Navarram grammaticorum primarius, quadrumvir electus est et Amplis. d. Rector prorogatus est.

Heroult

die 8.a aprilis 1682 apud Amplissimum d. Rectorem habita sunt Comitia de Negotio Canonicanico, cujus quis fuerit postea processus, in commentarijs scribae universitatis habetur, cui Ampl. d. Rector suum diarium dedit. Hoc unum omnibus notum est Jesuitas, Academia nullatenus consentiente, obtinuisse collegium.

Heroult

die veneris 24.a aprilis 1682 toto Ursitae suae Insignibus ornata apud Mathurinenses congreta est, exceptura auditaraque Illustrissimum senatus principem, sexque Integerrimos primi conclavis senatores ad academiam delegatos, qui cum Regio seu generali procuratore et supremae curiae scriba, eo venerunt uti Juxta Regis edictum et senatus consultum quasdam propositiones de potestate Ecclesiastica à Clero gallicano tunc parisijs congregato stabilitas et denuntiatas, in commentarijs universitatis describi curarent: totum autem hoc negotium quale sit, et quomodo executioni mandatum fuerit, in tabulis Ursitatis apud scribam continetur.

Heroult

die 23.a Junij in Justitiano electus est quadrimestri M. petrus le Seigle Clarissimus apud Regiam Navarram humaniorum litterarum professor: et apud Mathur. ex votis totius Academiae fasces Rectorij prorogati sunt Ampl. d. Rectori.

Heroult

die 28.a Junij 1682 hora 6.a matut. apud Harcurianum M. Michael le blond in praelio bellovaco professor meritissimus, venerandae nationis quaestor; M. Joannes de Marigny baccal. th., M. de franqueville baccal. sorb., M. georgius du four in harcurio humaniorum litterarum professor, et M. petrus de l'Espinay baccal. Navar., Rationum Nationis exactores; M. petrus Tourrame baccal. Navar., M. guillelmus le Chevalier baccal. th., M. Martinus le bienvenu baccal. th. et M. ludov. le Rebours baccal. th., Examinatores Candidatorum ad baccalaureatum in artibus, à me nominati sunt et à contribulibus approbati.

Heroult

die Sabbati 4a Julij Sabita Sunt in Sancviniano
comitia ordinaria, in quibus post oblatam actum est
de concedenda M. Ludovico guillot civi parisiensi procura-
toria potestate, tam accipiendi à quæstoribus domus
urbanæ parisiensis reliquias non obitæ pensionis, quæ
urbanæ Normanorum Nationi à prædicta
urbana domo debitæ: tam stipulandi à dno Decano Virgil
Custode ipsius Summam pecuniæ Viginti quinque
librarum, ad dictam Nationem pertinentis, pensionibus
ar reditibus annui constitutæ vigesimo die Augusti
an. Millesimo quingentesimo sexagesimo secundo: da
quidem loco Virgo Ludovicus guillot validam
solutæ pecuniæ et reliquiarum pensionis dict
acceptilationem et apocham: atque Sam potestatem
fiat que designatis conditionibus prædicto M. guillot
concedendam ille rei communitatique urbanæ
Nationis subscribendam Curiæ unum dictæ
Nationis tribuit, et ita à me procuratore
Curiæ fuit.

Hæc autem potestas fisa gallicis tribunis Curiæ,

Sans deuant les Conseillers du Roy Notaires gardenotes du
Roy au Chastelet de paris, soubsignez Fut present
Maistre Olivier Gibault procureur de la Nation de Normandie,
Charles Fouquerau doyen, François Gudin Curé,
Jacques Gautier quatrain, Antoine Maquebet, Nicolas
Lain, Robert le Fevre, Jean Vadelorge, François
le mercier, pierre Fournet, pierre Fouquerau, guillaume
le medecin, Loüis Noel, officiers de la place,
Martin Bienvenu et François le Gaultdumesnil,
tous regissants la Nation de Normandie, en
Chambre Sindicalle de paris lesquels en Conformité de
la deliberation de ladte Nation Signée sur le registre
en date de ce jourdhuy ont fait et constitué leur
procureur general et special Maistre Loüis Guillot
Bourgeois de paris auquel ils donnent pouvoir de
prendre les arrerages qui sont deüs de rente
à prendre sur l'Hôtel de Ville de paris appartenant
a ladte Nation, du tout en donner quittance, donner
aussy pouvoir audit S. Guillot de prendre de Mr
le garde du Thresor Royal le remboursement
de la rente de 25 ll constituée le 30. octobre
1562 appartenant a ladite Nation Conformément par
ledit S. procureur que mention soit faite dudit

remboursement sur les grosses et minuttes des tiltres concernant lesdictes rentes par tout ou besoin sera en donner toute quittance et descharge valable et generalement prot. obliq. renonc. faict et passé a paris au college d'harcour ou lesdicts constituants se sont assemblez l'an 1682 le 4. Juillet et ont signé la minutte des presentes demeurée aud. quarré l'un desdicts Notaires soussignez

Loemier quarré

Heroult

Die sabbati 9.a septembris 1682 habita fuit ad Ecclesiam parisiensem extraordinaria, eaque solemnis valde supplicatio, gratiarum d. o. m. agendarum causâ, qd serenissimus princeps dux burgundiæ, incredibili gallorum omnium lætitia, nuper natus esset: atque ibi, in majorem summæ suæ lætitiæ significationem voluit universitas Missam et hymnum te deum musico iucundissimo concentu, cantu et symphonia celebrari: hæcq; omnia fuit, etiam largam sportulam singulis Academicis dari, suis sumptibus.

Heroult

Die sabbati 10.a octob. 1682 habita sunt ordinaria comitia in habcuriano, ubi clarissimus vir M. petrus fremont baccal. theol. primi ordinis cor. omnium tribulium consensu electus est ven. Nat. procurator, Ego creando, vel prorogando d. Rectori factus quadrumvir, M. ludovicus le Rebours baccal. theol. designatus pontifex ad festum d. Romani, et M. petrus de lespinay baccal. Navar. designatus orator ad pontificem Immaculatæ conceptionis virg. deiparæ

Heroult

1682



ACTA
VENERANDÆ
Normanorum Nationis.
PROCVRATORE
PETRO·FREMONT
Diacono Rothomagensi,
Baccalaureo Theologo et
SOCIO HARCVRIANO.

A Die decimâ Octobris anni 1682.

Ad Diem decimam Octobris anni 1683.

Die Sabbati decimâ octobris 1682. horâ septimâ matutinâ post missarum solemnia in Sacello Harcuriano, habita sunt comitia venerandæ Nationis, in quib. Ego Petrus Fremont Baccal. Theologus primi ordinis, omnium contribulium communi voce, ejusd. Nationis Procurator electus sum. vir clarissimus D. Herouli Exprocurator creando vel prorogando Ampl. Dno Rectori Quadrumvir factus. Designat. est quoque Pontifex in Diem S. Romano sacrum M. Ludovicus Le Rebours Rothomag. Baccal. primi ordinis. Orator item ad Pontificem Conceptionis immaculatæ virginis M. Petrus De Lespiney Baccal. secundi ordinis, ejusd. Roth. Diœcesis.

Eâd. Die horâ decimâ, habita sunt comitia almæ facultatis Artium apud Mathurinenses, in quib. prorogati sunt fasces Rectorij Meritissimo viro Magistro meo Dno Nicolao Tauevnier.

P. Fremont.

Die Martis 27.a ejusd. Mensis habita sunt apud Mathurinenses comitia censoria in quibus actæ sunt gratiæ clarissimo viro Dno Guenon Celeberrimo philosophiæ professori in Lexovio Collegio propter gestum ab ipso summâ fide atq

integritate

integritate censorium munus in ven. Nat.! & in ejus locum electus est communi omnium consensu M. Ægidius Le Comte Presbyter Lexov. Licentiatus in Theologiâ, Socius Lexovaeus, qui & sacramentum praestitit in manibus Ampl. Dni Rectoris.

P. Fremont

Die Decimaquartâ Novembris, Convocati a me Nationis Gymnasiarchae & professores adfuerunt apud harcurium ibique post maturam deliberationem, Duo a nobis, coram Rallu & Antonio Pasquier in castelleto Parisiensi Notariis, Locationis contractus initi fuerunt cum honestissimo viro Joanne Le Coulombier Cive Parisiensi. Primus quidem Locationis contractus pro universis nunciatibus Normanniae, excepto duntaxat Rothomagensis civitatis nunciatu: alter vero contractus Locationis specialiter pro nunciatu ejusd. Rothomagensis civitatis. Utrique porro contractus ad sex annorum tempus initus est, a die nimirum primâ Januarij anni millesimi sexcentesimi octogesimi Tertij, ad diem usque ultimum Decembris anni millesimi sexcentesimi octogesimi octavi. Elegitque domicilium praedict. Dnus Coulombier apud praedictum Pasquier qui litteras utrasque a nobis et a Dno Coulombier & Dno Rallu altero Notario manu sua & syngraphâ munitas servat.

P. Fremont

Die octavâ Decemb. in quâ celebratur festum Conceptionis immaculatae virginis Deiparae sacra Mysteria perfecit Magister Dionysius Le Breton e Societate Navarricâ doctor Theologus. Tum vero Luculentissimam habuit orationem ad asserendam Beatissimae virginis ab originali culpâ immunitatem.

P. Fremont

Die Decemb. decimâ sextâ horâ septimâ matutinâ in Sacello Justitiano post Missarum solemnia venerandae Nationis comitia habita sunt, in quibus quadrumvir electus est communib. omnium suffragijs M. Jacobus Gautier Licentiatus in Theologiâ.

Eodem die horâ decimâ matutinâ apud Mathurinenses habita sunt comitia almae facultatis artium in quib. multum renitenti Dno Nicolao Tavernier prorogata est Rectoria dignitas. Ipseque in aedes suas Navarricas a nob. & alijs quamplurimis academicis viris honorifice deductus est.

P. Fremont

Die 24.a

Die vigesimâ quartâ Mensis Martij post celebratum Sacrum in sacello nostri Harcuriani collegij, comitia de more habita sunt ad creandum Quadrumuirum qui cum cæteris aliarum nationum quadrumuiris Rectorem eligeret. Quadrumuir electus est communi omnium consensu M. Franciscus Desplanques Baccalaureus Theol. & humaniorum litterarum in Harcurio professor.

Et eodem Die in comitijs almæ facultatis artium apud Mathurin. habitis prorogati sunt fasces Rectorij meritissimo viro Dno Tauernier.

P. Fremont

Die Mercurij vigesimâ tertia mensis Junij Sacris, de more, in sacello Justitiano peractis habita sunt comitia in quibus, concordis omnium tribulium votis quadrumuir electus est Magister Joannes Baptista de Franqueville è Societate Sorbonicâ, primi ordinis Baccalaureus Theologus.

Et Eadem Die horâ Decimâ matutinâ in Comitijs almæ artium facultatis prorogati sunt fasces rectorij Amplissimo Rectori Dno Tauernier. ipsique suas in ædes apud Regiam Navarram stipante magno academicorum virorum comitatu deductus est.

P. Fremont

Die Lunæ vigesimâ octauâ Mensis Junij habita sunt Nationis Comitia in aulâ nostrâ Harcurianâ in quibus non tam propter inuectam consuetudinem, quâ quæstorium munus DD. Quæstoribus committi solet ad duos annos, quam propter eximia in Nationem nostram merita, Dno Le Blond Quæstoris munus prorogatum est. Expunctores rationum electi MM. Ægidius Roussel Philosophiæ professor in Harcuriano Guillelmus Le Meloret in Lexouæo phil. professor. Petrus Longuet Licentiatus Theol. in Regiâ Burgundiâ philosophiæ professor. & Michaël Le Duc primi ordinis Baccal. Theologus. Electi quoque Examinatores Artium,* pro Diœcesi Rothomagensi Mgr. Petrus de Lespiney è Societate Navarricâ Bacc. Theol. M. Joannes Vadelorge humaniorum litterarum in Lexouæo professor. M. Joannes Baptista Colliette Baccalaureus in Theologiâ & Magister Joannes Huillard humaniorum litterarum professor in Cardinalitio.

* Extat in tabulis universitatis Rectorium Decretum datum anno millesimo sexcentesimo septuagesimo sub Dno De Roncée tum Rectore, quo suum Rothomagensibus Jus seruatur, statuiturque ut unus ex quatuor examinatoribus assumatur oriundus ex Rothomagensi Diœcesi quod semper hucusque obseruatum est nullo refragante.

P. Fremont

Die Sabbati tertiâ Mensis Julij Sacris de more in sacello Harcuriano peractis, menstrua habita sunt nationis comitia in quibus inita est deliberatio de schedulis, minutis litterarum Magisterij in artibus, aliisque huiusmodi instrumentis & scriptis quæ ab aliquot annis remanserunt in manibus

Dnorum

dominorum Exquæstorum nostræ nationis. Quocirca cum scripta illa omnia ad Nationem pertineant & in ejus esse debeant potestate, uti ea consuli possint, cum id, & nationis ipsius & privatorum necessitas postulaverit; placuit ea omnia instrumenta per majorem Nationis apparitorem quamprimum & sedulò colligenda et repetenda a prædictis Dnis Exquæstoribus. Eumque proximis comitijs menstruis quid a se, eam in rem, factum fuerit, relaturum. Interea omnes minutas litterarum Magisterij in artib. in posterum conscribendas seu conficiendas, ab eo servandas esse donec aliter de illis fuerit a vener. Natione statutum.

Præterea jisdem in comitijs retuli venerandis contribulis ea omnia quæ ab Ampl. Dno Rectore atque a cæteris mecum Academiæ deputatis in causâ Sambarbarani Collegij hactenus acta sunt. Nimirum, cum intelligeremus periculum esse ne Jesuitæ ijsdem artibus hoc anno, Sambarbaranum quib. superiore invaserant Cænomanense; nullum nos aptius tanto malo remedium invenisse, quam si ea pars Sambarbarani Collegij quæ Cænomanensi & Claromontano propior adjacet ab Academia emeret. de consensu superiorum ejusd. Collegij. Quocirca post multa eâ de re, tum inter nos apud Amplissimum Dominum Rectorem, tum cum Gymnasiarchâ Capellano & Procuratore & superioribus prædictis, alijsque ad quos spectabat, habita consilia; Tandem initus est contractus emptionis ejusdem dimidiæ partis collegij, pretio 47500.ll cui contractui ex utrâque parte subscripsere omnes coram notarijs publicis die Julij . . . Quæ quidem omnia venerandæ Nationi exposui ut acta erant: postulavique ut probarentur, utque cæteris mecum universitatis deputatis potestas fieret mutuandæ, ad solutionem, pecuniæ, eaque omnia agendi quæ ad perficiendum absolvendumque negocium istud pertinere viderentur. Annuerunt ven. Contribules, atque ita a me conclusum est.

P. Tremont

Die Lunæ nonâ mensis Augusti veneranda Natio a me convocata, adfuit frequentissima apud Harcurianos, ibique, summo doloris sensu, parentavit pijs Manibus Augustissimæ atque optimæ Reginæ Mariæ Theresæ Austriacæ Ludovici Magni uxoris, quæ in Castello versaliarum die veneris Julij trigesimâ ex hâc vitâ migraverat.

P. Tremont

Die Lunæ

Die Lunæ trigesimâ Augusti ab Amplissimo Domino Rectore, comitantibus Dnis Decanis facultatum Superiorum & DD. Procuratoribus Nationum necnon officiarijs universitatis prosyndico & Scribâ, omnes in id convocatis. Exceptus est in aulâ Dni Rectoris apud Regiam Navarram Dnus De Sainctot Regiarum Ceremoniarum Præfectus, cum suis caduceatoribus & Præconibus. Is Regis Christianissimi nomine, Academiam invitavit ad exequias Augustissimæ Mariæ Theresæ Austriacæ Gallorum Reginæ, apud fanum Sancti Dionysij, die Mercurij proximo, Mensis Septemb. primo, ~~ac~~ deinde in Ecclesiâ Metropolitanâ Parisiensi, die Sabbathi proximâ, Septembris quartâ, celebrandas. In eamque rem protulit Dnus de Sainctot litteras Regias ad Academiam directas quas altâ voce recitavit ejusdem universitatis scriba. Responsum est ab Amplissimo, Academiam regijs mandatis obtemperaturam.

J. Fremont

Die Mercurij primâ Septemb. Amplissimus Dominus Rector, Decani trium facultatum Superiorum & Procuratores quatuor Nationum cum suis adjunctis, omnes, ut in talibus fieri solet, suis insignibus ornati apud ædem Abbatiæ Regiæ S.ti Dionisij adfuerunt parentalibus Reginæ Christianissimæ, suasque sedes habuerunt in subsellijs superioribus proximè & secundum Senatum Parisiensem ita ut Dnus Rector sederet in sede abbatis. Sacris confectis egressa est è choro universitas post Curiam subsidiorum, ac demum ab officiario Regio perducta est in ædem in quâ prandium regijs sumptibus pro viginti convivis paratum erat, ibique pransa est.

J. Fremont

Die Sabbathi quartâ mensis Septembris Academia eodem ordine quo superius adfuit parentalibus ejusdem Augustissimæ Reginæ in Ecclesiâ Metropolitanâ Parisiensi ~~eadem~~ suasque sedes obtinuit, de more, in superioribus subsellijs, ita tamen ut ad dextram academiæ sederet Senatus Amplissimus, ad lævam verò sederent ~~Canonici~~ Parisienses.

J. Fremont

Die Dominicâ quintâ septemb.is Amplissimus Dnus Rector, Tres facultatum Decani, Quatuor Nationum Procu=ratores cum suo quisque adjuncto, Prosyndicus, Scriba &

Quæstor

Quæstor universitatis stipantis septem Apparitoribus Parisijs profecti, fontem Bellaqueum accesserunt die Lunæ 6.ª matutinâ. Ibi omnes ad conspectum Christianissimi Regis admissi suum & totius academiæ dolorem Principi significarunt de morte pijssimæ Reginæ Mariæ Theresiæ orante Dno Rectore, qui elegantissimam ea de re, ad Regem optimum, audientibus mirantibusq. aulicis omnibus, orationem habuit in quâ etiam declaravit quam acerba nobis universæque Academiæ esset infirmitas quam ex Equi, quo inter venandum vehebatur, lapsu Rex nuper contraxerat; Quibus summâ attentione & benignitate auditis, respondit Augustissimus Princeps jucundissimum sibi esse conspectum obsequiumq. nostrum, summam sibi inesse de universâ academiâ existimationem, nihilq. se optatius habiturum umquam quam ut, suæ, in universitatem Parisiensem dnumq. ipsum Rectorem, benevolentiæ, signa exhiberet.

Deinde statim deducti sumus in ædes Serenissimi Galliarum Delphini cui, pro eâ quâ pollet dicendi copiâ, significavit Dnus Rector summum doloris sensum suo & Academiæ nomine de optimæ Reginæ morte. Idem demum exhibitus est honos Sereniss.æ Delphinæ, a quâ, pari benignitate excepti, quâ ab ejus conjuge augustissimo; Lutetiam repetivimus.

P. Fremont

Die nonâ octobris habita sunt apud Amplissimum Dnum Rectorem comitia de ordinandis & præparandis omnibus ad funebrem pompam, quam Christianissimæ Reginæ nuper defunctæ, Acad.æ sumptibus in Ecclesiâ Regiæ Navarræ ~~exh~~ exhibendam antea in superioribus comitijs decreverant dd. Rector, Decani, & Procuratores, in quibus, etiam à nobis omnibus rogatus fuerat Amplissimus ut ejusd. Augustissimæ Reginæ Panegyricum diceret quod se facturum spoponderat. In his verò posterioribus comitijs prædictæ funebri pompæ præstituta est dies Mercurij decima tertiâ octobris.

P. Fremont

Die Lunæ undecimâ ejusd. Mensis habita sunt de more nationis comitia in collegio Harcuriano in quibus pro munere procuratorio supplicavit M. Ægidius Roussel in collegio nostro Harcuriano philosophiæ professor mihique ipse suffectus est nullo refragante. Ego electus sum quadrumvir creando vel prorogando Dno Rectori.

designatus est

Designatus est a me orator & Pontifex pro festo S.ti Romanj M. Joannes Vadelorge humaniorum literarum lexov. professor: Orator verò ad Pontificem conceptionis virginis immaculatæ M. Jessæus Le Duc professor harcur. in secundo ordine.

P. Fremont

Acta Venerandæ Normannorum nationis procuratore Ægidio Rousel Subdiacono Constantiensi Baccalaureo Theologo socio Sorbonico et Jn harcuriano philosophiæ professore

Die decimâ octobris anni 1683. horâ septimâ matutinâ habita sunt pro more comitia Jn quibus post missarum solemnia vnanimi omnium venerandæ Nationis contributus consensu Ego Ægidius Rousel Socius Sorbonicus et philosophiæ professor Jn harcuriano, eiusdem nationis procurator creatus sum, vir clarissimus D. fremont exprocurator factus est quadrumuir designatus etiam est pontifex Jn die Sancti Romani

Eâdem die habita sunt apud Mathurinenses comitia facultatis artium Jn quibus fasces Rectoriî prorogati mentissimo viro D. Nicolao le Tauernier

ACTA

Venerandæ Nationis
hîc desunt
procuratore M. Joan. Bapt.
De francqueuille
Liceentiato Theologo
socio sorbonico.

10. Octob. 1684.

D. I Aulhieux.
1707.

Acta Venerandæ normanorum nationis

procuratore Guillelmo Lefëy professore in Lexoneo parisijs fundato

Die decima octobris anni 1685 hora 7.a matutina omnibus suffragijs contribulium creatus sum procurator Magister Joannes bapt. de Franqueville ex procurator quadrumvir sive creando sive prorogando Rectori. Magister Joannes bapt. Colin licentiatus theologus pontifex ad festum beati Romani. Magister nicolaus Morin orator ad pontificem immaculatæ conceptionis Virg. Mariæ

Lefëy

Eadem die et anno circiter horam decimam habita sunt comitia apud Mathurinenses in quibus prorogati sunt salvo Rectorij Magistro petro Verte

Lefëy

Die 27.a octobris anni 1685 habitis comitijs censorijs apud Mathurinenses Magister petrus Marcel creatus est censor dictæ nationis nomaniæ

Lefëy

Die decimo septimo mensis decembris 1685 habita sunt comitia apud Mathurinenses in quibus creatus est Rector Magister Alexius artus licentiatus theologus et gymnasiarcha in navarreo etiamsi Magister petrus Verte tunc Rector noluerit concludere neque recipere fidem quadrumvirorum immo contra consuetudinem et contra jus Rectorium loco descedens ac violenter recedens sede quasi vacante vocati et per apparitores citati fuere plures ex rectores

qui omnes ac singuli pro tribunali
sedere volentes Rectoris partes supplerent
procuratores quatuor nationum, quadrumvirorum
sacramenta recipientes, eosque in Conclave
mittentes. tandem renuntiata ab ipsis
quadrumviris prædicti Magistri artus nomi
natione seu electione in Rectorem, eaque
probata a quatuor nationibus ipse Rector
ipsum procuratoribus præsidentibus, fidem
Academiæ parisiensi dedit

Lefey

die vigesima 3a mensis martij anni 1688
habita sunt comitia generalia apud Maturinenses
in quibus prorogati sunt fasces Rectorij
meritissimo viro Dno Artus item supplicationes
multæ a multis factæ sunt quibus in deliberationem
missis æquissimus Censor nostræ nationis
Magister petrus Marcel nobis exposuit
senatusconsultum datum die 13a februarij
anni supradicti quo sancitum est penes
gymnasiarchas collegiorum universitatis
parisiensis deinceps fore professores dictæ
universitatis destituere ad nutum etiam indicta
causa. quo publice lecto et exposito censuerunt
contribules nostri eum tantam non posse
tunc accurate expendi propter breves temporis
angustias, eamque esse remittendam ad prima
comitia, quæ habita sunt in harcuriano 6a
aprilis eiusdem anni. in quo peracto missæ
sacrificio, ipsum senatusconsultum iterum
expositum est quo mature expenso, omnes
contribules, illud statutis et legibus universitatis
contrarium judicarunt, ideoque censuerunt et
conclusum est deputandos esse nonnullos e
dicta natione qui patronos consulerent et
exemplo deputati sunt Magistri Guillelmus
Guerion phiæ professor in Marchiano, Guillelmus
Le molorel phiæ professor in lexoveo
petrus Fremont licentiatus theologus
petrus le Seigle litterarum humanorum
professor in navarreo qui patronis consultis
totumque negotium iuxta eorum consilium
conficerent

Lefey

sequens actus omissus fuerat

die anni 1686 habitis
comitijs extraordinarijs deputatorum
universitatis apud Maturinenses Carolus
quarré antea quaestor eiusdem universitatis
propter res male gestas ab ipsis deputatis
fuit eiectus et in eius locum admissus magister
petrus Bessiere Litium in curia parlamenti
cognitor, sed ea lege ut sponsorem daret
aut libellarum duodecim millia oppignoraret
quas neque vendere neque a se alienare
posset absque universitatis consensu illius
tamen summae pecuniae in praedio vectigali collo
catae annuam pensionem percipere posset

Lefey

Die decima septembris anni 1686 ~~Ecclesia~~
Ecclesia parochiali sanctorum Cosmae et damiani
suo pastore orbata per obitum Magistri dionisij
defita Doctoris theologi et pastoris illius
dum viveret vigilantissimi Rector amplissimus
et universitatis deputati ad fuerunt in loco majorum
apud Mathurinenses ab eodem D. Rectore
sic requirente constantissimae nationis germa
nicae procuratore, convocati, pro confirmanda
electione viri integritate morum ac scientia claris
in locum supradicti dni pastoris vitae fato
functi. quem ipsa natio germanica pro suo iure
sibi vocavit, pro tuono praesentabat. cuius
nationis germanicae cum Magistri in diversas
partes abijssent, alij intercesserunt quominus
fierent suae nationis comitia eo die quo
facta sunt quorum numerus cum esset inferior
nulla eorum intercessionis habita est ratio et ceteri censuerunt
eiusmodi electionem esse faciendam et in globo et de facto
nonnulli elegerunt unum e suis Magistris nempe
m. Croli. alij vero M. Berbis quod
in causa fuit cur vehemens inter eos orta
est controversia re tamen a dno syndico exposita,
auditis praeterea contendentibus quorum
quisque ius suum coram eiusmodi deputatis
quantum potuit et voluit, sustinuit
recusatis etiam dnis artus tunc Rectore
et Darsis dictae nationis germanicae procuratore
grambus de causis, Magister nicolaus Tavernier
Rector per apparitores universitatis vocatus ut decet
iuxta pluralitatem suffragiorum conclusit pro
Dno Berbis

nam ex quinque suffragantibus tres nempe
Dnus decanus consultissimae facultatis et dnus
saluberrimae facultatis et procurator venerandae
decanus normanorum nationis orebus omnibus allegatis
accurate perpensis Dno Thebus suffragati sunt
Dni vero procuratores tum honorandae ~~tum~~
gallorum nationis tum fidelissimae picardorum
magistro Croli dederunt suffragium suum absente
vid. sapientissimo dno grandin decano sacrae facultatis
theologiae eique litteras praesentationis ad
Illustrissimum ~~et~~ Ecclesiae parisiensis archiepiscopum
sigillo visitatis parisiensis munitas dari
curaverunt

Lefey

Die decima octobris anni millesimi sexcentesimi
octogesimi sexti peracto missae sacrificio in
harcuriano, communi omnium contribulum
suffragio, electus est procurator Magister
Le Duc licentiatus theologus
Et ego infra scriptus exprocurator annuentibus
omnibus quadrumvir designatus sum designatus
antea a me Magistro le bailly baccalaureo theologo
in pontificem sti Romani et Magistro le
febure baccalaureo theologo in oratorem
ad festum stimae virg. conceptionis immaculatae.
decretum est tandem dandas esse centum quinqua
ginta libellas dno Vaillant in suprema curia
~~pro~~ patrono ea lege ut quidquid in aedibus
parvi scuti normaniae sit amplificandum aut
reficiendum illud amplificet et reficiat
adeo ut si impensae quae faciet excedant supradictam
summam nihil earum repetere possit a natione

Lefey

ACTA

[illegible]

Venerandæ Nationis
desiderantur
procuratore M. Michaële
Le Duc
Licentiato Theologo.
10. Octob. 1686.



procurat. M. Le Duc

Acta Veneranda Normanorum Nationis Procuratore Petro Marcel Presbytero Baiocensi Rhetoricæ Professore Emerito,

a die decima octob. anni 1687.
ad diem decimam octobris 1688.

Die decimâ octobris anni millesimi sexcentesimi octogesimi septimi matutinis horis in comitijs apud Collegium Harcurianum habitis omnium contribulium suffragijs Ven. Nat. procurator creatus sum, eodemque tempore et loco ornatissimus ex procurator Magister . . . . Leduc primarius Justitiam prorogandis amplissimo D. Rectori fascibus aut ad alium deferendis quadrumvir creatus est, et eodem die in Comitijs apud Matsurinenses habitis in quadrumvirum ultro fuit confirmatus.

P. Marcel

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

Anno dni millesimo sexcentesimo octogesimo septimo die decembris decimâ Professorum de venerandâ Normanorum nationi in universitate parisiensi profitentium habita fuerunt comitia in Collegio Harcuriano loco consueto, quibus quidem in comitijs cum fuisset expositum. Quod, licet Rex Christianissimus declaratione voluntatis suae datâ anno 1676 privilegium et praerogativam concesserit professoribus sive Regentibus septenarijs adversus doctores theologos, nisi doctores illi sint antiquissimi graduatorum omnium contendentium ad idem beneficium. tamen Magister Matthaeus Clarentin doctor theologus decreto supremi Senatus facto die vigesimâ quartâ Julij anni 1687. Magro Joanni Duhamel professori antiquo Philosophiae in Sorbonae plessio praelatus et praepositus fuisset, quamvis dictus Magr Clarentin non esset antiquior gradibus et nominatione Dionysio Cammartin et Nicolao Le Fleur baccalaureis theologis de adipiscendo vi graduum eodem beneficio contendentibus, in quo videretur contraitum dictae declarationi. Quibus expositis praefati vener. Nationis professores optimum factu indicaverunt libellum offerre supplicem Regi, sanctiorique eius consilio ad postulandam dictae declarationis executionem, privilegiorum dicta declaratione sibi concessorum confirmationem et dicti Senatus decreti revocationem, si modo contrarium foret dictae Regis declarationi quibusdam ita ego conclusi anno mense et die supradictis in Harcurio. Petrus Marcel

Anno Dni Millesimo sexcentesimo octogesimo octavo die octavâ maij habita sunt comitia venerandae Nationis in Harcurio, ubi, cum exposita fuisset per me fidelissimi quaestoris monitu, lis mota inter Aromatarios huius urbis et dictum Mury nuntium Nationis venerandae de iure ponderandarum sarcinarum apud praetorem politicum deliberatione facta communi omnium contributum conscripsit negotium istud commissum

fuit

Dnis Touraine Venerandæ Nationis decani sapientissimi
Sansoz eiusdem Vener. Nationis fidelissimo quæstori
Et mihi eiusdem Nat. procuratori, ut viderentur
unà quo cardine lis illa moueretur, actus publicos,
si qui aromatariorum nomine significati fuissent,
Examinaremus, et Venerandæ Nationi referremus
ut videret et iuberet quid facto esset opus, atque
ita ego conclusi die, mense et anno supradictis

P. Marcel

Eadem die pomeridianis horis habita sunt
Comitia apud amplissimum dnum Rectorem
rerum Academicarum gratiâ, conclusumque fuit
ut intercederetur totius Academiæ Parisiensis
nomine decreto, cuius vi dnus Mansard vult
vicum Universitatis obliquè diflecti propter limites
domunculæ dni pagei deputatusque fuit
dnus d. Loy Consultissimæ facultatis
antecessor dnus, Courtin honorandæ Nationis
procurator, et dnus Hoche in supremi senatus
Curia Patronus, totiusque Academiæ parisiensis
quæstor fidelissimum et ego Venerandæ Nationis
procurator cum illis numereque nostro ea in
re perfuncti fuimus, quod patebit in actibus et
instrumentis litis motæ a dicto dno Mansard
et pendentis in supremi senatus Curiâ in
cuius rei fidem præsentibus subscripsi

P. Marcel

Anno dni millesimo sexcentesimo octogesimo octavo
die Maij decima habita sunt comitia professorum et
Venerandæ Nationis in Lexoueo loco solito pro
distribuendis more solemni nuntiatuum reditibus.
Ibique denuo agitata quæstio est superioribus iam
comitijs agitata et disputata, an scilicet clarissimus
professor emeritus Magister Ludouicus Mahieu Vrsitatis
prosyndicus posset, aut deberet venire in partem
victorum reditum, præterea quod nunc possideat
pacifice canonicatum sive præbendam pinguem in

Ecclesiae Cathedrali Lexoviensi. quâ quidem in
Contentione praefatus Magister Mahieu
Septendecim suffragijs admissus fuit in partem
dictorum ex nuntiatibus reditum pro parte tantum
reliquâ anni currentis Academici, variis tamen
penitus moventibus ad id rationibus non in
singulis similibus, non pleno iure. admissus itaque
fuit suffragijs Dni Touraine Ven. Nat. decani sapien-
tissimi Pierres praefatorum reditum quaestoris
Lair scribae universitatis le Terrier Sanson
Guenon professoris emeriti in Lexoviensi le Faye Vener.
nationis Censoris Guetteville Vadelorge La
Voisé Leduc, qui testatus est id se gratiae concedere
dicto Mag.ro Mahieu propter meritum viri in
Academiam parisiensem singulare: repulsus
vero fuit dictus Magister Mahieu propter pari-
ficam dicti canonicatus possessionem intercessumque
quominus admitteretur a clarissimis viris Dnae
Rouillard antiquo Rectore qui dixit se consentire
pro praeteritâ distributione in posterum vero censere
denegandam Magistro du Hamel professore phiae
Sorbonae plesseo Magistro Guenon professore
phiae celeberrimo in Marchiano, qui iteravit inter-
cessionem a se iam factam Magistro le Seigle
Mag.ro Juillard, Magistro Marmion, Magistro
Laisné, Magistro le Blond Grassinaeo Mag.ro
Couture Marchiano, Magistro le Blond praelleo
Bellovaco, et Magistro le Sage Sorbonae plesseo,
quae ut acta sunt sic testor

P. Marcel

Anno Dni millesimo sexcentesimo octogesimo
Octavo die vero vigesimâ quartâ Julij habitae sunt
Comitia Professorum venerandae Nationis in Harcurio Parisijs
loco consueto, ubi postquam facta fuit mentio consilij
cuiuspiam ab amplissimo D. Rectore contra morem proprio
motu, et inconsultis nationibus initi, eo fine, ut gratis
in posterum in Academiâ doceretur, quod consilium
primâ quanquam fronte speciosum, altius tamen
penetrantibus in Academiae totius, et eruditionis
omnis ruinam properaret. Rogatis per me solito

more singulorum suis, censuerunt omnes eundem esse obviam dicto dni Rectoris consilio, postulaverantque uti denuntiaretur omnium Professorum dictae Nationis nomine praedicto dno Rectori improbari omnibus quod ea in re inconsulta Academia tentavisset, intercedique vehementer ab vrsis quominus, inconsulta more solemni Academia negotium illud dictus dnus Rector ulterius promoveret. Secus adversus eum ex Academiae Legibus usibus et Statutis agendum atque ita ego infrascriptus venerandae Nationis procurator Nationis consensu conclusi die et anno supradictis.

P. Marcel
V. N. Proc.

Anno Dni millesimo sexcentesimo octogesimo octavo die Lunae sexta Septembris habita fuerunt comitia apud amplissimum dnum Rectorem aderant tantum decanus unus et 3 procuratores deerat quippe constantissimae nationis procurator, deliberatum fuit de venditione facienda 1600 perticarum e prato Clericorum clarissimae et nobilissimae dnae de Rousseau inter illam et dnum Terae partiendarum intercessi quominus fieret illa venditio donec ego nationem ven. consuluissem.

P. Marcel

Eodem anno die vero eiusdem V. N. pro mensis septima post vesperas nationem ven. consului, unanimique consensu conclusum uti fieret venditio dictae supra portionis de prato Clericorum pretio videlicet viginti duarum libellarum turonensium pro qualibet decempeda dictae portionis.

P. Marcel

Eodem rursus anno die nona eiusdem mensis habitis apud amplissimum dnum Rectorem comitiis conclusum fuit uti adiudicaretur portio supra dicta dictis Emptoribus ea conditione uti pro qualibet perticâ viginti duae libellae turonenses numerarentur quaestori Academiae a praedictis emptoribus lectusque fuit contractus factus apud dnum Baglan notarium, cuius in manibus relictus fuit dictus contractus uti sine litura exscriberetur ostendendus postea dno de Lengler procuratori syndico Academiae.

P. Marcel

Anno supradicto die decimâ quartâ septembris
subscripsi quatuor publicationibus pro venditione
prati Clericorum manumque pariter apposui contractui
venditionis et actibus privatis inter venditores
et Emptores. P. Marcel

Die octava octobris anno dni millesimo sexcentesimo
octogesimo octavo celebrata sunt comitia universitatis
parisiensis generalia apud Mathurinenses
hora circiter decimâ quarta matutinâ, quo loci conveni-
ram frequentes viri omnium nationum et facultatum
gravissimi decenter ornati, ut illustrissimo Procuratori
Regis Catholico fidem, et obsequium suum testarentur,
cum propter tanti viri dignitatem meritumque singulare
ac pene continuum in Academiam Parisiensem,
tum quod venerat sequester et custos religiosissimus
voluntatis Christianissimi Regis, cui, ut pote
Legislatori semper aequissimo, et parenti amantissimo
non paruisse, filia eius primogenita Parisiensis
Academia perduellionem reputaret. Ibique,
postquam illustrissimus eiusdem Christianissimi
Regis procurator Catholicus oratione ingenii,
eruditionis, et pietatis plenissimâ Regis voluntatem
aperuit super necessitate belli adversus Regni, et
tranquillitatis publicae perturbatores coniuratos
suscipiendi: lectis per scribam universitatis iussu
dicti Procuratoris Catholici binis Regis Epistolis
alterâ ad Eminentissimum Cardinalem Estraeum
ad Amplissimum d. Rectorem alterâ eidem dicto Dno
Rectori ab eodem illustrissimo Regis procuratore
Catholico traditâ, lectaque et intellecta provocatione
eiusdem Dni procuratoris Catholici ad futurum
[illegible] concilium tanta aequitate, prudentiâ
et moderatione plena visa sunt universa, ut quotquot
aderant omnium ordinum viri acclamaverint omnes
adhaerere, et adhaerere paratissimi sumus.
Tum actis ab Amplissimo d. Rectore Regi Christia-
nissimo gratijs quantas agi decebat totius Academiae
nomine Patriae Patri amantissimo quod nos per
summam humanitatem voluntatis suae voluisset esse
participes eiusque illustrissimo Procuratori, qui tantâ
vi eloquentiae, quantâ in Regem Christianissimum
fide, quantâ in Academiam parisiensem benevolentiâ
Regis voluntatem nobis significavisset caetera summâ
alacritate summisque pro Rege Christianissimo votis

itaque, quod sperabamus, non irritis concilium dimissum est
in cuius rei fidem praesentibus subscripsi die et anno
supradictis. P. Marcel
Ven. nat. proc.

Die octobris undecima anno Dni millesimo sexcentesimo
octogesimo octavo habita sunt Ven. Nat. comitia in
Hurcurio ubi mihi successor electus fuit vir clariss.
Dnus Touraine designatus in pontificem ~~[illegible]~~ encomiastes
Sancti Romani Dnus Gaye Licentiatus theologus
in oratorem qui oret nat. Ven. nomine pontificem
Immaculatae conceptionis vir singulari facundia
plenus dominus Playne eloquiae professor
in Lexoueo, mihi vero decretus quadrumviratus
quo nomine prorogavi fasces Amplissimo Dno Rectori
Dno du Boulay. P. Marcel
Ven. nat. proc.

ACTA

Venerandæ Nationis

hîc desunt —

procuratore M. petro Fourraine

Licentiato Theologo,

Socio Maurrico.

11.° octob. 1688.

procurat. M. Tourraine.

Acta
Venerandæ Normanorum Nationis.
Procuratore Guillelmo Le Melorel presbytero Constantiensi, et Philosophiæ professore in Collegio Harcuriano.

a die 10.a 8bris Anni 1689, ad 10.am 8bris 1690.

Die decimâ octobris Anni 1689 horâ septimâ matutinâ habita sunt comitia in sacello Harcuriano, in quibus omnium Tribulium consensione creatus sum [illegible] v. nat. procurator. Dominus Touraine, exprocurator, creando aut prorogando Rectori quadrumuir factus est. Magister Le Courtois, humaniorum litterarum professor in Lexoueo, pontifex designatus est ad diem Sto Romano sacrum. Et D. marion Bac. Th. orator ad pontificem Conceptionis immaculatæ Virginis.

Eadem Die circa horam decimam matutinam apud Mathurinenses prorogati sunt fasces Ampl. D. Rectori D. du Boulay. Cy le melorel

Die 27.a ejusdem mensis habita sunt pro more apud mathurinenses comitia, in quibus magister Ægidius Roussel baccal. Theol. et philosophiæ professor emeritus in Harcuriano, v. nat. censor electus est.

Cy le melorel

Die octauâ Decembris intra celebrandum festum immaculatæ Conceptionis B. Virginis sacra mysteria perfecit D. Langlois, Doctor Theologus, disertissimáq; oratione Virginis Deiparæ ab originali culpa immunitatem asseruit.

Cy le melorel

Die. Decembris decimâ sextâ habita sunt pro more apud Mathurinenses Comitia, in quibus magister Egidius le Sourd, collegij marchiani — moderator, vniuersitatis Rector creatus est, — quadrumuiro magistro Couture, ejusdem Collegij Rhetorica professore. Gyle melorel

Anno Dom. 1690. cum dies creandi aut prorogandi Rectoris accidisset feria sexta in parasceue, translata sunt Comitia in diem mercurij proximè sequentem, vigesimam nonam mensis martij, in quibus comitijs prorogati sunt fasces ampl. D. Rectori Egidio le Sourd

Gyle melorel.

Die 19.a Maij. Amplissimus D. Rector, tres — superiorum facultatum Decani, quatuor facultatis artium procuratores, cum suo quisque adjuncto, prosyndicus, scriba, et quaestor vniuersitatis, stipantibus septem apparitoribus Versalia profecti sunt, ut Regi, super morte Seremissimæ Delphinæ, totius Vniuersitatis dolorem testarentur: priusquam autem ad Regis cubiculum accederent, orta est controuersia super apparitoribus, Dño nempe de Sainctot (Regiarum cerimoniarum — præfecto) uolente eos ab ingressu regij cubiculj prohibere contra antiquum jus vniuersitatis. Ampliss. autem D. Rector rogauit illustrissimum Archiepiscopum — parisiensem, qui tunc aderat, utj Regem super eo — vniuersitatis jure alloqueretur. Quod cum factum fuisset, ipse D. de Sainctot retulit Regem nolle ullam in posterum ea de re litem moueri. Quamobrem omnes ante Christianissimj Regis conspectum admissi sunt, ubj ampliss. D. Rector breuj sut decet, sed — elegantissimâ oratione nostrum dolaris sensum significauit. Cuj Rex pijssimus rondit gratissimum sibj esse quod sui luctus participem haberet academiam parisiensem,

Sequi eam plurimi fecisse, facturumque semper, atque occasionem captaturum suæ in eam benevolentiæ signa ipsi exhibendi.

Cyle melorel

Die 27ª ejusdem mensis Maij ab amplissimo D. Rectore, comitantibus Superiorum facultatum Decanis, quatuor facultatis artium procuratoribus, officiariisque Universitatis Syndico et scribâ, excepta est apud Collegium Marchianum D. Martinet, alter regiarum Ceremoniarum præfectus, cum suis Caduceatoribus et præconibus. Is Regis nomine — universitatem invitavit ad exequias Serenissimæ Delphinæ apud fanum Sandionysiacum, postea vero apud Ædem majorem parisiensem, diebus infra notatis, celebrandas. protulitque in eam rem Litteras regias quas ubi alta voce recitavit universitatis Scriba, respondit ampl. D. Rector academiam parisiensem Regis mandato obtemperaturam.

Cyle melorel

Die Lunæ 7ª mensis Junij Ampl. D. Rector. Superiorum facultatum Decani, procuratores facultatis artium, Singuli cum adjunctis, Syndicus Scriba et quæstor — Stipantibus apparitoribus fanum Sandionysium petierunt, ubi, ornati ut decet, Serenissimæ Delphinæ exequijs interfuerunt. Suas sedes habuerunt proximè et secundum Senatum parisiensem in superioribus subselliis, ita ut sederet Amp. D. R. in sede Abbatis. Celebrato funere egressi sunt post curiam subsidiorum. nullum paratum fuit prandium regijs sumptibus.

Cyle melorel

Die Jovis 15ª ejusdem mensis Universitas parisiensis eodem ordine et apparatu adfuit parentalibus Serenissimæ Delphinæ apud Ædem majorem — parisiensem. Suas sedes habuit in superioribus et inferioribus subselliis Senatum parisiensem inter et canonicos ejusdem Ecclesiæ majoris. —

Cyle melorel

Die 23ª Junij habita sunt apud Mathurinenses ordinaria comitia, in quibus fasces prorogatj sunt Amp. D. Rectorj. Gle melorel

Die 29ª Julij habita sunt in Collegio harcuriano extraordinaria v. nat. comitia, in quibus Claudius Trollier, Civis parisiensis, admissus est ad munus magni nuntij pro diœcesi Abrincensj, vacuum obitu Claudij postel. fidejussores habuit D. Asselin mercatorem set D. fournerel huntionem scribam. Gle melorel

Die 6bris 10ª habita sunt ordinaria v. nat. comitia in harcuriano, in quibus designatj in Pontificem Stj Romanj D. Gayet professorem in Grassines. et in oratorem ad Pontificem immaculatæ Conceptionis D. Cornu Baccal. Theologum. postea uero in munere procuratorio mihj suffectus est, nemine refragante, D. Bouchard Baccalaureus theologus. Ego uero, exprocurator, factus sum quadrumvir Creando aut prorogando Dno Rectorj.

Gle melorel

Acta

Venerandæ Normanorum Nationis

Procuratore Richardo Bouchard Lexouiensi presbytero et Baccalaureo theologo.

a die 10a octob. anni 1690 ad 10am octob. 1692.

Die 10a octobris 1690 horâ octauâ matutinâ post missarum solemnia in sacello harcuriano habita sunt comitia in quibus Ego Richardus Bouchard presbyter Lexouiensis et sacræ theologiæ Baccalaureus theologus communi omnium tribulium consensu et suffragio venerandæ nationis procurator sum electus. Clarissimus vir D. Le melorel exprocurator et in harcuriano collegio celeberrimus philosophiæ professor cueando aut prorogando amplissimo dno Rectori factus est quadrumuir. Designatus est in pontificem ad diem D. Romano sacram D. gayet Baccalaureus theologus et in grassinço professor dignissimus. orator item ad pontificem Conceptionis immaculatæ virginis D. Le Cornu Baccalaureus theologus. R Bouchard

Eâdem die horâ decimâ matutinâ apud mathurinenses habita sunt generalia facultatis artium comitia in quibus D. Le melorel quadrumuir confirmatus est et Ampl. D. Rectori Le Sourt fasces prorogati.

R Bouchard

Die 27â eiusdem mensis habita sunt apud mathurinenses generalia facultatis artium comitia in quibus electus est censor D. petrus de touraine Licentiatus theologus et exprocurator dignissimus.

R Bouchard

Die octauâ decembris 1690 magister dominus Collin doctor Theologus sacra peregit mysteria, et eleganti posteá doctâque oratione B. Virginem ab originali labe asseruit immunem. 7.

R. Bouchard

Die 16ª decembris horâ septimâ matutinâ habita sunt in sacello Justitiano venerandæ nationis comitia in quibus D. Franciscus Guenon sacræ Theologiæ licentiatus, et professor Emeritus in Lexouæo, et D. le Seigle meritissimus professor in Regiâ Nauarrâ stetérunt se supplices pro munere quadrumuiri, sed D. le Seigle æmulum uicit suffragio et quadrumuir factus.

R. Bouchard

Eâdem die horâ 10ª matutinâ habitis apud mathurinenses pro more generalibus facultatis artium comitijs D. Reginaldus gentilhomme philosophiæ professor in Cardinalitio (licet pro honorandâ gallorum natione quadrumuiri munere fungeretur illâ die) uniuersitatis tamen Rector factus est, et in collegium Cardinalitium a nobis et alijs quam plurimis uiris academicis honorificé deductus.

R. Bouchard

Die 17ª eiusdem mensis habita sunt apud mathurinenses comitia in quibus ad Ampl. D. Rectorem de rebus academicis informandum et confirmandum uná cum antiquo Rectore D. le Sourt, facultatum superiorum decanis, nationum procuratoribus, prosyndico, et scribâ ex ordine consedimus præsidente nouo Rectore et concludente, et eius electionem confirmauimus, Consultissimæ tamen facultatis decanus electionem illam eâ lege confirmauit ut fieret decretum ne quis deinceps quadrumuiri munere fungens crearetur in Rectorem, nec ab hâc sententiâ longé abfuit saluberrimæ facultatis decanus.

R. Bouchard

Die 30ª eiusdem mensis horâ septimâ matutinâ habitis in sacello harcuriano pro more comitijs, pro regentiâ et scholis stetit se supplicem D. Jacobus le goubé magister in artibus, et in iure Canonico Baccalaureus, qui post maturam contribulium deliberationem, et præsertim theologici triennij quod confecerat habitâ ratione admissus est, quam tamen gratiam nemini anteá concessam legimus.

R. Bouchard

Die 24ª martij 1692 horâ 7ª matutinâ habitis in harcurio comitijs D. le chevalier Licentiatus Theologus nullo refragante quadrumuir electus est, et eâdem die apud mathurinenses confirmatus, simulque Amplissimo Dno Rectori le gentilhomme rectoria dignitas prorogata.

R. Bouchard

Die 23ª Junij 1692 peracto sacro in sacello Justitiano comitia pro more habita sunt in quibus Dns Terrier meritissimus in sorbonæ plessæo professor unanimi omnium tribulium consensu quadrumuir factus est. Et eâdem die in comitijs generalibus facultatis artium apud mathurinenses habitis Amplissimo Dno Rectori falces sunt prorogati.

R. Bouchard

Die 27ª Junij horâ ipsâ post meridiem primâ habita sunt in harcuriano Collegio extraordinaria ven. Nat. comitia in quibus Jacobo Cheron civi parisiensi magni nuntij munus post mortem Roberti Jolivet concessum est pro diœcesi Baiocensi, cuius fuere fideiussores D. Clivet civis pariensis et Joannes fournerot nuntiorum scriba.

R. Bouchard

Die 28ª eiusdem mensis horâ 7ª matutinâ in Collegio harcuriano quæstoriæ munus D. Lanoisé quæstori fidelissimo prorogatum est. examinatores Candidatorum in artibus electi sunt D. D. Le Bouc Ebroicus humaniorum litterarum professor in prellæo bellovaco; Langevin Constantiensis Licentiatus theologus; Chartier item Constantiensis licentiatus Theologus; et Nehou Rothomagensis Baccalaureus Theologus: Auditores vero nationum ven. nat. D.D. Du fay emeritus in Lexovæo professor; Morain dignissimus in mazarinæo professor; Desanthieux in Collegio harcuriano progymnasiarcha; et Dubuc Baccalaureus Theologus.

R. Bouchard

Die 14ª mensis Augusti 1692 horâ ipsâ matutinâ in peristylio mathurinensium oblati sunt et electi ex venerandâ nostrâ natione in examinatores artium, pro examine Beatæ mariæ virginis M. Richardus pipon humaniorum litterarum in Cardinalitio professor: et pro examine Stæ genovefæ M. Olivarius heroult Emeritus in regiâ navarrâ professor et Artistarum gymnasiarcha qui academiæ solitum præstitere sacramentum.

R. Bouchard

Die 6a mensis octobris 1692 habita sunt in harcuriano Collegio ordinaria comitia in quibus post missam supplex accessit magister Jessaeus le Duc secundae classis in eodem collegio professor, ut sibi venerandae natio auxilium daret circa ortum dissidium inter ipsum et magistrum Joannem le françois eiusdem Collegij vigilantissimum provisorem et gymnasiarcham; statimque mecum deputati sunt a venerandâ natione magister Touraine illius decanus, M. heroult: et magister Marmion qui simul adiremus patronos et ab ijs quid foret agendum acciperemus, et ita a me conclusum. 7.

R Bouchard

Die 10a mensis octobris habita sunt in harcurio ordinaria venerandae nationis comitia in quibus peracto sacro pro munere procuratorio supplices accesserunt magister Joannes de Vadelorge et magister Jacobus de Lœuvre: sed magister Joan. de Vadelorge meritissimus in Lexoneo professor et splendidiore purpurâ dignissimus in procuratorem longé maiori suffragiorum numero et feré omnium consensu electus est, solitumque in meis manibus praestitit sacramentum. designavi in pontificem ad diem sacrum D. Romano D. Marcel virum disertissimum et meritissimum olim in Cardinalitio professorem: item in oratorem ad pontificem Virginis sine labe conceptae D. Playne virum facundiâ plenum et dignissimum eloquentiae professorem in Lexoneo. Ego denique quadrumvir factus. 7.

R Bouchard

Eodem die et in ijsdem Comitijs in harcuriano sacello habitis nos a venerandâ natione deputati, ut suprà, retulimus responsa peritissimorum patronorum hulson, et de Ripalfons ex quibus a venerandâ natione statutum est ut accedatur ad causam pendentem apud supremam curiam inter M. Joan. le françois et M. Jessaeum le Duc, et ita a me ~~conclusum~~ conclusum. 7.

R Bouchard

Acta Venerandæ Normanorum nationis Procuratore joanne Vadelorge Lexouiensi Presbytero et humanitatis jn collegio Lexouio Parisiis fundato Professore

Die decima octobris anni 1691 hora septima matutina habita sunt comitia jn sacello Harcuriano, quibus post peractum sacrum a veneranda Normannorum Natione quæ tum ibi frequens aderat præsidente ornatissimo Dno Procuratore viro clarissimo R. Bouchard bini supplices munus procuratorium petiimus Ego videlicet, et Magister jacobus Deloeuure varia eruditione repletus homo: de quæ vtriusque petitione cum esset serio ac mature a singulis tribulibus deliberatum, quinquaginta quinque ex iisdem Magistris mihi ad Procuratoriam dignitatem suffragantibus cum ad summum quinque et decem prædicto Magistro Deloeuure fauerent, Procurator Venerandæ Nationis electus, juratusque et purpura jndutus procuratorium munus obii, atque eadem die jn comitiis Rectoriis apud Mathurinenses habitis ex abundanti ab iis ipsis qui mihi hora septima in Sacello Harcuriano non erant suffragati confirmatus ad amplissimum Dnum Rectorem quæ in veneranda Natione ex ejusdem Rectoris præscripto per me fuerant proposita, postmodum expensa et deliberata ab vniuersis tribulibus, quod Procuratoris munus est, retuli.

Vadelorge.

Anno dñi 1691 die 27a mensis octobris in comitijs Censorijs apud mathurinses horâ septimâ matutinâ de more habitis, ego tres ven. nationis magistros qui se obtulerant proposui eo temporis ordine quo in dictâ natione cooptati fuerant: nimirum m. guillelmum guenon philosophiæ professorem in marchiano; m. petrum le seigle professorem nauarricum; et m. georgium du four Rhetoricæ professorem in Collegio harcuriano; rogatis verò tribulium suffragijs, alij alijs suffragati sunt, sed m. petrus le seigle ad extremum plura tulit suffragia, atque adeò nemine contradicente electus est Censor, atque ego ita conclusi. Ac posteà ad Ampl. Dnm Rectorem, ut fieri solet, retuli eundem m. petrum le Seigle Censorem ven. nat. electum fuisse.

R. Bouchard
ven. nat. proximus
Exprocurator.

Conclusio Nationis venerandæ vnà cum eorum Magistrorum nominibus qui ad meam causam accedendum censuerunt.

anno Dni Millesimo sexcentesimo nonagesimo primo die vigesima tertia octobris habita sunt jn Collegio

Harcuriano venerandæ Nationis Normannorum Comitia quæ quotannis statadie haberi solent, vbi post celebratum sacrum et habitam concionem in laudem sti Romani dictæ Nationis patroni, Ego venerandæ Nationis Procurator postulaui vt natis ad meam accederet causam in ea lite quam mihi intentauerat Magister jacobus Deloeuure: quod cum professuissem, tum pauci ex his qui dicto Magistro Deloeuure suffragati fuerant eadem die qua ego longe majori suffragiorum numero Procurator electus sum, conati sunt insanis clamoribus et vernaculis vociferationibus impedire ne suffragia colligerentur, idque cum frustra conati essent cæteri omnes maxima frequentia censuerunt ad meam causam accedendum quippe quæ esset causa dictæ Nationis, vt in ea magistratus et officiarii eligantur majori suffragiorum numero vt fieri solet, atque ita cum venerandæ Natione conclusi die et anno prædictis Vadelorge

Nomina Magistrorum qui ad meam causam accedendum censuerunt: Noel Regius et emeritus philosophiæ Professor, Lair antiquus Rector, Le francois antiquus quoque Rector, Franciscus Guenon emeritus philosophiæ Professor et antiquus Procurator, Aubert Professor emeritus et antiquus Procurator, Rousel antiquus Procurator et philosophiæ Professor, Guilelmus le Mellorel antiquus Procurator et philosophiæ professor, Liout antiquus Humanitatis Professor, Langlois Licentiatus Theologus, Fortin Professor humanitatis, Le chevalier Baccalaureus Theologus, Des authieux Baccalaureus Theologus, Dufour Rhetoricæ Professor, De chaumont Baccalaureus Theologus et collegii justiniani Gymnasiarcha, Le Chartier Baccal. Theol. Cornauin humanitatis Professor, Le Conte humanitatis Professor, Deslandes humanitatis Professor, Robertus Bouchard Bacc. Theol. et venerandæ nationis exprocurator, Dudouy Bacc. Theol. Le Bouc humanitatis Professor, Dubuc Bacc. Theol. Bunouf humanitatis Professor, Le Courtois Bacc. Theol. et humanitatis Professor, Dagoumer philosophiæ Professor, Mabire Bacc. Theol. Langer Bacc. Theol. et humanitatis Professor, Blaine eloquentiæ Professor, Laine Bacc. Theol. Boisney humanitatis Professor, Petrus le Marcel emeritus eloquentiæ Professor et antiquus nationis Procurator, Boudoux Bacc. Theol., Griset humanitatis Professor, Marion Bacc. Theol. Lanon antiquus humanitatis Professor, Macquerel Bacc. Theol. Franciscus Cafse Bacc. Theol. Le Blond humanitatis Professor, Pipon hum. Professor, Viel Humanitatis Professor, Ludovicus le sauuage Bacc. Theol. Morain humanitatis Professor, Cornu Bacc. Theol. Franciscus Collette Bacc. Theol. Gayet Bacc. Theol. et humanitatis Professor, Dubuisson Bacc. Theol. Bertrand Bacc. Theol. Borey Bacc. Theol. Dupont humanitatis Professor. . . . . .

Vadelorge

Anno domini millesimo sexcentesimo nonagesimo primo, die vigesimâ quartâ Novembris habita sunt Hata Venerandæ Normannorum Nationis comitia in sacello Collegij Harcuriani, ubi M. Jacobus Pienud qui iam a Remigialibus literas humaniores in secundo dicti Collegij ordine profitebatur, supplicauit more solito pro regentiâ et scholia, quâ de supplicatione ita dictæ sunt sententiæ, ut eiusdem supplicationis habitâ ratione admittat sit, eâ tamen conditione, ut M. Jolliens le Duc ab eâ lite desistat quæ inter ipsum et M. Joannem le François orta erat, atque ut eius rei testimonium dictus M. Jacobus Pienud quam primum afferret ab ipso M. Jolliens le Duc subscriptum, atq; ita ego concluſi. postridie autem cum esset eadem natio ibidem congregata dictus M. Jacobus Pienud testimonium illud ab ipso M. Jolliens le Duc coram Notarijs subscriptum protulit, atque illud ego palam ac publicè recitaui: quod quidem testimonium M. petrus le Seigle Venerandæ Nationis Censor a me postulauit, atque obtinuit.

R. Bouchard
Expromentator

A muneris Procuratorii administratione subdolis Magistri jacobi Deloeuure competitoris mei artibus per quatuor menses et amplius remotus, tandem in collatam a Longè maximæ tribulium parte dignitatem restitutus fui decimâ quintâ mensis Februarii die, illustri Senatus Parisiensis consulto, quo tum arbitrarium eligendorum magistratuum jus, quod perenne et inviolatum in Venerandâ Normannorum Natione ab vltima antiquitate observatum erat, luculenter confirmatum est, tum prædictus Magister jacobus Deloeuure ejusque fautores ac studiosi perditæ litis impensis sunt multati.

Vadelorge j.

Quæ manu nostrâ interserta sunt binæ conclusiones, eâ a viro clarissimo munus procuratorium ex Supremæ Curiæ decreto tum gerente, hisce tabulis inscriptæ leguntur.

Vadelorge j.

Qui vigesima quarta mensis Novembris die superioris anni 1691 frequenti Nationi pro Regentia et Scholis supplicauerat Magister jacobus Pienud a Remigialibus anni prædicti in secundo Harcuriani Collegij ordine Humanitatis Professor, postmodum appositâ conditione junctus in ejusdem Venerandæ Normannorum Tribus gremium coptatus fuerat, ad dicendum postulante, ita æquissimo Censore, Domino le Seigle, sacramentum a me admissus et talenus Martius ann. 1692

Datusque Vadelorge j.

Vadelorge j.

Sequitur suprema curia Parisiensis placitum
ab illustrissimo viro amplissimi illius ordinis
Principe Achille de Harlay in primario
tribunali pronunciatum, quo in procuratoriam
dignitatem a veneranda Normannorum Natione
majori suffragiorum numero collatam restitutus fui,
et eidem Nationi arbitrarium eligendorum magistratuum
jus quod ab omni antiquitate perenne et inviolatum
perseveraverat, confirmatum atque comprobatum est.

Louis par la grace de Dieu Roi de France
et de Navarre au premier des huissiers de nostre Cour
de Parlement ou autre huissier ou sergeant sur ce requis
Scavoir faisons que ce jourdhui comparant en nostre dite cour
Jean Vadelorge professeur d'humanitez dans le College de
Lisieux et ancien suppost de la Nation de Normandie fondée
en l'Université de Paris appelant de la conclusion du Recteur
du dix octobre dernier d'une part, et maistre jaques Deloeuure
Bretre intimé d'autre, et entre les Procureurs et suppostz de la
dite nation de Normandie demandeurs en requeste des vingt
six octobre dernier ~~d'une part~~ et ~~d'autre~~ du sept du present
mois de Feurier a ce qu'ils fussent receus parties intervenantes
en la cause de ces defendeurs ci apres nommez faisant droit
sur leur intervention evocant le principal et y faisant
droit qu'ils fussent maintenus et gardez dans l'usage usité
dans la dite Nation de donner les charges a la pluralité des
voix, et en consequence que l'election par eux faite de la
personne du dit Vadelorge a la charge de Procureur
subsisteroit et condamner aux depens le dit Deloeuure d'une
autre part, et le dit Vadelorge et Deloeuure defendeurs
d'autre, et entre Maistres Charles Touraine, Pierre le seigle
jaques Lavoise professeurs professeurs au College de Navarre
Dolen, censeur et questeur de la dite nation de Normandie
et consortes demandeurs en requeste du present mois de Feurier
a ce qu'ils fussent receus parties intervenantes en la cause
faisant droit sur leur intervention ordonner que la deliberation
et conclusion sera executée selon sa forme et teneur, faire
defense aux defendeurs de se pourvoir ailleurs qu'au tribunal
du Recteur pour la decision de la contestation, et condamner
le dit Vadelorge aux depens d'une part, et les dites
Vadelorge et Delgeuure defendeurs de l'autre, et encore
entre le dit Vadelorge demandeur en requeste du sept Feurier
1692 a ce qu'il pleust a la Cour evoquer le principal
et y faisant droit mettre l'apellation et ce au neant
emandant attendu l'intervention de la Nation de Normandie

ordonner que l'election faite de sa personne a la charge de procureur subsisteroit, et en consequence le maintenir et garder dans la dite charge de procureur pour icelle exercer et jouir pendant vn an du jour de l'arrest qui interuiendra en la maniere accoutumée d'une autre part, les dits procureurs de la dite nation Ledit Deloeuure, les dits Touraine, Le seigle, Lauoise et consorts deffendeurs d'autre part sans que les qualitez pussent nuire ou prejudicier aux parties aprez que Boucheron auocat du dit Vadelorge, Tartarin auocat pour la nation, et Frolant auocat du dit Deloeuure ont esté ouis pendant deux audiences, ensemble Daguessau pour le Procureur general du Roi et que aumont huissier a rapporté auoir appelé les defaillants et leur procureur; Nostre dite cour a receu les parties de Tartarin parties jnteruenantes, faisant droit sur l'appel et jnteruention a mis et met l'apellation au neant, emandant, euocant le principal et y faisant droit a maintenu et gardé la nation de Normandie au droit et en la possession d'elire et de nommer pour ses officiers les personnes qu'elles croira les plus capables, et en consequence ordonne que la partie de Boucheron qu'elle a elu pour Procureur de la nation en fera l'exercice et la fonction, fait deffense a la partie de Frolant de l'y troubler, et la condamne aux depens, a donné congé contre les defaillants et pour le profit les deboute de leur jnteruention et les condamne aux depens faits a leur egard Si te mandons faire pour l'execution du present arrest tous exploits de justice requis et necessaires de ce faire te donnons pouuoir. Donné en Parlement ce quinze feurier mil six cent quatrevingt douze et de nostre Regne le quarante neuf.

Collation, Fauuelai

Par la chambre
Dutillet

Le 28 feurier 1692 baillé copie a Guesdon et Cherrier

Cailleux

Guerin

Conclusio Venerandæ Normannorum Nationis

Anno Dñi millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, die duodecima mensis aprilis horâ septimâ matutinâ congregata est Venerandæ Normannorum natio in sacello Collegii Harcuriani ubi post rem sacram peractam, Nobr Venerandæ ejusdem Nationis tribulem censuimus, re in deliberationem ab ornatissimo Procuratore, Magistro Joanne Vadelorge de more missâ eidem Magistro Joanni Vadelorge, quia per quatuor menses et amplius munere procuratorio quod annuum esse solet, quanquam ad eam dignitatem electus functus non fuerat ob litem a Magistro Jacobo Deloeuvre ipsi illatam, munus illud procuratorium ad sarciendam temporis illius jacturam ad diem usque vigesimam quartam mensis Martii anni proxime sequentis millesimi sexcentesimi nonagesimi tertii esse prorogandum, in cujus prorogationis fidem subscripsimus die duodecima mensis aprilis anno Domini millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo. eorum qui subscripsere, tribulium nomina in primâ supradictæ conclusionis perscriptione expressa sunt

Vadelorge ſ.

Indictis ab amplissimo Dño Rectore supplicationibus Academiæ Parisiensi tum pro Ludovici Magni augustissimi Francorum Regis Namurcum obsidentis prœliumque cum impiis confœderatorum exercitibus inituri incolumitate, tum pro Regni florentissimi prosperitate, placuit re in deliberacem a me missâ, Venerandæ Normannorum Nationi quo major ampliorque foret comitatus amplissimi Dñi Rectoris ad Beatissimæ Virginis Deiparæ una cum eadem Academia processuri die, veneris vicesima mensis Junii die, et inde ad Mathurinensium reversuri ædem, ne sportulæ a fidelissimo Quæstore dispartirentur in eadem Mathurinensium æde, quam illud justæ pietatis gratique animi officium a tribulibus esset expletum, atque ita a me conclusum est die quartâ decimâ junii 1692

Vadelorge ſ.

Die 28ª mensis junii in comitiis apud Harcurianos hora septima matutina habitis unanimi omnium tribulium consensu electus est Venerandæ nationis Quæstor cum maxima æquitatis et fidei laude, Magister Dubuc Baccalaureus in Theologia

Iisdem comitiis designati sunt a me in rationum nostrarum exactores, viri clarissimi Magister Richardus Bouchard exprocurator, et Baccalaureus in Theologia, Magister Ambrosius Blaine eloquentiæ in Lexovio Professor, Magister Deslandes humaniorum Litterarum in Harcuriano Collegio Doctor, et Magister Guilelmus

Dagoumer celeberrimus philosophiæ Professor

jisdem quoque comitiis electi sunt vnanimi omnium consensu candidatorum Baccalaureatus jn Artibus judices Magister Liout varia eruditione repletus vir et antiquus jn academia Parisiensi humaniorum Litterarum Professor apud Harcurianos, Magister Georgius Dufour eloquentiæ Professor; Magister Boudoux Rothomagensis jn Theologia Baccalaureus et Magister Germanus Anger Baccalaureus in Theologia et humaniorum Litterarum in collegio Lexouio Professor

Vadelorge

jisdem comitiis cum essem questus venerandæ nationi, [redacted] a fidelissimo Quæstore Dno Lauoisé quod antecessoribus nostris Procuratoribus et aliis administris et officiariis, ut aiunt, ejusdem nationis ab omni memoria tributum esset [redacted] Nationis impensis, id mihi et aliis denegari; re in deliberationem missa, censuit veneranda Tribus querelæ nostræ causam a quatuor viris suâ in ordinem nostrum cooptatione antiquioribus qui tum aderant esse expendendam atque dijudicandam: quod cum ita a me esset conclusum, intercessit æquissimus censor ejusdem Nationis Petrus Le Seigle in Regia nauarra humaniorum Litterarum Professor.

Vadelorge

Quæ prædicta controuersia ut componeretur, conuênit jnter me Procuratorem jure illo multis antecessoribus meis tributo, aliisque administris concesso, plurimisque comprobato exemplis vltro cedentem, et inter Magistrum Petrum le Seigle Censorem, assentientibus, qui concertationi nostræ dirimendæ atque dijudicandæ a Natione præfecti erant, viris clarissimis Magistris Petro Touraine Decano, Noel, Aubert et aliis benemultis præsentibus, nullum e Tribulibus administrisque Nationis quidquam pecuniæ tametsi sponte oblatæ juris præmiiue loco posthac exacturum aut accepturum tum ab jnquilinis, tum ab ipsa Natione. quod quidem hactenus in renouatis Locationis contractibus a plurimis factitatum et audiueramus et in accepti expensique codice ab administris rationumque nostrarum exactoribus scriptum comprobatumque legeramus, id hic ego nomine Nationis venerandæ jnscripsi, vt sit posthac ad jmitandum singulis exemplum. quarto nonas julias ann. 1692.

Vadelorge

Anno Dni millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, die decima octava mensis octobris. Veneranda Normannorum Natio per nos Magistrum Joannem Vadelorge Procuratorem suum, et humanitatis in Collegio Lexovio Professorem emeritum congregata in Sacello Harcuriano, audito Libello supplice, quem sibi obtulerat Roberti Le Quirot major ejusdem nationis accensus, quo postulabat ut filius suus Robertus Le Quirot sibi ejusdem muneris successor designaretur cum iisdem juribus, emolumentis atque prærogativis sibi ab eadem Veneranda natione concessis calendis octobribus anni millesimi septuagesimi quarti; re in deliberationem a nobis missâ, ut moris est, eadem natio prædicti Roberti Le Quirot supplicis votis annuens, filium ejus Robertum Le Quirot successorem paterni muneris admittit his legibus, ut patri, dum vixerit, vicariam præstet operam coadjutoris nomine; proprio autem, si eum patri superstitem esse contigerit, eoque nomine concedendas esse ei gratis provisionis Litteras decernit. Datum et statutum in comitiis generalibus Venerandæ nationis die et anno prædictis.

Vadelorge i.

Die 27 octobris in comitiis apud Mathurinenses habitis Censor electus est unanimi omnium consensu vir multiplici eruditione conspicuus Magister Ludovicus Le Sauvage Baccalaureus in Theologiâ

Vadelorge

Calendis Februariis ann. 1693 supplicavit pro Regentiâ et Scholis Magister Petrus Courcoul de La Ferriere humanitatis in nostro Collegio Lexovio Professor; at cum quibusdam contribulibus intempestiva visa esset ejus supplicatio, recitatumque vigilantissimi ejusdem Collegii Gymnasiarchæ Petri Audran testimonium, quo a se prædictum Magistrum Courcoul de La Ferriere Scholæ humanitatis præpositum testabatur, non esset plurimis probatum; placuit rem in diem Sabbathi proximè sequentem rejici, qua die prædictus Supplex me concludente in gremium nationis cooptatus sacramentum apud me quidem dixit; at censuit Veneranda Natio rogandum prædictum Magistrum Audran Gymnasiarcham ut vocem (præpositum) aliâ mitiori mutaret juxta primum præclaræ Artium Facultatis statutum quo jubentur omnes Gymnasiarchæ ad docendam et regendam juventutem pædagogicæ et Magistrocæ probatæ vitæ et doctrinæ recipere et admittere.

Vadelorge i.

anno Dni 1693 postridie Calendas Martias extraordinariis
Venerandæ Normannorum Nationis comitiis in Collegio Harcuriano
habitis conclusum est vnanimi omnium tribulium consensu
intercedendum esse Liti ab illustrissimo Ecclesiæ Principe
Leonorio de Mattignon Episcopo et comite Lexoviense
illatæ vni e nostris tabellarijs nomine aumont, totumque
illud negotium fidei et diligentiæ sapientissimi Decani Caroli
Touraine et Magistrorum Guilelmi le Fey professorum Quæstoris
et Petri le seigle excensoris esse permittendum; sic, ut quidquid
in eam rem ab iis provisum fuerit, toti nationi gratum
ratumque futurum sit. Vadelorge i.

25ª die Martii mensis ejusdem anni mihi magistratu
abeunti successor major suffragiorum numero
designatus vir tum morum integritate ac comitate
conspicuus, tum multiplici eruditione [illegible]
insignis Magister Desauthrieux Baccalaureus in
Theologiâ dicto sacramento munus procuratorium obiit.

eadem die delato, vt moris est, quadrumviri munere
defunctus fasces Rectorios Rectori amplissimo Dno
Bourchot prorogaui. Vadelorge i.

eodem anno 1693 postridie idus Februarias comitiis
in Collegio Lexovio de distribuendo nunciatuum proventu
vnis professoribus addicto habitis conclusum est vnanimi
omnium consensu centum et octoginta libellarum francicarum
Summam a fidelissimo nunciaturum Quæstore magistro
le Fey esse numerandam tum vt aboleretur præteritæ
litis memoria, tum ne jure meo privarer.
Vadelorge i.

M. J. de Vadelorge prorogatum fuit
munus procuratorium propter
controversias excitatas inter
Ipsum et alterum contribulem.

Desauthieux

1707.

Acta

Generanda Normanorum Nationis, Procuratore Joanne Des Autbieux Rothomagensi, Baccalaureo Theologo *à Die 25.a martij an. 1693. ad Diem 24. martij an. 1694.

*Socio Harcu=riano, et progymna=siarchâ, de patria Cale=tensi Oriundo.

1693.

Die Mercurii 25.a martii 1693. horâ septimâ matutinâ post missarum solemnia in sacello harcuriano habita sunt ordinaria Generanda Nationis Comitia, in quibus Ego Joannes Des Autbieux sacræ facultatis parisiensis Baccalaureus Theologus Maiori suffragiorum Numero Eiusdem Nationis procurator Electus sum × et Dominus M. Vadelorge Exprocurator quadrumuir creatus est.

Des Autbieux

× In cuius beneficij memoriam Tribulium meorum Generationi, quas potui maximas Grates Egi. S.

Eodem die 25.ª martii horâ decimâ matutinâ habita sunt comitia almæ facultatis artium apud Mathurinenses, in quibus prorogati sunt fasces Rectoris meritissimo viro M. pourchot

Die 4.ª mensis Aprilis in comitiis ordinariis venerandæ Nationis Magister Ricardus Mauduit supplicauit jure magisterij in artibus, quinquennij, et Baccalaureatus in utroque jure. atque ità admissus est.

Die 6.ª mensis maij ab Amplissimo Rectore comitantibus dominis Decanis facultatum superiorum, DD. procuratoribus facultatis artium, atque officiarijs Vniuersitatis prolyndico et scribâ, omnibus in id conuocatis, Excepturus est in aulâ Amplissimi Rectoris apud Mazarineum collegium Dominus Belgranget Regiarum Ceremoniarum præfectus cum suis caduceatoribus et præconibus. Vt Regis christianissimi nomine inuitaret Vniuersitatem ad Exequias Serenissimæ principissæ Annæ-mariæ-Ludouicæ Borbonæ d'Orleans de Montpensier die 5.ª mensis aprilis proximè elapsi defunctæ apud fanum S.ti Dionisij die sequenti 7.ª maij celebrandas, atque in eamdem protulit Dominus Belgranget Litteras Regias ad academiam directas, quas altâ voce recitauit eiusd. Vniuersitatis scriba. ab Amplissimo Rectore Responsum Academiam parituram Regij mandato obtemperaturam.

Die 7.a maij Amplissimus D. Rector, Trium facultatum superiorum decani, et quatuor facultatis artium procuratores, cum suo quisq; adiuncto, prosyndicus, scriba, et quæstor omnes, ut in talibus fieri solet, suis insignibus ornati, stipantibus apparitoribus Ædem Abbatiæ Regiæ S. Dionisij petierunt et S. B. Annæ = Mariæ = Ludouicæ D'orleans de Mompensier parentalibus adfuerunt suasque sedes habuerunt in subcellis superioribus proximè et secundum senatum parisiensem, ita ut D. Amp. Rector sederet in sede Abbatis, atque sacris peractis Academia è choro egressa est post curiam subsidiorum, Reluctante tamen et reclamante curiâ monetali supremâ. Nullum regijs sumptibus paratum est prandium. /.

D. Gauthieux

Die 15.a maij Amplissimus Rector, comitantibus facultatum superiorum decanis et quattuor Nationum procuratoribus suis cum adiunctis, ut decet, ornatis, ut pacto Academiam inter et Urbem parisiensem faceret satis, Ludouico magno panegyricum dixit apud Mazarineum Collegium coràm Illustrissimo D. Dubois Urbis præfecto, nomine Academiæ ad id à me Ven. Nationis procuratore, pridiè inuitato. D. Gauthieux

Die martis 23.a mensis Junij horâ septimâ matutinâ sacris de more in sacello Justitiano peractis habita sunt comitia ordinaria, in quibus omnium Tribulium suffragio Dominus M. Dubuc baccalaureus Theologus et Ven. Nat. quæstor fidelissimus creatus est quadrumuir. Eodem die horâ decimâ in comitiis almæ artium facultatis apud Mathurinenses prorogati sunt fasces Rectorij Domino M. pourchot.

D. Gauthieux

Die sabbati 27.a eiusdem mensis Junij habita sunt venerandæ Nationis comitia ordinaria in aulâ harcurianâ, in quibus, tum propter consuetudinem, quâ munus quæstorium DD. Quæstoribus ad duos annos committi solet, cum propter eximia in ven. Nationem merita Domino M. Dubuc istud munus quæstorium prorogatum est. Nominati sunt deindè Rationum v. Nationis exactores Dominus M. Guenon philosophiæ professor emeritus in Lexoueo, Dominus M. Le meloret philosophiæ professor in harcurio, D. M. de la voisée litterarum hum. professor in Regiâ Nauarrâ et exquæstor, Et d. M. de prepetit eloquentiæ professor in crassineo. posteà denique omnium suffragio Examinatores artium electi sunt D. M. pipon hum. litter. professor in cardinalitio, D. M. fleury litter. hum. professor in crassineo, D. M. Bertrand baccalaureus Theologus, et D. M. du Breul baccalaureus Theologus, pro diœcesi Rothomagensi. /.

Dr Authieux

Licet non pauca Regis Epistolarum ad Academiam directarum Exempla sparsim Jaceant in Commentariis ven. Nationis, Has tamen, de quibus suprà, Litteras Regias inter acta nostra referri placuit, Ne quid ijs, tempore Magistratûs nostri peractis, defuisse videretur.

A Nos chers et aimez les Recteur, Doyens, procureurs, et Suppots de l'Vniuersité de paris.

Chers et bien aimez, voulant que le seruice qui doit être fait dans l'Eglise Royalle de S.t Denis en france pour le Repos de l'Ame de feüe Nôtre chere et tres bien aimée Cousine La Duchesse de Montpensier, soit accompagné de toutte la pompe qui est deüe à vne princesse de son Rang, Nous vous Mandons et Ordonnons de vous y trouuer en Corps au jour et à l'heure que le grand Maître, ou le Maître des Ceremonies vous dira de Nôtre part; a quoy vous ne ferez faute, car tel est notre plaisir. Donné à Versailles le 6. May, mil six cent quatre vingt treize. Signé Louis. et plus bas phelypaux.

Die sabbati 10.a octobris horâ 7.a matutinâ habitis post celebratum sacrum in sacello collegii nostri harcuriani comitiis ordinariis, communi omnium consensu Dominus M. Lesauuage ven. Nationis Censor aequissimus factus est quadrumuir. /

Eadem die horâ decimâ habita sunt almae facultatis artium comitia ordinaria apud Mathurinenses, in quibus purpura Rectoria prorogata est D. M. pourchot. /

Des authieux

Die 22.a octobris 1693. apud harcurium Congregati sunt Venerandae Nationis professores qui in pleni exercitij collegiis docent ac profitentur, idque de Eligendo Quaestore seu Receptore pecuniarum è dictae Nationis Nuntiatibus prouenientium Et iisdem ac solis professoribus attributarum, postulante scilicet Domino Magistro Guillemo Lefey ut alius in eius locum sufficeretur. Itaque re propositâ ad deliberandum, Rogatis ductisque suffragiis Electus fui Ego Ioannes Des authieux eiusdem Nationis procurator ac professor in harcuriano, qui eiusmodi quaestoris officium dictis professoribus praestarem, eâ conditione, quâ fuerunt anteà, ac debent esse post hac omnes eiusmodi quaestores ac Receptores, hoc est ut id gratis facerem. atque ità conclusum est. /

Des authieux

Die martis 27.a eiusdem mensis octobris
horâ 7.a matutina habita sunt apud ma
-thurinenses almæ facultatis artium comi
-tia ordinaria, in quibus unanimi omnium
Tribulium suffragio Dominus Magister
Olivarius Bernult philosophiæ celeberrimus
professor emeritus, et in Regiâ Navarrâ
artistarum Gymnasiarcha meritissimus,
vir denique multiplici titulo commen
-dabilis electus est venerandæ Nationis
censor, qui et sacramentum præstitit in
manibus amplis. Dni Rectoris. /.

Die luna 7.a decembris Illustrissimus
senatus princeps Dominus de Harlay
me per apparitorem honorandæ Natio
-nis convocavit, mihique dixit sibi
ipsi videri esse è re academiæ
parisiensis, ut dignitas Rectoria pro
rogaretur amplis. Dno Rectori; Illi
Respondi me ex animo operam datu
rum, ut fasces Rectorii prorogaren
tur. /.

Die mercurii 16.a decembris horâ 7.a
matutinâ in sacello Sulpitiano post mis
-sarum solemnia habita sunt ven. Nationis
ordinaria comitia, in quibus, postquàm
dixi me accersitum fuisse ab Illustris.
-simo senatus principe, atque illum mihi
significasse, sibi ipsi videri esse è
re academicâ, ut fasces Rectorii pro
rogarentur amp. Rectori, D. M. Vadelorge
suffragiorum pluralitate electus est
quadruum vir. /.

Eadem die 16.a decembris horâ decimâ matutinâ in comitiis ordinariis apud Mathurinenses habitis prorogata est Rectoria dignitas Amp. Rectori Mag. pourchot. / D. Tauthieux

Die sabbati 2.a Ianuarij 1694. habita sunt Vniuersitatis comitia extraordinaria ad patronos in prætura parisiensi eligendos, in quibus communibus omnium suffragiis D. Carette, et D. Legendre electi sunt academiæ patroni. / D. Tauthieux

Die sabbati 16.a Ianuarij habita sunt, apud Mathurinenses ut suprà, Academiæ comitia extraordinaria ad Eligendum in prætura parisiensi patronum, In quibus maiori suffragiorum numero D. M. Jessæus Le Duc electus est academiæ patronus. / D. Tauthieux

Die 15.a mensis februarij habita sunt apud harcurium Extraordinaria Venerandæ Nationis comitia, in quibus, postquam exposui me sæpius cum cæteris nationum procuratoribus, et facultatum superiorum Decanis, suis cum adiunctis apud amplissimum D. Rectorem congregatis, Rationes d. hochet ærarij academici quæstoris magnâ cum diligentiâ expendisse, ex ijsque rationibus patere dictum dominum hochet debere Vniuersitati nouem circiter millia librarum, et amplius fortasse; Ipsum autem postulare ab Vniuersitate, ut tria millia de illâ summâ remitterentur, et tria millia à se hîc et Nunc numeranda esse, tria verò cætera millia

Duos

Duos intrà aut tres annos se soluturum promisisse cum nouo fideiussore; atque antequàm de eius postulatione deliberaretur, animaduertendum dixi nec dictum dominum Hochet, nec fideiussorem antiquum fortan esse soluendo, viginti duos præterea in eiusmodi rationibus articulos in controuersiam cadere, totque lites fortan, quot articulos fore. tum ductis suffragijs, dictisque sententiis placuit deputandos esse dominum M. Janton Dominum M. Lesigle litter. hum. apud Regiam Nauarram professores, et d. M. Guenon in Lexoueo philosophiæ professorem emeritum, qui cum cæteris tùm facultatum, tùm Nationum deputatis viderent an, et quantum de illâ summâ domino Hochet remittendum foret; atque ità conclusum est.

Die 22ª eiusdem mensis Februarii habita sunt apud Amplissimum D. Rectorem Extraordinaria Vniuersitatis comitia, vbi Amplissimus Rector exposuit rem et negotium domini Hochet Academiæ quæstoris conficiendum esse. tùm lecta fuit ab Vniuersitatis scribâ significatio intercessionis seu oppositionis à domino Herouet venerandæ Nationis censore facta, ne eâ de re quidquam concluderet ampl. Rector, priusquàm omnes facultatum decani, et tres cæteri Nationum procuratores suam singuli tùm facultatem, tùm Nationem consulerent

-fuerent. Lectione eiusmodi intercessionis
facta, Negotium dicti domini Rochet in
deliberationem missum est. tum nullâ
habitâ ratione istius significationis
communi omnium suffragio, excepto
tamen venerandæ Nationis procuratoris suffragio et
voce, placuit tribus facultatum
superiorum decanis, et tribus Natio-
-num procuratoribus, pro bono pacis
et utilitate, ut aiebant, academiæ,
remittenda esse tria millia, hîc et
nunc tria millia librarum numeran
-da esse, et cætera tria millia sol-
-uenda tempore ab amp. D. Rectore
designando. atque ità suffragiorum
pluralitate ab ampl. Domino Rectore
conclusum est.

Die 2ª martii habita sunt apud matu-
-rinenses Vniuersitatis Extraordinaria co-
-mitia ad Syndicum et Quæstorem eiusd.
Academiæ eligendos, in quibus D. M.
pourchot tum Rectoriâ decoratus purpurâ
Electus est syndicus, præsente D. M.
de Lenglet syndicatûs officium abdicante,
in gratiam Dicti M. pourchot, seruatis
tamen domino de Lenglet omnibus huius
officii Emolumentis. Sed antequàm meum
dedissem suffragium D. M. pourchot in
syndicum, postulaui ab illo ut schedam
seu instrumentum sygnapho munitum
mihi traderet, quo se posteà syndi-
cum in quamcunque facultatem superio-
rem non transiturum esse testaretur,
aut, si transiturus esset, tum ipso
facto futurum esse, ut alium sibi
syndicum eligere posset artium fa-
cultas. idque mihi coram D. Fretot
honorandæ Nationis procuratore pro-
misit

Nota

=misit. Et D. M. Colletet vir Academicus, et Ecclesiæ S. Benedicti Beneuersi canonicus, maiori suffragiorum numero electus est quæstor seu Receptor ærarii academici, demissione ejusmodi quæstoris officii factâ à dño hochet, quam altâ voce recitauit eiusd. Vniuersitatis scribâ.

D. Authieux

Die 6.a martii horâ 7.a ma[illegible] apud harcurium habita sunt ordinaria veneran dæ Normanorum Nationis comitia, vbi re sacrâ peractâ Dominus heroult Censor postulauit ut intercessio à se facta ne domino hochet ærarii acade=mici quæstori quidquam remitteretur de eâ pecuniæ summâ quam debet Vniuersitati, approbaretur: Ego autem procurator, postquam exposui quædam In intercessionis illius instrumento à me dicta non fuisse, quæ ta=men domino heroult dicta fuisse visa fuerant, tùm proposui, ut de eius præsenti postulatione deliberaretur, dictisque senten-tiis, visum est eâ de re consulen=dos esse patronos per tres veneran-dos contribules, qui iam anteà depu=tati fuerant, nimirùm D.D. M-M. Sanson, Guenon, et le Seigle. atque ità conclusum est.

D. Authieux

Die sabbati 13.a martii horâ 2.a post meridiem In comitiis extraordinariis Vni=uersitatis apud Amp. D. Rectorem habitis Ego Venerandæ Nationis, et D. Fretot honorandæ Nationis procuratores dedimus

Nota

domino

domino M. Lair eiusdem vniuersitatis scribæ schedam, seu instrumentum D. M. pourchot syndici sygnapho munitum, quo testatur dictus M. pourchot quod, si ipse in aliquam superiorem facultatem aliquando transiret, tum artium facultas alium syndicum eligere posset.

Eisdem in Comitiis à D. M. prosyndico lecta est significatio intercessionis et oppositionis à DD. MM. Janton, Guenon, et Lesieble Venerandæ Nationis deputatis facta, ne amplissimus D. Rector transigeret cum D. Hochet exquæstore, antequam Decani superiorum facultatum et procuratores trium aliarum Nationum (suam quisque tum facultatem tum nationem) consuluissent secundum vniuersitatis, et cuiuscumque tum facultatis tum Nationis statuta, quibus prohibetur ne quidquam grauioris momenti inconsultis facultatibus et Nationibus, à DD. decanis et DD. procuratoribus decernatur. atq; eâ de re tunc temporis, nec de negotio domini Hochet nulla deliberatio nec conclusio habita est. /.

Die mercurii 24.ª martii horâ 7.ª matutina in sacello Harcuriano habita sunt post sacrum comitia ordinaria Ven. Nationis, vbi pro munere procuratorio supplicauit Vir clarissimus Dominus Lesieble in Regiâ Navarrâ litter. hum. professor, mihiq; communi omnium tribuliun consensu suffectus est. Ego vero electus sum quadrumuir. /.

Ijsdem in comitiis die 24.ª habitis Dominus Janson Vnus è deputatis generandæ Nationis postulauit ut tota Ven. Natio approbaret intercessionem seu oppositionem ab illo et duobus aliis Deputatis factam, ne amp. dominus Rector perficeret Negotium dominibochet, antequam DD. decani superiorum facultatum, et Nationum DD. procuratores, quam singuli et facultatem, et Nationem consuluissent. Tum postea deliberatione factâ, grata et rata habuit Ven. Natio quæcunq; gesta sunt à D. D. MM. Deputatis. atque ità conclusum est. /.

Omnibus hîc quæ à me gesta sunt, probatis, et magistris Ven. gratiis immortalibus peractis, statim mihi dedit fidem, et sacramentum præstitit M. Petrus la Seigle rerum Academicarum studiosissimus, Successor mihi. /. /. procuratorius.

Acta Vener. Normanorum Nationis ~~[illegible]~~ Petro Leseigle in ipso cereris valle, (quae regio in dioecesi constanciensi est,) nato, professore humanior. literarum Emerito apud Regiam Nauarram, artium q̃ doctore. ab anno 1694. die martij 24. ad diem 24um martij anni yximè sequentis 1695. electo procuratore.

1694.

Conclusio 1a.

Hâc die 24a Martij in comitiis Ven. Nationis 7â horâ matutinâ apud Sacellum harcurium habitis, denuntiatâ ab ornatissimo procuratore M. Joan. des Authieux electione faciendâ alterius procuratoris, qui suimet in recedentis locum sufficeretur, coepti sunt supplices acciri. accessi supplex pro munere procuratorio; supplicem me omnes ad unum admisêre: Sacramento autem a me pro more praestito, compulsus in procuratoris sedem ascendi, ubi rixantes* adhuc inter sese suprad. dnum exprocuratorem des Authieux et dnum Herouli censorem aequissimum super conclusione quadam haud satis clarè utrinq̃ conceptâ re auditâ ad concordiam sic reuocaui discordantes; rem videlicet eamdem in deliberationem denuò.

* GRATIS DICTVM. mutuo

mutuoq partium consensu, adduxi —.
auditisq apprime singulorum adstantium
suffragiis, dictum est demum adhærendum
esse intercessionibus cum ab æquissimo —
Censore, tum etiam a dnis deputatis (M.
M. francisco sanson licentiato Thelogo —
professore human. liter. emerito; fran.
guenon licentiato Thelogo professore
phiæ emerito et p. leseigle professore
quoq emerito) nationis Ven. factis
de re videlicet quæstoris publici dni
hochet. et ita tum procurator Venerandæ
sedens conclusi.

deinde vò horâ circitè 10ª matutinâ
ejusdem diei supradicti apud Mathurinenses,
cubi comitia gnalia universitatis ~~habe-~~
~~bantur~~ facultatis artium habebantur
res eadem, quæ suprà, in deliberationem
idcircò adducta est, ut eadem a me antè
facta conclusio, in comitiis ven. nationis
ibi seorsim habitis confirmaretur; ab
omnibus tandem non modò confirmata est,
sed etiam ea, quæ super ea re deinceps
tres supradicti deputati facturi sunt
dictum est iri comprobatum. et ità —
denuo conclusi.
quòd vò literas spectat commendatitias
quas postulârat dns pourchot Rector
amp.ª, qui petierat pariter ut grata
et rata haberentur ea, quæcumq gesserat
in trimestri magistratu, deliberatione
super eâ petitione apud Venerandam
nationem factâ, negata non modò fuit
postulatio, sed et improbata vehementer
sunt ea, quæ scilt (etsi erant majoris
grauioris q momenti) nihilosecius tn
ab eo, inconsultis academiæ ordinibus,
facta fuerant; cætera vò, quæ fecerat
idem rector ille amp. Veneranda nao
voluit referendo per me comprobari.
grataq hæc atq rata renunciari;
et sic cum tribulibus Venerandæ
nationis conclusi; conclusionemq

apud

apud ampl. d. Rectorem, praesentibus caeteris procuratoribus ornatissimis, meritissimis quadrumviris et academicis proceribus viuâ voce renunciaui.

Le Seigle

hâc die 1ª aprilis apud aedem deo sacram, nomine p.p. R.R. Mathurinensium notam, celebratum est pro venerabilibus piisque venerandae nationis manibus et quidem omnibus (non pro uno solum, sicuti quidem errore grauissimo putabant) sacrificium, die post dominicam laetare vulgò dictam, celebrari pro mortuis solitum, sed idcirco ad diem supra dictam 1am aprilis dilatum quòd dies illa Jouis fuisset celebrando beatissae virg. Mariae annunciationis sacro, sanctissimo iure, occupata; quo facto ad angulum quoddam claustri dictae domûs omnes processêre, ubi denuò omnes ven. nat. tribules, me duce, precesque mouente, piis omnibus iisdem manibus apprecati pro more fuerunt.

Le Seigle

die 3ª aprilis habita sunt pro more comitia apud Harcurium ubi, finito sacro, supplex accessit pro regentia et scholis M.r paulus Menard artium magister et bachalaureatum Thiae sacrae adeptus, audito censore aequiss.o, admissus est. et sacramentum praestitit, antequam tamen, quam praestitum ab eo esset sacramentum, ego a ven. viro Nicolao Lair prodecano, eodemque universitatis totius scriba diligenter admonitus in deliberationem adduxi vadimonium quoddam per lictorem publicum supra dicto dno Lair ab altero è doctoribus rhetoricae collegij Mazarinei noie denuntiatum, qui literas nominationis quasi sibi iure quaesito debitas petens et ab eodem magistro Lair scriba tandiu negatas donec singulos academiae literariae ordines super eâ re, quae (alicujus esse momenti videbatur,) consuluisset, ad proprætorem seu proprotorium forum confugerat, re auditâ cum, ante tum etiam ab ipsomet M.o

Lair

+Lair + Venerandis Tribulibus explicatâ dictum est
ab oibus deputandos esse nonnullos, qui cum
deputandis a cæteris ordinibus viderent, quid
potissimum esset super ea re faciendum, ac pro
videndum; nec morâ, ~~nec morâ~~ Magistrum Fran.
guenon bachalaureum, et licentiatum Theologum, illumque
phiæ professorem emeritum simul et alios quos
cunque mihi cum illo liberet assumere, nomina
verunt; atque ita cum illis conclusi.
deinde vò Magister Olivarius Heroult
licentiatus Theologus et idem Societatis
regiæ Navarræ socius, ejusdemque collegij
artistarum primarius Magister, Venerandæque
Nationis Censor sanè æquissimus et consul
tissimus, exhibiti cujusdam senatûs supremi
Curiæ decreti (quo cautum est ne honoranda
natio uni sibi præfecturas Navarricas deinceps
~~esse arrogatura~~ (procul missis cum picardorum
fidelissimorum, tum etiam venerandorum Norma
norum Nationibus, arrogaret) apographum
probavit venerandæ nationi esse non mediocriter
profuturum. quod audito, omnes Ven. Tribules
unanimi consensu potestatem eidem fecêre
supra dicti ~~apographi~~ decreti apographum
primo quoque tempore ab eo, quem ipse vellet,
notario exigendi. atque ita conclusi. Seigle

Hâc autem ipsâ die suprà dicta ad comitia
privata Rectoris ampl. M. pourchot sum
ad horam 2am pomeridianam vocatus, ubi
supplices multi pro literis nominationis
fuerunt admissi. deindé vò ab eodem ampl. d.d.
Rectore adducta in deliberationem, me invito
atque reclamante, res illa est, quæ dnum hochet
totius universitatis proventuum non tam
redemptorem illum quam direptorem et expi
latorem visum; ++ Interdixi multoties (et
intercessionis actum petij (et obtinui) quominus
quominus in deliberationem res adducta conclude
retur, laudans plurimum intercessiones cum
ab æquiss. + censore, tum etiam a deputatis Venerandæ
nationis factas, ad quas et accesserant
sacræ Thiæ facultas, constantissima germa
norum natio, immò et ipse met fidelissæ
picardorum nationis procurator, seu vices
eiusdem gerens +. Nonobstantibus autem

et meâ

++ spectabat.

+ Rohault

et meâ intercessione, et constantissimâ germanorum nationis procuratoris dilatione tandiu petitâ, donec nationem suam Rectoris ille procurator consuluisset, ~~rei~~ nonobstante etiam confessione a decano sapientissimo facultatis Thiae factâ, dicente videlicet facultatem suam ven. nationis intercessionibus ad haerentem factam, conclusa tandem res est in gratiam dni Hochet, noie remissionis omisso de industria.

Seigb

Hâc die octavâ maij actum nihil est notatu dignum.

Hâc die Maij duodecimâ habita sit apud Harcurium horâ post meridiem dimidiâ, aut circiter comitia ven. nationis extraordinaria, in quibus, expositione a me factâ consilij ab ampl. Rectore (quod recte conjeceram) initi conclusionem cum dno Hochet et ejus fideijussore dno Boüettin transigendi, remissionis quoque trium et amplius librarum eidem faciendae, quaesivi a ven. tribulibus quid tum mihi faciendum dicendumque esset, ut ipsi mihi declararent, si forte transigeretur, aut transactum iri ab amp. Rectore decerneretur. His dictis, verba fecit Magister Franciscus Sanson, et post lectam epistolam quandam ad se missam a dno le Vaillant patrono et amico uxoris dni Boüettin, dixit se deinceps huicce rei non vacaturum. Ergo in ejus locum suffectus est Magr. Guillelmus Dagoumer phia professor celeberrimus omnium suffragio electus et deputatus, qui nobiscum et sapientissimis viris dnis Heroult et Guenon licentiatis theol. huicce rei pro ea, quâ praeditus est prudentiâ, consuleret; nec morâ, mihi simul cum caeteris qui aderant, quandam intercessionis formulam dictitârunt, quam interponerem, si necessitas postularet. Et ita conclusi. Deinde nris omnium chirographis locationem domus illius quae in via straminea sita est, quaeque parva dicitur, comprobavimus.

Deinde vo ad comitia privata et extraordinaria amp. Rectoris processi ubi res eadem, quae

supra

quae suprà non ita multò post alteram horam
pomeridianam in deliberationem ab amp. ~~Rect~~
Rectore adducta est, auditisque caeterorum
suffragiis, consilium iam antè initum transigendi
cum dnis hochet et ejus fideijussore agi coeptum
est, ~~ab aliis~~ et a me intercedente noie nationis
paulisper interruptum, donec videlicet palam
legissem quandam intercessionis formulam
vernaculâ elocutione conceptam, quam et
meo noie chirographoque meo confirmatam
tradidi mag.o Nicolao l'air scribae academico.
actumque petii intercessionis ~~quam~~ impetravi.
deinde sic a dno illoque amp Rectore con-
clusum est, scilt transactum iri cum dnis
hochet et ejus fideijussore in diem octavum
his conditionibus appositis, supra dictum dnum
hochet tria librarum millia praesenti
pecuniâ numeraturum academiae, tria
verò millia pensionibus annuis, ni-
mallet veneranda natio litem suis
impensis persequi et easdem pecuniae
summas, sicuti dictum est, universitati
solvere; ~~mihi~~ verò sciscitanti num ipsi
invadi iussissent a lictore publico eas
pecunias, quas deputati venerandae
nationis ~~deputati~~ sedulò indicarant amp.
dno Rectori, nihil responsum est, dixerunt
fuisse tria librarum millia a dno hochet ~~iuxta~~
fideijussore ejus in manibus dni Dumay
deposita. Le Seigle

die sabat. 15a Junij (quae prima mensis
vulgò dicitur), aegrotante amp. dno Rectore,
habita non sunt universitatis comitia
apud Ven. nationem nihil actum est notatu
dignum. Le Seigle

Die sabat 19a Junij in comitiis ampl.
dni Rectoris auditis caeteris supplicibus,
quos commemorari nihil interest, auditus
est dns hochet quaestor aliàs academi-
corum proventuum, qui petiit, ut, primò
secum transigeretur, deinde ut tempora
pensionum annuarum sibi prorogarentur.
dictum est a caeteris fori Rectorij deputatis
(Ego enim in intercessione a me iam antè
multoties repetita me perseverare
palam declaravi, petijque actum intercessio-
nis, ne videlicet antè transigeretur quam
particeps essem factus ultimi (quod
vocant computi) deinde ne quid remitteret-
ur postulanti, quoniam erant illesimus

et ejus fidejussor (sicuti probaverunt) dubio procul academiae solvendo) et conclusum est die martis 9ª horâ matutina apud dominum Colletet, quem in ejus supplicis locum iam ante suffecerant, transactum iri, et transactionis formulam legerunt, in qua iam scripserant, supra dictum dnum Hochet tria librarum millia praesenti pecuniâ soluturum, et (omissâ mentione remissionis alibi sedulò habitâ) caetera tria millia cum quatuor pensionibus annuis numeraturum, atque adeò plura illi concesserunt quàm petierat alias, contentus videlicet tempore triennij. deinde verò dimissus est, atque reversus petens ut pecuniae quas profuderat avaris academiae administris sibi restituerentur; hoc audito petij actum ejus postulationis, quem ille Hochet noie et Chirographo subsignato confirmaret, abiit tum ille tacitè negans id se facturum. negaverunt et idipsum mihi enixè postulanti talem actum; sed super ea re concludere quicquam ausi non sunt; deinde verò productus est quidam fraterculus noie patris reverendi et pia charitatis domo deditâ operâ accersiti, qui visus, non auditus remissus est, allatâ causâ valetudinis ~~amp~~ Rectoris ampl; is autem cum suis fratribus in christo dno debebat academiae, iam abhinc 20 et amplius fortassè annis ~~tria~~ sexcentas, supra tria millia, libras; de quibus dictum est alibi et alio tempore actum iri.

Seigb

Hâc die Martis 22ª Junij. quaedam veluti comitia tum habita sunt ~~a dno~~ amplissº Rectore, cum decani simul et procuratores in domum dni Colletet, eo consilio confluxerant ut essent ampl. dni Rectoris in aedem deo opt. max. sub Invocatione sti ludovici apud Regiam Navarram Sacram processuri comites; ibi jº quingentarium librarum merces ei decreta est, cui commissa fuerant multa universitatis instrumenta quendam in ordinem redigenda. is autem confessus est, se (ut pote nepotem dni d'acole publici (dum superstes esset) quaestoris) habere domi contractum, et alia id genus instrumenta, earum pecuniarum, quae a R.R. fratribus nosodochij (qui charitatis noie noti sunt) universitati ab annis aequo pluribus

nota

deberi coepêre. Hoc autêm idcirco a me scriptis mandatum est, ut successoribus meis pateret, quod antecessorum bene multos latuit. le seigle

Deinde nô ibidem adfuêre dna matrona quædam personata illa uxor clarissimi viri dñi Boüettis, filiusq ejus cum aliis pubertatis agens, dictusq Hochet ille fuit, qui eruditum academicorum quæstor fuerat, ônd Dumay, notarius quidam mihi petitus ignotus sed ampl. Rectori zualor charus, per alij. qui dô loci confluxêrant ut cum viris academiæ ministris, ~~nec~~ inter cessionibus nationis Ven. invitis le illustri transigerent, deinde tamen patronus quidam, cujus consilio matrona illa + le Vaillant vendabilia utebatur, cœpit a me petere an forte vellem controversiam illam, quæ orta fuerat supradictum illum dnum Hochet aña cum viro clarissimo dño Boüettis, immô le ipsum amplissimum Rectorem catholicæ tribunalis Rectoris deputatos Justes le Vendanôam, affirmani tales esse nudam voluntatem, si prius tis vendanda nationis tribules communi nôe congregatos consuluissetis super da re, cœpi q primum ab da mulier simul et ejus filio quæ vere si forte hoc eorum esset le dñi Boüettis consilium, affirmando respondêre non modô sed ad affirmationem etiam preces accesserunt multæ, quæ lubentes audivi.

atqui 23a die in sacello Justitiano 6a horâ matutinâ tribulibus Ven. nationis ibidem pro more congregatis hæc, quæ suprà, proposui. propositio autem tales omnium gaudio excepta est, exceptis tamen non nullis quorum nos plusquam ratio silere tota latuit.) fuit q illustris procurator catholicus super da lite arbitros ab eis lubens accepit. atq ita concluso, le seigle

Decimâ deinde aut paulo post horâ + mat. apud matutinos sium ædes quadrumviri confirmati, et in conclave ingressi discedere cœpêrunt de quodam decreto senatûs ~~nuper~~ intercepto. et nobis ~~nec~~ procuratoribus insciis, a prosyndico ad prorogationem amp. Rectoris quæsito et impetrato, vir clarissimus et sagacissimus dnus Herouet quadrumuir pro Ven. natione creatus et confirmatus edixit procuratores esse accersendos qui renuntiarent, si forte libellus supplex fuisset ex eorum conscriptus oblatus. tum ipsi procuratores omnia negavere, sed tamen, me reclamante totâ ut oportuit, viribus, cæteris assensibus obtento arbitro non minus quod amp. Rectori pro pourchot fasces rectorii fuerint hâc industriâ clandestinâ prorogati.

le seigle

natronam = ad arbitrium = procuratoris = catholici viri = interpellarimus = de fabro

fûdus autêm die le Jovâ, confirmationis meritissimi nris
quadrumuri referrêt apud ampl. Rectorem, procuratores
ornatissimos, quadrumuiros, collegasq; proceres academicos
dixi, quod suggestum mihi fuerat, nempe rata le grata habere
vellent, quadrumuiros da, qua, me non intercedente le nos
irreconsulto, gesserat ampl. Rector: supplicibus qs omnibus ora-
tionibus annuere. le Seig

Hâc die Sabbathi vigesimâ quartâ Junij an. R.S.S. 1564
circa sextam Jovam mat. in sacello Sarcurio habita sunt
ven. tribulium pro more comitia, in quibus gratia agi-
a me coepta sunt Magistro Francisco du Buc baccalaureo Theol.
quæstori fidelissimo, propositaq; est altera in recedentis
locum substituendi necessitas; tum ibi nullâ novâ declaratâ
duos de se quisque obeundo munere subeunte offerre, verumq;
cum omni virtutum genere perillustrem, tum etiam eruditione
atq; prudentiâ clarissimos, nempe Magm. Leonardum
Deslandre in Sarcurio professorem litterarum humanior.
professorem; le Magm. Ambrosium playne Rhetoricæ
in Lexovio professorem celeberrimum; tum facta est
suffragantium secessio in duas partes, pars la una tribules
habuit triginta quatuor Mo playne toto studio favente;
pars ibi, qua ad dextram Mo Leonardo Deslandre toto
pariter studio favebat, trium duntaxat supra triginta
numerabat, ad quod le ego accessi tribulis le procurator
quo numero denicit æmulum seu competitorem; proindeq;
pars dextram nra procuratoria conclusio complexa est.
Datum lut. die le an. suprædicta 1564 le Seig

Deindè ibi expunctorem rationum designavi Magistros
Fran. Janson. baccal. Theol. virum procuratorium, le Magm.
Carolum Fortin de Queteville in Sarcurio professorem; Mos
Petrum Touraine licentiatum Theol. le Mm. Mathæum
Renault baccalaureum Theol. tres confirmati sunt omnium
consensu. quo facto, quatuor examinatorum pro artium
baccalaureatu electio ad comitia prima transmissa est
lecta à me actis fidei jussimus a Mo Leonardo Deslandes allatas. et
Hâc die 3a Julij noiati a me fuerunt examinatores
illi q; omnium consensu confirmati M. M. M. M. Antonium
Marion, le Franciscum Caffé uterq; licentiatus Theol.
et Richardum Hugout le Franciscum des Vallées
uterq; in Theol. baccalaureos qui omnes fidei-
sacramentum, compositis in sacrosancto Evangelio
manibus mihi præstitêre.

Altera verò pomeridianâ hujus cedici supra scripti
Jovâ, habita sunt apud amp. Rectorem in Mazarineo
comitia, in quibus pro litteris noiatis le duo oio supplices

+ Magistri Ambrosij playne dixisse intercedere.
sed postea ipsum nisi accessum non petiisse.

fuerunt. tum ~~[illegible]~~ fuerunt admissi clarissi viri a.d. gymnasiarcha et procurator collegij diuæ barbaræ, qui debitas collegio suo pecuniarum summas nescio quâ ratione negatas instanti conclamatione flagitârunt. his ab ampl. Rectore negata quoque est trium libellarum millium et sexcentarum præterea libellarum translatio, quæ ~~[illegible]~~ academiæ a R.R. nosodochij parisiensis fratribus debita est. nec ego potui hoc ipsum impetrare ab amp. Rectore, ut flagitantibus isthæc pecuniæ summa transferretur. cæteri conticuerunt. cujus modestiæ causa me latuit.

Le Seigle

Hâc die vigesimâ Julij habita est oratio de Rege Christianissimo apud Collegium Mazarineum a Rectore ampl. cujus auditor inprimis fuit protopræses senatûs. hæc autem ab ampl. dno Rectore ad hanc diem fuerat (non sine præpositi ædiliumque vrbis querela) transmissa.

Die Jouis vigesimâ 2da Julij, seu vndecima Calendas sextilis apud harcurium sacellum habita sunt à me antè per apparitorem indicta singulis tribulibus comitia, circa dimidiam post meridiem horam, in quibus duo a me in deliberationem adducta sunt. 1° quidem postulatio hæredum dni deffita viri, dum superstes his in terris incederet, clarissimi, vti sellt pecuniarius quidam reditus, a præclara artium facultate quotannis pendi sibi solitus nouâ confessione confirmaretur. audita lubentissimè isthæc petitio fuit, proindéque omnium atque singulorum suffragium vni mihi ex tribulibus transigendi seu declaratione nouâ confirmandi pecuniarium supradictam pensionem cum cæteris videlicet cæterarum nationum præclaræ artium facultatis permisit commisitque; atque ita cum Ven. Trib. a me conclusum est.

Deindé uero confestim et a me altera deliberatio pposita est de lite quâdam apud castelletum orta ~~inter~~ vigilantissimos sanbarbarij Collegij præfectos inter et consultissimos Juris vtriusque antecessores, quorum (æmulatione quâdam) vtrique reditûs academicos per lictores publicos stiterant inuasuri. tum postquam dixi periculum esse ne sententia, quæ iam lata super ea re fuerat, pensionem supradictorum antecessorum aliquatenus confirmâsse videretur. cura hujus rei nobis ~~quoque~~ vnâ cum M° oliuario heroult.

censore

Censore Vener. nationis æquissimo eodemq; collegii Regii Nauarræ artistarum primario, uel (si luberet) cum dno Joanne Vadelorge professore Emerito, Viro pariter procuratorio, demandata est, uti scilt quâcumq; ratione liceret, intercederemus ne Juris antecessores ut poté dites. iamq; nullo Egentes ~~au~~ subsidio quicquam deinceps acciperent aut exigerent ex academiæ prouentibus, atq; a me ita cum omnibus ~~omnib~~ omnino qui aderant, Ven. nationis tribulibus conclusum est.

Le seigle

his autem ita factis ad tribunal Rectorum unà cum prudentissimo viro Mo Joanne desauthieux professore ~~na~~ harcurio, eoq; procuratorio processi accersitus ab amp. Rectore, ut rationibus, quas redituri erant M.M. lauoine et sarazin, interessemus cum cæteris totius acad. deputatis ~~iti~~ 3â aut circiter horâ post meridiem deputatis ab oibus in ædibz Mazarineis cum ampl. Rectore congregatis audiri coeptæ sunt a singulis rationes utriusq; vicissim ~~suas~~ exhibentis; quoniam uerò multa fecerunt in iisdem capita, quæ quandam, immò magnam, habere videbantur cum rationibz dni Gochet connexionem, rationesq; illas nec ego videram, quanquam eas multoties anteà vel etiam per lictores publicos ~~postulassem~~ postulâram, jis idcirco chirographum quidem meum apposui, sed cum ea restrictione, eâ scilt conditione, ne appositio chirographi nostri intercessionibus tum a me procuratore Ven. nat. tum etiam a cæteris ejusdem deputatis quicquam præiudicii seu detrimenti afferret; deindé uò referri atq; exhiberi coepta sunt ~~a~~ duo ab amp. dno Rectore alterum, alterum verò ab ipsomet pecuniarum academicarum redemptore Instrumenta, quæ furto fecerant a cæteris ablata, pro quorum altero recipiendo dictum atq; petitum est esse magnam pecuniæ summam numerandam referenti, atq; ita, me frustrà reluctante, et furto tanto tamq; manifesto obsistente, decretum et conclusum est.

Le seigle

Hâc die Sab. Septimâ Augusti Horâ circit. 8ta
apud sacellum Sarcurium, Comitia solito more
habita, finito, sacro, Vendandæ Nationi 4 Tribuled
commonitor nobis Claudium Joannem, factorat, Chasse-
venerâ, (Mro Petro Touraine licentiato Th. tunc ejus temporis
procuratore sedente) in patria optimi, illiusq; toto funeri-
locum, Summâ Ven. Nationis totius in eundem benignitate
suffectum, sed (rationa ætatis nondum satis adultæ
fidei forsan obstante) fidei sacramentum nulli Ven.
Nationis procuratori præstitisse; proindeq; petij
ut nunc diei atq; temporis grandior factus ad
præstandum fidei sacramentum accederet; auditus abillo,
abomnibus iussi eum accersiri, accessitus & admonitus
fidei sacramento, seu iureiurando, fecit fidem se
ven. procuratori & cathedræ V. Nationis tribulibus,
Immo & ipsi amp. Rectori Honorem, Reverentiam
& obsequium in omni re justa videlicet & honesta
delaturum; deinde, manusq; antea, in ipsomet sacro-
sto Christi Dni Evangelio impositâ, eadem iureiurandi
religione, se secreta Ven. Nationis silentio perpetuo
retenturum, & cætera id genus pollicitus est.
quo facto eum dimissi iureiurandi minorem futurum.
quo majori fide minoris deinde
sit apud V. nationis
functurus

[illegible] apparitoris officio
& academiam totam

Hâc die Sab. quintâ Selt Cal. Septembris habitâ
sunt comitia apud ædes amp. Rectoris in
Mazarineo, ubi; multis supplicibus pro more auditis,
de rationibus Dni Savazin agi cœptum est; quoniam
ubi ille abesset, clausa omnino non fuêre; sed in
Comitia proximè habenda missa earundem conclusio est.
Deindè ubi Mag. Colletet publicarum academiæ pecuniarum
redemptor cœpit mordere omnibus unâ deputatos cum
amplo Dno Rectore duas acceptarum a Dno Goulet
pecuniarum omissionis de industria esse factas, altéram
Selt librarum mille, quam tamen ille unâ cum amp. Dno
Rectore in superioribus Comitiis septendecim librarum
accusârant, alteram, ubi ducentarum & quadraginta
librarum; Summam ad [illegible] & quæ duricental
Duasq; supra mille libellas, me invito, & frustrâ
reclamante, immo & frustrâ interdicente, reduxerunt.
actumq; interdictionis mihi postulanti negandæ

concludi.

Concluditur ꝺ̃ eo modo transactum ꝺ̃ tamen lege
ut cum ꝺn̄o Gochet supradicto ꝺn̄o Boüetio quod ꝑ
uxor ꝺ̃ solutione intra octo ꝺies medietas facienda
rum academia, cuppositis ꝺistrahendorum pedna sublata
transigebat. Et sic conclusum est

Hac die 3ª septembris apud Sarcurium sacellum, finito
sicuti mos est officio diuino, exposui Venerandæ Nat.
Tribulibus Capparum quarundam esse in Venerandæ Nat.
ꝑmuriam, quibus cantoræ exornandum inter
cantandum in iis sedi missis quæ apud Ven. nationem
erant pro pia tribulium manibus celebrari. tum
fidelissº quæstori ea cura demandata est. Dicta
concluſi.

Hac eadem die, quamquam ꝺ̃ tertia septembris
est, admonitus ab ampl. Rectore, et ad eius ædes
accersitus cum ꝺo ꝺe rebus academicis deliberaturus,
eò me cum m. Petro Tovaino licentiato theologo Regiæ
Societatis Navarræ, eodem qº olim Ven. nationis
apud academicam litterariam procuratore, contuli
quem idcirco sumpsi comitem, ut si foret ꝛ
ita postularet) utendi gravissimo consule. testorq;
neminem bonorum suspecto futuro; id sicuti mos est
ꝑ familiaris) primò quidem admissus est, ꝛ
plurimis verum capitibus intermeum interfui,
deinde ubi amplissimus Rector eò copit
procedere, ut singulis, qui adessent, deputatis
exponeret se usus me audacia ꝺedisse, ut sibi
per lictores publicum intercessionem, diras falsis
(ut aiebat) impositis significatibus, petiis supplicibus
ut illius intercessionis actum palam redderetur;
tum Rector amp. ꝺn̄us Dom. Pourchot. quandam ejus
partem copit legere, quam falso et sine
venerabilia impositam affirmabat, cum postea sibi
coram ꝺeputatos omnibus, quibus ꝺies
idem ille actum fuerat nostra cura denuntiatum
ne. Videlicet ita transigebat cum ꝺno Gochet
ejus qº fidei iussorem, ut sine academiæ nra
damnum emergeret aut detrimentum, deinde ne
ne cuiquam numerarentur quandam pecuniæ summam,
qui videlicet Instrumentum quoddam procuratorium
academiæ coram (quem titulum vocant) furto

rapt

raptum retulerat, quandam (inquam pecuniæ summam
(nec mediocrem illam) liberarent. Hæc a sibi. Cum
dno Rectori, tum etiam cæteris injuriosa putantes
et affirmantes ~~censuerunt~~ censuerunt 1o Magm.
Touraine supradictum hæc a me facta fortiter
defendentem esse detrudendum, eumque revera, me
frustra cohibente (vi manuum propositâ) expulerunt.
meque una cum eo egredientem retinuere quidem
paulisper, sed paulo post ejecere: morem gessi-
testibus frustra vocatis, et notario, quem
accerseram, frustra expectato; ad quem subito ego
una cum supradicto dno Touraine confugimus
cuique exposuimus moesti quamobrem tam graviter
ampl. dns Rector cæterique deputati in utramque
nostrum consuluissent. actumque expostulationis
nostræ requisitum composuit, compositumque
nobis fide summâ liberavit

Seigb

Die deinde sept. ejusdem anni, quæ supra-
scripsi venerandæ nationi congregatæ apud sacellum
harc. denuntiavi. nominati sunt magistri Joannes
de Vadelorge, vir procuratorius ven. nationis
professor emeritus et presbyter vere venerabilis,
et Joannes borée bachalaureus Theol. omni quoque
virtutum genere perspicuus, qui noie nationis
venerandæ adirent ampl. Rectorem mm pourchot
ejque denuntiarent venerandæ nationis animos
valde esse offensos quod ille contra consuetudinem
et sine causa gravius consuli tentasset, cui ni
satisfaceret et conclusionem ab eo datam ipse
retunderet et quasi datam nollet, huic pertinaciæ
venerandam nationem modum esse allaturam.
atque ita vel invitus conclusi ita requirente æquis
sino censore et aliis multis nullis reclamantibus.

Seigb

hâc die secundâ ~~Sept.~~ an. 1699 apud sacellum Harcurium Comitiis solito more habitis ~~finito~~ sacro sto missæ sacrificio supplices pro regentia le scholis esse apud V. nationem coeperunt Magi petrus Medeline constantiensis presbyter magister in artibus instructus instrumentali testimonio a cmo langlois gym. collegij lexouij dato ex quo patebat supradictum cmum Madeline ab eo fuisse designatum le electum, ut in scholarum ordine sexto dicti collegij suam profunderet eruditionem; le ~~magister~~ Ludouicus Rouget Rothomagensis itidem designatus a magistro ~~le~~ Roy collegij Montisacuti gymnasiarcha vigilantissimo qui quintum eiusdem collegij ordinem suâ quoque doctrinâ illustraret, audito cmo Oliuario Heroult æquissimo censore admissi sunt omnium suffragio proindeque le utriusque electio laudabiliter confirmata;

deindé uerò exposuimus quid nobis fuisset ab Illustrissimo senatûs supremi principe de intercessionibus multis a nobis factis, quid que pariter a nobis eidem forti (dixerim enim) animo responsum; quid deinde de capitibus duobus ab antecessoribus utriusque iuris quos verbis gratiâ le authoritate suâ cmr pourchot tum rector defendebat æquo ardentius, disputatis le prouocatis supradictus Illust. protopræses senatûs sensisset. nempe, si verè manûs regias in prouentûs academicos injecissent, quas verè quoque negâssent se retracturos repressurosque, eos primo quoque tempore summâ curâ retracturos ut liberi fierent academiæ iam ære alieno penè lapsæ prouentus, adeò ut, si forte tandem aliquando soluendo academia foret, antecessoribus, ius ita si postularet, bono animo consuleret.

His ame dictis retulerunt cmi Vadelorge le borée supradicti quid cmr pourchot

Respondisset, dixerunt q̃ eum esse pollicitum se facturum proximis comitiis ut suprà a se pronuntiata conclusio eraderetur. Ego autem conclusi quicquid super singulis ante recensitis capitibus venerandæ nat. tribulis senserant. Le Seigle

Eâdem die ad Tribunal Rectorium processi vocatus ubi circa secundam pomeridianam cum amp. Rectore, decanis sap. cæteris q̃ ornat. procuratoribus coeperunt frater quidam, ille q̃ Enosodochio (ide charitatis domo) unà cum notario publico agere apud amp. Rectorem de remissione quâdam, quâ mediatâ et acceptâ, ab oibus transacturos se polliciti sunt, et reverâ nullâ morâ transegêre, quâ transactione se reliquum debitum soluturos et quidem ~~et q̃~~ ex templo ~~pro~~ omne omnino promiserunt. fidem q̃ præstitêre eâ tn conditione, ut intra tres aut 4or annos ejus pecuniæ omnis reponendæ locus ~~sufficeret~~ et ità conclusum est. Le Seigle

Die undecimâ octobris ejusdem anni 1694 9â horâ matutinâ habita sunt apud Harcurium solito more comitia, in quibus 1o designati sunt a me, pontifex tam diem festum Sancti Romani ven. nationis patroni apud deum perpetui Mr. Boudou presbyterq̃ ille pietatis per insignis, bachalaureusq̃ Theol. eruditione conspicuus; deinde etiam ~~orator~~, qui apud pontificem Immaculatæ conceptionis beatæ M. Ver. matris Christi oratoris personam gerat.# quibus a V. natione confirmatis, supplex esse coepit Mr. Henricus de Laisement pro regentitia et scholis, ut pote designatus et electus a vigilant.o grammaticorum Naccarreorum primario Dño Artus, qui sexto scholarum ejusdem collegii ordini a ven. natione præficeretur; qui, audito censore æquissimo, admissus est; denique vò Mr. Carolus

tt Mr. dupont in Cardinalitio professor eximius et presbyter Religione sanctissimâ conspicuus.

borée presbyter pietate pariter et eruditione conspicuus supplex quadrumvir admissus est. atque ita conclusi de singulis capitibus Le Seigle

decimâ horâ ejusdem diei matutinâ in comitiis praeclarae facultatis artium apud mathurinenses pp. habitis depositus est dns pourchot Erectoria dignitate, ejus facta ex nro caeterorumque procuratorum consilio probata fuerunt a me Venerandae nationis nomine; quae secus, improbata. in eius locum suffectus est mr Carolus Rolin eloquentiae professor Regius; postridie vero ejusdem Electio fuit denuntiata sapientibus decanis ++ et a nobis denuo rata et grata habita apud eosdem pp. mathurinenses. atque ita conclusum est.

++ superiorum facultatum

Le Seigle

hâc die decimâ quintâ octobris a Magistro Carolo Rolin Rectore amplissimo nuper electo mandati, seu potius, accersiti fuimus ad aedes rectorias in diem crastinum ad horam duodecimam cum eo de rebus academicis deliberaturi; nostras aegrotantis vices gessit rogatus clarissimus Exprocurator dns des Authieux, qui, si forte quid actum fuerit his comitiis, referet ut potè qui mandatum lubens in se receperit.

nota. his comitiis, ~~[illegible]~~ a foro academico expulsus est omnium suffragio Magister Gerbert.

~~hâc die octavâ cal. Novemb. 7a horâ mat. habita sunt apud sacellum Harcurium Ven. nationis~~

hâc die octavâ Cal. Novemb. 10a horâ mat. habita sunt praeclarae artium facultatis comitia generalia, in quibus elegantissimam habuit orationem Rector amp. dns Rolin de censoribus eligendis, quâ finitâ secesserunt singulae nationes in suam, unaquaeque tribum; tum Veneranda natio designatum, a me censorem, clarissimum virum Magm.

Joannem Jacobum legoubé presbyterum pietate
perinsignem, consultiss.^m q^ue in Jure canonico
licentiatum, gratum habuit cor omnium suffragio
et acceptum: atq^ue ita a me conclusum est.
deinde ad amp. dnum rectorem reversus
eiusdem cu^m legoubé retuli atq^ue renuntiavi
electionem; qui quidem unâ cum cæteris
censoribus a sua quisq^ue natione ~~electis~~
electis sacramentum fidei more solito
præstiterè. Le Seigb

die sextâ nov. an. 1694 7^a horâ matut.
habita sunt comitia apud Harc. in sacello, ubi
post sacro stum missæ sacrificium celebratum
supplex pro regentia et scholis fuit Magister
Robinus de calleville bachalaureus
Theol. et omnium suffragio admissus est, et
ita conclusi. Le Seigb

Eâdem die horâ post meridiem secundâ aut
circiter habita sunt comitia in ædibus amp. d.
Rectoris, in quibus dictum est a dno Colson
se cum dno Tambonneau egisse ut novâ confir-
mationem ratum haberet contractum, quo
scilicet censu academico tenetur, eâ tn lege,
ut summæ cujusdam sibi remissio fieret.
cui affirmavit se faciles præbuisse manûs.
fides habita est affirmanti omnia (hoc dempto)
fuisse ruitura. deinde quæsivi ab eo
dubius scilicet an ab invasione sua
in proventus academicos discessisset, ~~nec~~
parens dicto illustrissimi protopræsidis,
negavit se ante discessurum quàm denuo
vidisset eundem illust.^m protopræsidem.
(quamquam eodem præsente asseveravat unâ
cum dno pourchot a se iam liberam suorum
proventuum academiam factam. his
præterea dictis conclusum omnium est
sustra.

suffragio magistrum l'air scribam uni-
versitatis singulis calendis tabulam
suam seu ephemerida uxorum universitatis
allaturum, aliam videlicet ab ea, quam iam
attulerat, eamque compactam et suis distinctam
numeris, cujus singulae conclusiones essent
chirographo amp. dni Rectoris adornatae.
quarum quidem conclusionum primas illae
tenerent, quae factae et constitutae sunt
dno pourchot Rectoris purpuram
gerente.

Le Seigle

Die sabathi vigesimâ novemb. habita
sunt comitia extraordinaria horâ post
meridiem secundâ in aedibus amp. dni Rectoris
illisque laodunensibus, in quibus ab eodem
dno Rectore denuntiata sunt quae fuerant
ab Illust.o protopraeside praescripta
de lite, quae facultatem artium praeclaram
inter, et consultissimos juris utriusque
antecessores erat (cujus componendae
causâ fuerant ab eodem illustriss.o
protopraeside procuratores ornatissimi
nationum praeclarae artium facultatis
accersiti per dnum pourchot tunc tempo
ris Rectorem (qui praeclarae artium
facultatis partes in gratiam juris
utriusque prodere tentâvat) causam illam
a caeteris desertam defenderam, apud
illustrissimum protopresidem, fueramque
praeter spem caeterorum auditus; sed contumax
dns decanus juris utriusque mag.r Colson
cedere se velle negabat; quare denuo
accersitus ab Illustrissimo protopraeside
causâ se cecidisse audivit, et cessit, promisitque
se primo quoque die a manibus regiis in proventûs
academicos injectis discessurum; omnis deinde
retributio sublata est ampl. Rectori. decanis
oibus sapientiss.is ornatissimis procuratoribus et
caeteris officiariis universitatis, omnium scilt
suffragio et consensu, quem secuta conclusio est

Le Seigle

Joannem Jacobum le goubé consultissimum
in Jure Canonico licentiatum, presbyterumque
religiosissimum gratum habuit et acceptum.
ita cum Ven. natione nemine reclamante,
conclusi; quo facto admissum et electum
apud ampl. Rectorem more solito referendo
renuntiavi, sicut et caeterarum nationum
procuratores ornatissimi pro sua quisque natione
fecêre; quo facto designati censores
aequissimi fidei sacramento sese obligarunt
manibus vnâ in sacrosto Christi dni
Evangelio impositis obligârunt

quae hic supra scripta sunt erasa a me
fuêre ut pote non sine paginae saltu
exarata. go millius sunt loci.

Die quartâ decemb. ejusdem anni habita sunt
pro more comitia in sacello Hercurio, in
quibus supplices fuêre pro Regentia et
Scholis Magistri bachal.
Theol. et gymnasiarcha collegii
et Anquetil licentiatus in
utroque iure et in senatu supremo patronus.
admissi uterque fidei sacramentum apud
me venerandae Nationi praestitêre.
deinde rogati a me professores omnes
qui aderant elegerunt Mm Robertum
le Terrier presbyterum religiosissimum,
professorem emeritum, virum tandem
sagacissimum cum dno Madeline
professore apud lexovium celeberrimo,
qui curam adhiberent ei liti, quae
professoribus academicis cum Illustri
Episcopo lexoviensi impendet. le idem
a me conclusum est de his oibus quae in
utroque capite continentur.

habita sunt in ipsis ampl.i d. d. Rectoris ~~aedibus~~
comitia, ad 1.am post meridiem horam designata, eodem
die videlicet in quibus auditi sunt supplices
tres aut quatuor pro literis nominationis et gradu
Magisterii studii; deinde libellus supplex allatus
est, et per Magistrum pourchot prosyndicum
lectus, a dno ex Natione
constantissima germanorum, hoc est insularium
praesentatus, per quem petebat, ut habitâ
ratione statutorum ejusdem const. Nationis,
(per quae cautum est ut antiquiori Magistro
procuratorium munus concederetur) revera
negatum sibi ab eadem natione munus
academiae sententiâ impetraret; tum re cog-
nitâ et in utramque partem agitata plurimum
repulsam passus est, ut poté qui esset
mulieri matrimonio (contra ~~eadem~~ ipsius
academiae statuta et decreta) stricto ~~licet~~ et
religioso alligatus proindeque magister
glosser — omnium suorum suffragio
electus, ob eam, quam antè dixi causam
confirmatus est omnium fermé suffragio nempe
sap. decani Theologiae et trium procuratorum
caeterarum videlicet nationum conclusione
ab amp. d. d. Rectore ita pronunciata. deinde
quaesitum est a dno Colson decano utriusque juris.
quamobrem non paruisset dictis Illustrissimi
senatus principis, nec fecisset ex ejus
sententia academiae aere alieno plus aequo
gravatae ~~suae~~ ejusdem censuum annuorum
potestatem; negavit se facturum eam, quia
audiverat illud esse academiae consilium, ut
dimidiam stipendiorum seu distributionem
partem officiariis ejusdem restitueret, et
revera res illa seu restitutio dimidiae
partis in deliberationem adducta est
ab amp. d. d. Rectore faciendane esset,
nec ne, auditisque super ea re singulorum
suffragiis dictum est ab omnibus ita
esse faciendum. supradictus dns Colson
intercessit

intercessit, nihilosecius ab amp. dd Rectore iuxta
caeterorum sententiam conclusit, dictumque est
ut antea nullum deinceps donum, quod gratuitum
vocant cuiquam officiariorum factum iri.
fuerunt et alia nonnulla composita quae quia
nullius aut parvi sunt momenti omittenda hic
existimavi

Le Seigle

die sabathi, quae undecima fuit hujus mensis
decembris ab amp. dd Rectore accersiti
ad aedes Illustrissimi protopraesidis senatus
nos cum eodem amp. dd. Rectore caeterisque
academiae deputatis cum decanis tum procuratoribus
contulimus ubi disceptatio grandis facta est
ab utraque parte, scilt a dno Rectore qui causam
egit communem, et a dno Colson caeterisque antec.
utriusque juris, qui eo confluxerant eidem de
industria amp. Rectori adversaturi. re tandem
pluribus verbis ab illustr. protopraeside supra
dicto quam ab ipsis partibus agitata,
dictum est stipendium omne ab academia
aere alieno gravata pendi iisdem antecesso-
ribus solitum cessaturum, quoniam erant
ipsi divites quatuor aut quinque librarum
millibus annuis; quemadmodum ipsis met
objectum (ame scilt) ante fuerat, cum caeteri
causam deseruerunt, metu frontis caperatae
mihi frustra paratae sicuti ab omnibus est
exploratum.

Le Seigle

die 16a decemb. ejusdem 1694. habita sunt
apud collegium Justitianum comitia in quibus
post celebratum sacrosanctum missae sacrificium
electus est quadrumvir Mr Guillelmus Dagoumer
celeberrimus in harcuriophiae professor, qui
deinde apud Mathurinenses horâ, aut
circiter decimâ confirmatus, ut assolet, a
ven. natione fasces rectoriis una cum
caeteris quadrumviris prorogavit amp.

Dño Rectori Mo. Caroso Rolin. in eodem loco. supplicem se stitit apud amp. d. d. Rectorem, p.p. orn. et caeteros facultatis artium proceres Illustrissimus abbas Harcurius, serenissimus alotharingia princeps pro immunitate ab onere scribendi codices philosophicos; auditus eadem, quâ supplex fuerat, urbanitate et modestiâ quod petierat, impetravit.

Fuit deinde in deliberationem adducta supplicatio quaedam, non facta, sed facienda a viro quodam religiosissimo domûs et collegii cluniacensis, petituro videlicet, uti sibi liceat noia suorum professoris phiae auditorum catalogo publico tradere, ut hoc pacto eisdem, si vellent, aditus ad gradum Magisterii praeclarae artium facultatis pateat; noiati sunt super ea re deputati in singulis nationibus, rem diligentiâ perscrutaturi, examinaturi, agitaturi.

Le Seigle

deinde vo. die 22a scilicet ejusdem mensis et anni accersiti ab amp. d. d. Rectore procuratores ornatissimi unâ et singuli nationum deputati convenere, qui quaestionem supradictam diligentissimè perscrutati agitaverunt, quoniam verò alii in alias abierunt sententias in aliam comitia decisio transmissa est.

His in comitiis declaravit amp. d. d. Rector fuisse sibi significatam Noie antecessorum Juris utriusque proventuum academicorum percipiendorum per lictorem publicum liberam potestatem tum pro elapsis retro annis tum etiam pro sex mensibus in futurum.

Le Seigle

Comitia Januarii mensis hujus anni 1695 ad decimum quintum ejusdem mensis translata sunt quâ die rursus in deliberationem

adducta est res illa, de qua jam ante, cum iis
qui patres charitatis vulgo nuncupantur, le
dictum est ab oibz atque conclusum ab amp. d. Rectore
consulendum esse aliquem Causidicum, si forte
nonnihil foenoris ad academiam pertineat ea
de pecuniae summa, quam patres seu fratres illius
domus nec solverant, nec se solutures, aut solvere
debere academiae denuntiarant pro emptione
quadam ab iis fraudulenter celata.
multa deinde proposita nulla conclusio secuta
est. praeter supplicum quorumdam rationem.

Seigb

die sabbathi nonis scilt februarij comitia apud
harcurium pro more habita est, in actum nihil
est praeter sacrum religione solita confectum.

Eodem vero die ja post meridiem in comitiis
in ipsis amp. dd Rectoris aedibus habitis
complures fuere supplices pro litteris magis
terrij studijque quinquennij pro literis
nominationis, qui oes et auditi, quod quisque
petierat, impetrarunt. deinde vero dns pouvisset
pro syndicus retulit quid censuissent consulti
patroni de re, quae supradicta est. quaeque
spectat fratres domus illius quae charitatis
nuncupatur, ex qua sententia intellectum est,
etsi fraus non aberat ab illis, nihil tamen
inde foenoris posse vi legum francicarum
extorqueri, sed petentibus ut quid de
summa iure venditionis domus unius
factae ab illis, academiae debita, remitteretur,
negatum est posse quicquam remitti. et sic ab
amp dd. Rectore conclusum est.
supervenit et quidam noie le Samsonnier
qui secum adduxerat quendam, quem sibi
generum destinavit, petens ut eum in suum
scribendi magistri locum academia
sufficeret. dictum est ab oibz eum postquam

facta

facta fuisset vitæ et morum ejus inquisitio admissum iri, si modo repertus esset apud omnes de se bene audire. cætera hæc sunt.

allata atque prolata est ratio computi a dno Sarazin, reddita iam nec dum comprobatatum omnium suffragio et chirographo comprobata est, factâ tamen a me exceptione sicuti supra feceram, in computo dni Lavoine, servato scilicet et illæso iure interdictionum et ame et a cæteris ven. nationis deputatis factarum si quid in eo fortasse reperiretur, quod remissionibus citra fas et ius omne factis dno hochet et ejusdem fideijussori favere videretur aut eas comprobare.

nota

Le seigle

die Martis 22a februarii habita sunt apud amp. dd. Rectorem comitia extraordina in quibus examinari coepta sunt computa dni coletet quæstoris gnalis censuum cæterorumque reditum academicorum, in quibus computis quoniam erant quædam capita ad dnum hochet pertinentia, aut ejus fideijussorem, petij ne quid fieret aut clauderetur, quo irritæ videri possent interdictiones cum ame tum etiam a cæteris ven.a nationis deputatis factæ ~~fuit~~ accepta fuit ab omnibus mea petitio et in singulorum exemplarium codicillis annotata.

Le seigle

die autem 4a non. martias habita sunt apud Harcurium comitia in quibus tria a me in deliberationem adducta sunt, facta 1o quidem est expositio taxationis a Rege nro Christo capitatim impositæ, quâ auditâ, dictum est me de collecta illa curam habiturum adeo, ut cæterarum nationum

procuratores de pensionibus solvendis imitarer. ita conclusum a me est.

deinde de quadam pecuniae summa e gazophilacio v. nationis extracta et in manibus quaestoris fidelissimi dni de Landes deposita, quid scilicet de ea fieret? tum dictum ab omnibus est summam illam pecuniae numeratum iri (meâ ipsius, et fidelissimi quaestoris diligentiâ) dno du Rieux ad redimendam quandam usuram ab eo percipi annuatim solitae usque autem. Atque ita conclusum est.

Tertii denique capitis ansam suppeditavit cu.e guaspardus poitevin in praec. artium facultate magister, qui supplex fuit pro regentia et scholis utpote designatus a vigil.o gymnasiar. Collegii grassinaei ad quintam hujusce dicti Collegii ordinem suis praeceptionibus et institutis illustrandum. auditus ille et admissus est, audito super eu.re censore aequissimo, quem conclusio nra sequuta est. Le seigle

eodem die primâ ipsâ post meridiem hora, ad aedes amp. Rectoris ad comitia ordinaria cum caeteris deputatis accersitus, computa supradicta cum caeteris chirographo (sub ea, quam ante dixi, restrictione intercessionum scilt. mearum et caeterorum v. nationis deputatorum de re dni hochet et eius fidei jussore non irritarum) consignavi.

deinde deliberationem, quam multoties ante petieram incassum, coepit amp. d. d. Rector in medium adducere, uti videlicet pensio centum et quinquaginta librarum a magistro pourchot antea Rectore cu.o hebert tum prosyndico per conclusionem fraude factam concessa tolleretur; tum majori suffraganticum multitudine, rediligenter expensâ, sublata est, cum donis gratuitis hoc ante tempus male concedi solitis ab usu et quidem in perpetuum remota. atque ita amplissimus d. d.

Rec.

Rector pene dibus hortantibus uno sell
aut altero repugnante, non [illegible]
conclusit Le Seigb

die nonâ calendas aprilis in sacello
Harcurio habita sunt comitia in quibus
sacro pro more peracto missisque ad coelum
precibus pro piis M^i Joannis Roannei
decani quondam venerandæ nationis ~~manibus~~
manibus proposui diem illam venisse, quâ
eligendus esset procurator ornatissimus
in meum recedentis locum. tum duo simul
supplices accessêre pro munere procurato-
rio, magister Michaël le féure licentia-
tus theologus, et magister Joannes
borée licentiatus pariter sacræ thiæ;
his auditis venerandi tribules varii
in varias abiêre sententias, sed tandem
majore suffragantium multitudine M^r
le féure vir clarissimus evicit, et
pronuntiatâ a me conclusione suam
in gratiam purpurâ procuratoriâ
sese induit non tamen, antè quam
manu in sacro Christi dni Evangelio
appositâ, se et ven. nationis, et
præclaræ artium facultatis semper
et ubique consulturum commodis
et rationibus esset iure iurando
pollicitus Le Seigb

Desunt hic Acta
Venerandæ Nationis
procuratore M. Michaele
Le Feure
Baiocensi, Licentiato
Theologo, &c.

24. Mart.
1695.

procurat. M. Le Feure

Acta
Venerandæ Normanorum Nationis
Procuratore Carolo Fortin
presbytero Constantiensi
grammatices professore in collegio Harcuriano
a die 24. mensis Martij an. 1696.
ad diem 23. Martij an. 1697.

Die sabbati 24. Martij, an. Dñi 1696. horâ 8.ª matutinâ, post missarum solemnia in sacello harcuriano habita sunt Venerandæ nationis ordinaria comitia, in quibus Ego Carolus Fortin presbytæ Constantiensis, in Academiâ parisiensi grammatices professor Emeritus, in harcurio adhuc docens, electus sum eiusdem nationis procurator; et Magistæ D. Le febure licentiatus theologus Exprocurator, factus est quadrumvir.

Fortin

Eâdem die horâ decimâ habita sunt comitia præcl. facultatis Artium apud Mathurinenses, in quibus prorogati sunt fasces rectorij meritiss.º viro Mag.ro D. Carolo Rollin

Fortin

Die Martis x.ª aprilis 1696. horâ post meridiem primâ, congregatis in collegio harcuriano gymnasiarchis et professorib.º Venerandæ nationis, Mag.r des Authyeux in eodem collegio professor, et pecuniarum e dictæ Nationis nunciatibus provenientium quæstor, exposuit se a Nonnullis professoribus nondum emeritis, qui a publico docendi munere discesserunt, et a quibusdam hæredibus professorum vitâ functorum, de pecuniis a conductoribus receptis appellatum esse. qui quidem et professores et professorum hæredes contenderent, integram et solidam pensi=onem sibi deberi, pro toto ultimo trimestri, licet illud non integrum, sed ex parte tantum, decurrissent. Ea de re deliberatione factâ, censuerunt omnes, ad eum tantum diem sive gymna=siarchis, sive professoribus, aut eorum hæredibus pecuniam solui oportere, quo de muneris publici exercitio, aut de vitæ statione decessissent. Hac de re tamen non potuit fieri pro me conclusio nomine Vener. nat.; neque enim convo=cati fuerant ad eiusmodi coetum Baccalaurei, sed gymnasiarchæ tantum, et professores quorum res agebatur.

Fortin

Die Sabbati 2ª Junij 1696. Sacris de more in Sacello Harcuriano peractis, Mag. D. Pleyne Eloquentiæ professor in Lexouæo Quæstor Venerandæ nat. electus fuit, in locum Mag. Leonardi des Landes nuper fato functi, atque de hac electione conclusio facta est. Tum nominati fuerunt per Aparitorem ven. nat. duodecim tribules, qui comitatum facere tenerentur Ampl. D. Rectori, in proximâ solemni supplicatione Universitatis. atque dictus M. Pleyne Quæstor factus Sacramentum de more præstitit, et sponsionem se pro munere quæstorio, ad proxé futura comitia allaturum promisit.

Cfortin

Die Sabb. 23ª Junij 1696. in Sacello Justitiano peracto de more Sacrosancto missæ Sacrificio, supplicauit pro quadrumuiratu M. Marmion phiæ professor in Grassinæo, eiusq petitioni annuerunt omnes. Et eâdem die in Comitijs ordinarijs apud Mathur. rectoria dignita prorogata fuit M. Car. Rollin

Cfortin

Die Merc. 24ª Junij 1696. pernigilio ortauæ corporis xpi, horâ sexta matutinâ habita sunt comitia in collegio Harcuriano, in quibus Ego designaui in Examinatores candidatorum ad lauream artium Mag. Dienud e diœcesi Vothomagensi humanitatis professorem in Harcurio, M. Courteille professorem in collegio Montis acuti, M. Anquetil licentiatum in utroque jure ciuili et Canonico, et M. Lislaye licent. theolog. In auditores uero rationum quæstoris ven. nationis designaui Mag. Le Duc olim humanitatis professorem in harcurio, Mag. de La Voisé professorem in Regiâ Nauarrâ, M. Le Bouc in prælleo-bellouaco, et M. Courroul de La ferriere in Lexouæo professores, quorum omnium confirmatâ designatione; Examinatores candidatorum sacramentum pro more solito nobis præstiterunt. Tum legi altâ uoce sponsionem allatam a M. de Pleyne pro quæstorio munere ad quod gerendum hac lege fuerat electus die 2ª hius mensis, et eam omnes tribules acceptam habuere

Cfortin

Die Sabbati 7ª Julij 1696. congregatis in Sacello collegij harcuriani Gymnasiarchis, professoribus et baccalaureis ven. N., Ego post peractum sacrum, duo ad deliberationem proposui, de consilio et hortatu eiusdem nationis tribulium.

Alterum de honorario, quod sponte oblatum tribuitur V. nat. procuratori de magistratu decedenti, num scilicet illud debeat solui ex reditibus totius nationis, quod factum est anno proxé elapso, an ex reditibus nunciatuum, ut annis retróactis fieri solebat.

alterum

Alterum caput proposui de amplificando honorario, quod datur pontifici, itemque Oratori die festo S. Romani, ut minimum a quinque libellis, quae hactenus datae fuerunt, extenderetur ad decem libellas.

Factâ deliberatione de utroque capite, omnes unanimi consensu, tum Gymnasiarchae, tum professores, tum etiam baccalaurei, censuerunt decem libellas, pro solemni honorario dari oportere pontifici ad diem festum S. Romani; et honorarariũ centum et viginti libellarum, non quidem jure, sed ex liberalitate procuratori venerandae nationis tribui solitum, sumi debere ex communibus totius Nationis, non autem ex peculiaribus nunciatuum reditibus, qui nunc pro ingenti professorum numero tenuiores sunt. atque ita a me conclusum est.

Forin

Die Sabb. 4. Augusti in comitijs habitis in collegio harcuriano, sacris de more peractis, supplex accessit pro regentiâ et scholis M. Andr. du pont, praepositus die tertiâ eiusdem mensis quinto ordini a primario collegij Cardinalitij. Eâ lege admissus fuit, ut eo tantum die censeretur esse de gremio Vener. nat., et e numero professorum, quo constaret programmate publico eum incepisse profiteri ac docere, et ita conclusum est.

Forin

Die 14. mensis Aug. 1696. horâ ipsâ 7.ª matutinâ habita sunt de more comitia praeclarae facultatis artium apud Mathurinenses, de confirmandis majoribus, ut vocant, Examinatoribus a meritiss.ᵒ Cancellarijs Ecclesiae parisiensis, et S. Genovefes designatis ac propositis; in quib comitijs adfuit ipse Magister D. Pyrot Ecclesiae parisiensis Cancellarius, qui obtulit Ampl. D. Rectori, totiq; praeclarae artium facultati, Mag. Raboüin Doctorem theologum in procancellarium quem grato animo excepêre omnes nationes, comprobatâ paritè designatione factâ ab ipsomet Cancellario Ecclesiae paris. et a M. D. le febure procancellario S. Genovefes Examinatorem majorem, quod totum Ampl. D. Rector suâ, totius facultatis nomine, conclusione confirmavit.

Forin

Die Sabb. 1.ª Sept. 1696. in comitiis ordinarijs habitis in collegio harcuriano, peracto de more S. sacrificio admissi fuerunt pro regentiâ et scholis, M. Joan. Josset, et M. fr. Adam quorum primus primo, altae quinto ordini praepositus fuerat a M. D. le françois eiusdem collegij provisore et moderatore. Sacramentum praestiterunt nominatis prius qui comitatum facere debebant A. D. Rectori in solemni supplicatione Universitatis proximè futurâ.

Forin

Die Merc. x. octob. in harcurio, sacris de more peractis, factus est quadrumvir M. Courcul de la ferriere humanitatis professor in Lexovaeo. M. Viel humanitatis professor in Sorbonae-plessaeo a me designatus fuit in pontificem, et Oratorem ad festum S. Romani, et M. Josset Eloquentiae professor in harcurio designat' est etiam a me in Oratorem ad pontificem conceptionis immacul. Virg.

Eodem die apud Mathurin. quadrumviri confirmati sunt Sr. M. Legal, M. hebert, M. de la ferriere et M. Scyhel, qui retulerunt Rectorem Mag. Artus gymnasiarcham [illegible] in regia Navarra

Forin

Die 24. octob. 1696. in comitijs pmotane facultatis artium apud Mathurinenses, de eligendis quatuor Nationum Consoribus, in nostra vnde. natione Consor electus fuit Magister Caffet licentiatus theologus

Die Sabb. xª Novemb. post sacrum in hareriio pro more celebratum supplex pro regentia et scholis admissus mr. David, sacramentum iuxta usum et consuetudinem praestitit

Die merc. 4. decemb 1696 post peractum vspdt. officium supplex accessit pro regentia et scholis Magr. Christien et admissus fuit nomine repugnante, quanquam sit contra consuetudinem et usum, ut huiusmodi supplicationes fiant in vnn. Nat. diebus festis ac solemnibus, nec ipso pervigilio cuiusquam solemnis festi. Ego autem illud ignorabam . . . .

Die luna 14. decemb. 1696. in Jugistiano peracto de more missa sacrificio, M. Liglave licentiatus theologus factus est quadrennium orando ut prorogando Amplissº d. Rectori. In isdem Comitijs admissus fuit pro regentia et scholis M. du Val designatus philus professor in collegio Montisacuti admissi ambo supplices sacramentum iuxta usum et consuetudinem praestiterunt

Eodem die horâ xª apud mathurinenses totus quadrennium fuit in prorogandis fastibus amplissº d. Rectori Magrº Artis gymnasiarchæ Artistarum in regia Navarra

Die Sabb. 4ª Januarij an. 1697. in hareriio, peracto de more sacrosancto missæ sacrificio, constitio facta et definitis aliquibus extis ardium vnn. nat., cuius negotij cura commissa fuit fidei ac diligentiæ M. de Pleyne quæstoris

Die Sab. 2ª Martij 1697. in hareriio, post sacrum supplex accessit et admissus fuit pro regentia et scholis, Magr Adelin sexto ordini præpositus in Marchiano.

Die Sabbati vigesimâ tertiâ mensis Martij an. domini millesº. sexcentesº. nonagesº. septimo, habitis de more comitijs in collegio hareriano, post peractum sacrosanctum missæ sacrificium, in meum absentis procuratorio magistratu locum, suffectus est, unanimi omnium tribulium voce et consensu, Magister Borée licentiatus theologus. Ego autem tum quadrennium totus, et postea apud et Mathurinenses confirmatus, luna eo nomine, cum cæteris aliarum nationum quadrennium fastis rectoris prorogavi. Amplissimo domino Rectori Magistro Artis in regia Navarra gymnasiarcha

ACTA

venerandæ Normannorum nationis.

Res ejusdem procurante M. Ioanne Borrey Licentiato theologo et Presbytero Rothomagensi.

à Die 23. Martii an. 1697 ad diem 24. ejusdem mensis an. 1698.

1697.

Die 23. Martii an. Dñi 1697. horâ 8. Matutinâ post Missarum solemnia, in Sacello Harcuriano Bab. ita sunt ordinaria venerandæ Nationis solemnia Comitia in quibus Magistratu abeunte M. Carolo fortin de Quedeville Presbytero Fontanensi in Collegio Harcuriano Grammaticæ professore emerito, omnium suffragiis in procuratorem electus, purpuram indui, M. Joannes Borrey Licentiatus Theologus & Presbyter Rothomagensis Baccalaureorum nice renuntiatus. M. Carolus fortin de morte quadenuncupatus renuntiatus.

Borrey

Eâdem die horâ 10. habita sunt apud Maturinenses præclaræ artium facultatis Comitia in quibus amplissimo D. Rectori provocati fasces Rectorii. iisdem in Comitiis indultum Serenissimo Principi Friderico à Turre Saxonia Romanæ cum Eminentissimo Cardinali Bullonio profecturo, utpote jam in Mazarinæo nomen philosophicis dederat pro primo Semestri, inde daturus post Festa Paschalia pro secundo Romæ Stadium philosophicum posse absolvere his tamen actis et acceptis conditionibus

1.° ut virum haberet sibi academicum M. Langlois à quo uno Philosophiam addisceret.

2.° ut nonnisi in Palatio Eminentissimi Cardinalis amœnioli Lectiones ac ejusdem.

3.° ut thesses si quas tueretur eodem viro academico præside tueretur quo nomine universitatis parisiensis id ageret

4. ut examen pro Magisterio artium subire non posset nisi coram iis quos Universitas Parisiensis ad hoc deputaret.

Et ita ab Amplissimo Domino Rectore fuit conclusum.

Borrey.

Die Sabbati 1. Junii M. Olivarius Barault Syndicus in locum Domini Carpé Censoris Lauream doctoralem adepti Communi Suffragio substitutus est. Borrey.

Die Sabbati 22. Junii post sacrum in Sacello Turriliano generatim renuntiatus est quadenuncupatus M. Besnage in regiâ Navarrâ Philosophiæ professor, Sacramentum præstitit idem que in Comitiis Generalibus ad Facultatis artium alacria agnoti Maturinenses horâ 10. Amplissimo D. Rectori Rodio actus fasces rectorios prorogavit.

Borrey.

Die 28. Junii horâ 7. Matutinâ in Comitiis venerandæ Nationis in sacello Harcuriano habitis in examinatores ad Baccalaureatum actum electi sunt Magister Faulet Constantiensis Baccalaureus Theologus, Magister Dubourle Lexoviensis Baccalaureus item Theologus, M. Poittevin Bajocensis humaniorum Literarum professor in Grassinæo, & M. le Teste Rothomagensis Baccalaureus Theologus et Collegii Turriliani pertinaciæ doctrinâ omnes et integritate Conspicui. electi sunt etiam in Scrutatores rationum M. Payne Questorio fidelissimi

M. Le françois Collegi harcuriani Provisor meritissimus
M. Guenon emeritus in Lexoveo Philosophiæ professor
M. Vadelarge emeritus in Lexoveo humanitatis Professor
M. Sanson in Regiâ Navarrâ emeritus item humanitatis
professor. Rationes accepti et expensi die 29. 8b. apostolis
Petro et Paulo sacrâ examini subjectæ summâ fide et diligentiâ
administratæ repertæ sunt

Borrey.

Die Mercurii 14. augusti in pervigilio B. Virginis
assumptæ congregata apud Maturinenses Academia
designatos à Meritissimis DD. Cancellariis examinatores ad
Lauream artium pro venerandâ quidem Natione M.
de Prepetit Rethorices in Grassinæo professorem meritissimum
et M. Pipon in Cardinalitio professorem humanitatis
elegit et amplissimi D. Rectoris conclusione confirmavit

Borrey

Die Jovis 10. octobris in sacello harcuriano post sacrum
peractum preces que fusas pro æternâ Requie Magistri
Joannis Roannæi Decani quondam Venerandæ Nationis,
cujus munificentiâ plurima in venerandam Nationem
beneficia collata sunt, celebratur que quattuor anni trimes-
tribus antè electionem Quadrumviri sacrosanctum Missæ
sacrificium, quadrumvir renuntiatus est M. Le Courtois
humaniorum in Lexoveo professor, idemq; Juramento
prestito, horâ deindè 10. apud Maturinenses habitis totius
academiæ Parisiensis comitiis confirmatus, in Rectorem
elegit Meritissimum virum Joannem Vittement Collegii
Bellovacensis Gymnasiarcham.

Borrey.

In iisdem comitiis venerandæ Nationis horâ 7. Matutina
in Collegio harcuriano habitis in Pontificem et Oratorem
ad festum S. Romani Venerandæ Nationis Patroni
designavi M. D. de Bacquemare Baccalaureum theologum
pietate singulari commendabilem, in Pontificem et
oratorem ad festum conceptionis immaculatæ B. Virginis
M. D. Panorace Du Breuil Doctorem theologum pietate item et
scientiâ illustrem, In Oratorem M. D. Adam human-
itatis in harcuriano Collegio professorem.

Borrey.

Die Decembris post diutinum in conjuratos
totius penè Europæ principes, victoriis licet perpetuis
illustre bellum pace tandem compositâ, Primarii regni
ordines et inter eosdem non ultima Academia Parisi-
ensis per Illustrissimum Meldensium antistitem
diem et horam petiit quâ Regi pacem adeò aptatam
Gratularêtur. dies Martis à rege dicta academiæ hora nonâ
Matutina, quâ antè horam quintam se dedit in viam
Academia Parisiensis cum solito comitatu Decanorum et
Procuratorum et aliorum adjunctorum, cæterorum
que Ministrorum. horâ 7. Palatium Regium Versaliis
ingressa et in Ædes Episcopi Meldensis, Mox in aulam
Legatis destinatam à Legatorum introductore suscepta
solitis ornamentis ibidem induta est. compositis mox
aliquot capitibus circà Cæremoniæ circumstantias
Introductor nusquam se Parsurum dixit ut clavati
interius cubiculum in quo rex sederet, admitterentur
causam rogatus cur academiæ denegaret quod hactenus
concessum fuerat, Regisque ipsius ore nuper eadem
in occasione confirmatum, tantum discrimen se se dixit
ferre non posse academiam inter cæteros que regni
ordines ipsumque senatum Parisiensem cujus Nulli

ministri

ministri et Victores interius Cubiculum ingrediebantur, mox quo subdito tot Aulicis repletum esse interius illud cubiculum ut si Clausij ingrederentur, nullis alijs pateret ingressus. — Responsum est privilegium esse singulare Academiæ Parisiensi ejus que Amplissimo Rectori perhonorificum regiam munificentiâ et propensione in principem academiam Senatum semper et confirmatum, à que Regia tyrius injuste ne latum quidem unguem discederet, indè ad illustrissimum Meldensem Episcopum D. Bossuet virtutis egregium Universitatis Conservatorem et per D. Syndicum delatâ, eoque Mollius respondente in Ceremoniarum apicibus non ita inhærendum, visum est Academiæ ubicunque primum Sisterentur Clausi ibidem omnibus sistendum, ut ingressûs morâ daretur regi occasio inquirendi, querelas q; Academia ad ipsum deferendi sicut proximè vices factum erat, quâ re Morum disgressûs requirens et rescierus, omnes privatus ingredi se vellet renuntiavit Dari que Locum ab Aulicis ut toto ordinis series oculis ejus pateret. Verum nescio quo fato tam Communi Consilium privatum nusquam est. Deducti ab introductore primario D. de Blainville simul cum majoris ut vocant Consilij Curiâ, eâ additâ à Erarij Præfecto et Regni Administro D. de Pontchartrain in anteriori Cubiculo susceptij, Clausi ne interius cubiculum subirent à Janitoribus prohibiti, paulum substitere omnes donec Conclamante primario introductore Regem expectare, Rector in interius Cubiculum relictis ad Januam clausis ingressus est quem omnes secutij sumus. Amplissimus D. Rector Regi quinquies Pauimento fedebat salutato Oratorem singulicem habuit nullo verborum fuco inflatam sed gravem et ad præsentia Academiæ omnium q; Academicorum in Regem observantiam demonstrandam aptissimam, quæ ipsius Regis ore laudata Aulicorum omnium summos applausus suscepta, omnium quæ in eâ occasione habitæ fuerant a reliquis regni ordinib⁹ longè optima totius aulæ consensu judicata est: mox Rex respondit Res Academiæ curæ semper sibi fuisse semper que futuras; eo q; omnes singillatim salutato eodem benignè vocabante, in aulam Vide giannus regressi ornamentis q; depositis, amplissimum Rectorem deducentib⁹ pluribus Primarijs, Parisios omnes reversi sunt adeoque die q; canendum tū omnibus visum est ne quod eâ in occasione negatum fuerat Clausis deinceps Juri Academiæ derogaret. Borrey.

Die decembris 16. Congregata in Sacello Sorbiciano veneranda Natio per missam de Spiritu S. in quadrennium virum elegit M. idem que Congregatâ apud Maturinenses horâ decimâ activum facultate confirmatus, fasces Rectorios amplissimo D. Rectori Jadini vitamen prorogavit. Borrey.

Die Januarij 29. S. Carolo-Magno sacrâ in Sacello Regio Navarræ solennis missa celebrata est de more, defuit tamen Concio, ejus culpâ qui oratorem eligendum in posterum curaret. Vide M. Cæsar Egasse Du Boulay vir Rectorius, ut in se susciperet venerandæ Nationis, proximè vices deprecatus, id munus deinceps in alias Nationes quotannis dimidiandi, venerandos tribulabat monitus ne pro nihil ut aliquem à suis nominarent quod et prohibij. Borrey.

Die 1. februarij Corej de Mose ab amplissimo D. Rectore totâ q; Academiâ Parisiensi delati sunt ad illustrissimos Parisiensem et Meldensem antistites Supremamque Curiarum proto-præsides, elegantissimis q; amplissimi D. Rectoris orationibus Latinis Latinâ item oratione res pondere unâ omnes gratulati sunt. Borrey.

Die sabbathi Primâ Mensis Martii habita sunt solemnia et ordinaria venerandæ Nationis Comitia in quibus proposui portas esse aliquas difficultates super locationis nuntiatutum instrumento, ad quas dissoluendas, aliaq; super eâ re necessaria peragenda nomine venerandæ Nationis, deputati sunt è Venerandâ Natione Magistri J. Samson in regiâ Nauarrâ professor emeritus, M. Guenon in Marchiano professor emeritus, M. Des Authieulx humanitatis in Harcurio professor et M. Vadelorge censor et professor emeritus et ita à me conclusum est.

Borrey.

Die sabbati 22. Martis M. J. Desauthieux circa Nuntiatuum reditus quæstor Rationes impensi et recepti coram Orn. D. Procuratore et professoribus deputatis ad hoc à Venerandâ Natione MM. D. Lair decano, M. Roussel, Vadelorde, Playne et Duval ad hanc usque diem exposuit, quas summâ fide peractas esse repertum est post diligens examen.

Borrey.

Die Lunæ 24. Martij horâ septimâ Matutinâ habita sunt solemnia et ordinaria Venerandæ Nationis Comitia in quibus post peractum Missæ sacrificium in meum abeuntis Magistratu locum Majori suffragiorum numero Procurator electus est [jure venerandæ Nationi pænè proprio, ut Junior seniori si ita visum fuerit præponi possit] Magister Guillelmus Dagoumer Luparæus-Ebroicensis celeberrimus Philosophiæ Professor in Harcurio, idemque præstito Iuramento Purpurâ indutus est. Ego quadrumuir renuntiatus de More præstitoq; in Manus Orn. D. Procuratoris Iuramento, posteà in Comitiis Gñlibus facultatis artium apud Maturinenses confirmatus fasces Rectoriæ prorogaui amplissimo D. Rectori D. Joanni Vittement Philosophiæ olim professori Nunc Gymnasiarchæ in Prælleo-Bellouaco vigilantissimo et pientissimo; quod omnium consensu susceptum est. Colleges habui in procuratorio Magistratu D. Mallement Philosophiæ professorem in Sorbonæ Plessæo, D. Desjardins socium Choletæum et D. Parisot in Regiâ Nauarrâ professorem.

Borrey.

Nil desideratur.

Acta Venerandæ Normanorum Nationis

Procuratore Magistro Guillelmo Dagoumer
in hac urbe nato, quæ Locus veris
dicitur, dioecesis Ebröicensis,
Philosophiæ professore jam in Harcurio;
prius in Lexovio per quatuor annos;
tum in Regia Navarra per biennium.
a die 24.ª martii anni 1698.i
ad diem eamdem ejusdem mensis an. 1699.i

Die 24.ª Martii communi suffragiorum numero electus sum procurator post missam de Spiritu Sancto in sacello Harcuriano. Quadrumvir dictus est vir clarissimus magister joannes Bourey Licentiatus theologus qui e magistratu eadem die abibat

Die eadem more solito habita sunt generalia comitia præclaræ facultatis artium in quibus statutum est ut scholasticus, qui in salutato magistro scholam in alterius transmigravit, ad priorem magistrum rediret, aut a scholarium numero excluderetur

Postea prorogati sunt fasces rectorii viro clarissimo magistro joanni vittement professori philosophiæ emerito ~~apud~~ in collegio Preclaro Bellovaco progimnasiarchæ.

Die sabbati Aprilis 5.ª habita sunt comitia deputatorum Universitatis studii Parisiensis apud Amplissimum Dominum Rectorem in Bellovaco accessere supplices viri sapientissimi Deputati a sorbonicis postularunt illi ut tota universitas intercederet in quadam lite pendente coram proprætore Parisiensi contra jesuitas, qui murum quemdam erigere in coenomanensi collegio, quod olim erat divisionis nostræ, volebant in quo sacellum collegii sorbonæ Plessæi manebat inutile solisq; non modo aspectu, sed lumine fraudabatur. conclusum est fore ut universitas intercederet, si modo id fieri posse patroni judicarent.

Unde intercessit Universitas in consilio Patronorum omnesq; ordines in illam sententiam descenderunt

Die ~~et~~ eadem actum fuit de prato clericorum atq; postulante Marchionissa de Noailles ut portio quædam emptione

sui juris fieret annuimus omnes postulationi sed certis conditionibus de quibus non ita facile potuit conveniri ipsam inter et nos academicos unde res ista fuit agitata in variis comitiis subsequentibus tum ordinariis tum extraordinariis: atq; tandem conventum hisce praesertim;
1.a nimirum ut aedificium in praedicto fundo construeret.
2.a ut ingressus respiceret vicum, qui dicitur rüe de Luniversité,
3.a ut libris quindecim venderetur unaquaeq; portio ex apedalis.

Die martis Aprilis octava habita fuit apud Mathurinenses synodus academica cui beneficiarii jure patronatus universitatis adesse debent dominiumq; ejusdem universitatis recognoscere

Die 15.a Maii Amplissimus Dominus Rector Magister joannes Vittement ut faceret satis foederi inito urbem inter et universitatem studii Parisiensis habuit orationem Panegyricam quâ Ludovico magno de Pace Europae concessa est gratulatus est. plaudentibus omnibus ordinibus Regni, cardinalibus, episcopis, Magistratibus, aliisq; viris in omni scientiarum genere disertissimis dignum Ludovico dignum rectore universitatis encomium audivimus; unde non multo post vir pietate, doctrinâ, spectabilis dictus est a Rege qui serenissimos principes duces Burgundionum Andegavensium et Bituricum edoceret; quo munere jam fungitur inde ad aulam Regiam, in qua nata est universitas, rediit a pluribus annis quasi exul.

Die 7.o mensis junii post missam in Garcurio retuli pluribus testimoniis ab Amplissimo d. Rectore ex unanimi omnium tum decanorum superiorum facultatum, tum procuratorum nationum consensu notum certumq; factum esse neminem ex ulla congregatione sive regulari, sive saeculari posse in universitate studii Parisiensis decanatum aut quodvis aliud munus obtinere. tamen quemdam Magistrum in sacra facultate Parisiensi doctorem dictum jagan qui certe est ex congregatione eorum hominum, quos in Normannia Eudistas vocant actis authenticis declarasse se, licet ex congregatione illa, admissum fuisse supplicem pro regentia et scholis in gremium venerandae nationis eoq; proinde titulo potuisse varia obire munera academica in praeclara facultate artium, atque revera fuisse

examinatorem

Examinatorem dominum, qui ad doctoratum in artibus contendunt. quod
quo dicto cognati quid veneranda natio judicaret in hac occasione
faciendum, censuit delavanitq; statum magistri jagan sibi tunc
fuisse ignotum: proinde neminem de congregatione, sive
regulari, sive saeculari posse in quemvis veneranda nationis
admitti; atq; ne idem deinceps imposterum contingat, voluit ut
quicunq; supplices accedentes conceptis verbis juravent coram
venerabili procuratore se non esse de nulla congregatione sive
regulari, sive saeculari; atq; ita a me conclusum est.
Eodem die habita sunt comitia generalia deputatorum
universitatis studii Parisiensis in Sorbonaco in quibus actum
fuit de illis qui sunt congregationis saecularis membra. occasio
fuit illa. quidam in academia cadomensi doctor theologiae, idemq;
eruditus nomine oditus le ferre vir alioquin doctrina et pietate
conspicuus litem contra academiam cadomensem nobilem
foederatam a plurimis annis movet, ut possit se dicere decanus
sacrae facultatis, si modo fiat antiquior. Cadomensis Rector ad
Parisiensem scripsit, atq; de moribus nostris inepte cognitis verba fecit
ille illudens de moribus nostris alienum. hoc est a cadomensibus
magistro le ferre objectum fuit, respondit iste hanc esse
mentem unius Rectoris, quod cum desciscant academiae Parisiensis d. 4.a januarii anni
pro deputatos ordinarios decanos et procuratores dicta festa sunt 1690. D.
quod Rector complurimum quidem jam festa fuerant die ultima
et prima anni 1691. immo quia quidam e cadomensibus
nuperrime fecerat magistro le ferre deputata die 24.a
Martii anni 1698. statuerunt nullum amplius cum illa
universitate foedus ac studiorum commercium habere, quae sua
degenerarit a consuetudine ac disciplina majorum, ut
quemquam apud se, de quacunq; illa congregatione sive
saeculari, sive regulari, aut doctoris, aut in nulla facultate
decanum esse patiatur, aut ullum omnino magistratum gerere.
Cum quia dicta eruditae privatae quaedam testimonia laudabat
ut haec suspecta habebantur, hoc die illa testimonia
improbavimus atq; irrita declaravimus. Jerichunte
adfuerunt M. Petrus Guicard theologiae, Mongin, juris
utriusq; decani. C. Belgae pro decano medicinae Stephanus
Mallement Francia, Petrus Rabbut Picardiae, Ego
Normanniae et Guilelmus Briane Germaniae Nationum
procuratores; atq; una cum his officiales ordinarii.

Die sabbati 21a junii ad odam Dei sacram sub invocatione
visitationis et sacramenti in sorbona processit universitas studii Parisiensis
D. O. M. pie supplicatura.

Die 23a ejusdem mensis post missam de spiritu sancto in justiniano
dictus est majori suffragium nomen quadrumvir magistri
Edmundus angli in quarto ordine provisor in Senonis supplen
accessit iste quia ipse spernebant aliqui sorbonici non poterant
provocari fasces Rectoris magistro vitterment propter
magnificentissimum munus, quo fungebatur apud serenissimos
principes, immo dant aliqui sed paucissimi qui eos dabant, aut
faciem publice offerebant dabile videndum in academia sorbonica et
universe quasi nemo in academia non censeatur esse qui in aula
regia titulario officio fungitur. inepti homines! Bavardi
multi! quidam rumor fuit est cum adessemus apud
matthurinenses pro de qua dimissum quadrumvirio adisse
Rectoris amplissimum, quos inter nobiles otagii, ipsorumque ita dum
alloquos ut viderentur ipsi minime suffragari quadrumvir
gravissime apud nationem suam conquestus, consilium impugnavit
natio quod ego ut palam significarem sic visum est covam
amplissimo domino Rectore vicevanda natio confirmat
quadrumvirum manè electum qui sibi fasces Rectoris provocet
quod iam ut sibi provocatos gratulatur ovemeo vicevanda
natio; unde non multo post eumdem magistrum vitterment
Rectoris renunciavunt quadrumviri plaudente tota
academia quo gaudet titulum in Rectoris cum quem vir magnus
et pondens ambitio suo Rectoris nepotum suorum fecerat ut ipse
dilus et filius Regis et filiorum nostrorum.
His solemnibus actus nos et D. Rector retulit de lite quæ pendebat
inter canonicos Candunenses civesque et populum nobis et
Episcopum. Quæ fuit Litis occasio est apud Candunum collegium
quoddam in quo sæculares docent et cujus primarius magistri
canonicatus sine prebenda, ut loquuntur, fuerunt in ecclesia
cathedrali; cives Candunenses populus nobis civesque annuum 1642.m
volebant sæculares et primarium a collegio depellere; atque cum
Patribus Benedictinis transactio facta, ut juventus
Candunensis docerentur; obstitit Episcopus una cum capitulo
decano canonicis atque; interveniente universitate studii parisiensis
invita autoritate supremæ curiæ parisiensis transactio facta
est fuit que declaratum fuerunt collegium Candunense ad
normam Collegii Pontisarensis a sæcularibus teneretur. Famæ
fisce temporibus jesuitæ qui nihil non molimur ut omnia

sibi vindicent pactum ineunt non modo cum praefecto urbis civibus verum etiam cum episcopo et nonnullis canonicis qui turpiter et ignavè in illas partes venere quo pacto magistri omnes è collegio expelluntur venitq; in jesuitarum potestatem hac conditione ut cives praeter redditus collegii solitos pensionem annuam trium mille librarum iisdem jesuitis pendere debeant. pacto restitit pars canonicorum sanior appellat ad consilium regium vocat in auxilium universitatem quae constanter intercessit tandem pactum istud iterum irritum declaratum est. quod quidem retulit et d. Rector et ab illustrissimo D. de Pontchartrain acceperat.

*

ea vox ut nova et temeraria exarari debet e commentariis

nota Ista ab incauto et rerum minus perito apposita est margini vox quippe dormitionis neque nova est neque temeraria, sola nimio olim cognita erat et usurpata

\#

Die 14.a Augusti in pervigilio dormitionis beatae mariae Virginis qua solet congregari praeclara facultas artium apud Mathurinenses ut eligantur octo examinatores quatuor pro examine quod haberi solet in ecclesia metropolitana quatuor pro examine quod fit apud Patres de sancta Genovefa meritissimus syndicus plurima proposuit ad disciplinam utilia unde unanimi omnium academicorum consensu quatuor capita sancita sunt.

1.m ne Academici impostorum sint ex illis sodalitiis quae extra collegia Academica et parochias celebrantur.

2.m ne professores Academici disputent apud illos a quorum commercio abstinebant majores nostri neq; patiantur in exercitationibus ~~ea~~ Academicis argumentari idem hominum genus.

3.m ut junta decretum supremae curiae Parisiensis anni 1524.i nulli ad munia academica admittantur, qui non manserint intra fines Academiae in collegiis aut in Paedagogiis bene famatis jisq; academicis, et quae sunt de ditione Rectoris.

4.m deniq; ut ambitus coerceatur statuit eadem facultas vetatq; ne ne a primario quovis aut professore admittatur ad studendum quicumq; vixerit, aut manserit in collegio alio, pleni, ut aiunt, exercitii sive jure sive facto sit illud exercitium; quod quidem ultimum decretum est junta conclusiones prius latas ab universitate 1.m latam anno 1657.o apud mathurinenses in congregatione generali praesentibus etiam facultatibus superioribus, alteram anno 1684.o

Quanquam jesuitæ, qui ab aliquot annis clam et furtim quosdam
e suis conuictoribus, abbates nimirum, aut ad sacerdotia destinatos ad
collegia nostra transmittebant, sic Tabernariam et cauponariam
veluti exercentes, ut pædagogia nostra pessumdarent, graviter de hoc
nefario capitulo coram optimatibus, immo vel apud Regem ipsum
conquesti sunt at. Rex pater Academiæ optimus vigilea-
de re decernere voluit; unde Libellum supplicem supremæ curiæ
offerunt, quo postulant, ut interim, donec lis finiatur inter ipsos
et academicam, conuictores iesuitarum admittantur studii causa
in collegiis nostris. deinde haud mucto post alterum libellum
supplicem offerunt quo postulant, ut id fiat sine examine, sed
die sacra beato Romano Patrono nostro decretum nostrum
illæsum fuit; atq; declarauit + fore ut res ista post martinalia
decideretur. Lis adhuc sub judice quæ quidem est
maximi momenti et cui absoluendæ inuigilare debent omnes
Academici, et præsertim ornatissimi procuratores; intercessere
in hacce lite sacra facultas et saluberrima.

+ Senatus Parisiensis D.

* In vigilia Beati Petri e quæstura abiit vir integerrimus
Magister Ambrosius Plaine eloquentiæ professor in lexovio
et Licentiatus Parisiensis in utroq; jure creatus est questor vir
ejusdem integritatis Magister Ludouicus le Bouc humaniorum
litterarum professor in Sorbonæ Plessæo.

Eadem die rationum quæstoris exactores designaui Magistrum
Guillelmum Guenon philosophiæ professorem in Marchiano M.
Petrum Jouraine licentiatum Theologum e societate Nauarrica
in eadem domo Artistarum pro Gymnasiarcham. M. de Authieux
professorem in tertio ordine apud Harcurianos deniq; Mag. le
Courtois baccalaureum Theologum professorem quinti ordinis in
lexouio.

In iisdem comitiis examinatores artium vocaui Magistrum
Joannem Josset eloquentiæ professorem in Harcurio M. du Rozey
de Sacres Baccalaureum Theologum M. du pont de Scotis in
classe sexta professorem Cardinalitium deniq; M. Rouget
Rhetorices professorem in monte acuto.

Die octobris octavo supplicatura D. OM. processit tota Universitas ad aedes Deo sacras sub invocatione sancti Sulpitii sed apud Mathurinenses controversia quaedam exorta est postquam ex Angulo, ut loquuntur, discessit amplissimus D. Rector una cum decanis et procuratoribus, et accessit ad aulam, in qua solent congregari omnes proceres academici invenimus nos procuratores scamna in quibus sedere solemus occupari a quibusdam doctoribus in saluberrima facultate conquesti sumus de injuria hi contra dixerunt debere procuratores stare, sed jussimus statim afferri cathedras, quod celeriter factum est, nec prius orationem habuit ad facultates A. D. Rector quam sederemus, ut decet, et laudabili consuetudine positum est.

Die octobris nona habita sunt comitia extraordinaria in bellovaco apud Amplissimum Dominum Rectorem Magister Boudin ~~supp~~ decanus medicinae postulavit ut junta conclusionem anni 1651.i quatuor professoribus in arte medica qui nullo stipendio gaudent solverentur imposterum quotannis octingentae Librae ex eo quod aere alieno soluta iam esset universitas; decanus Theologiae annuit, annuit etiam decanus juris; sed addidit eo facilius se in illam sententiam descendere, quod eodem decreto eadem summa professoribus in utroq; jure solvenda foret; tum nos procuratores diximus rem istam jam in deliberationem non mitti agi duntaxat de medicis ipsum decanum juris nihil postulasse. cui ipse respondit itaq; si nihil postulavi, jam postulo cujus postulationem in deliberationem misit Am. D. Rector quo facto syndicus dixit se jam conclusisse tum in gratiam medicorum tum in gratiam Antecessorum juris. at nos procuratores respondimus nihil ab ipso potuisse concludi in gratiam Antecessorum antequam facta fuisset supplicatio; unde coactus est Libera voce iterum concludere rerum in re tam intempestiva et subitanea quatuor procuratores annuimus postulationi decani medicinae ex eo quod ipsi professores constantissime essent in eo ~~rerum~~ rerum statu et situ in quo erant, dum istud beneficium ab universitate ipsis concessum est anno 1651.o at annotavimus idem dici non posse de antecessoribus quorum reditus annui essent plusquam 4000 ll. Deinde prius examinandum in quo statu sit res aeraria sive pecuniaria Academiae unde nec concessimus nec deneganimus.

Die octobris 10.a Jova y.a in Gavenviano post missam de Spiritu
Sancto dictus est quadruumviv magister Petrus le Feigle Gumanivum
Littbavum professor emeritus in Regia Navarra, necnon aiv
professorius, pontificem simulq; oratorem in sotto jsti Romani
Dominani M. Joannem Vaddelouge Gumanivadry Littbavum
professorem emeritum virum disertissimum, denigq; designavi M.
Joannem jussit qui pontificem eneitavet ad celebvandam
immaculatam Deipava conceptionem

Eloquentia professor in Gavenvio. D.

Jova undecima ejusdem Diei conclave inquestis sunt quadruumviv.
sed quavis inter ipsos nata est controversia, duobus en una parte
stantibus, duobus ex altera. Liser divimere nolebat amplissimus
D. Rector sed conabatur, ut isti inter se conciliarentur, imo divinus
excepit quadruumvivum Romanum quantum de eo conquestus
apud proceres academicos ita ut prima fronte quadruumvir esse
videbatur Latine disputandi facultatem sed ardore animi hinc inde
parte istud contingebat, unde tandem submissime adjurando suis
notis M. D. Rector istorum conclave inquestus est Rectorq;
pronuntiavit M. Petrum Billet eloquentia professorem in
Gouvona Scotiae, virum, si quis unquam fuit, eruditum.
Die 22.a octobris quâ celebratum publicum Beati Romani patroni
nostri adesse non potui solemnibus sed spiritus quia instabam apud
judices suum causam cum temp. D. Rectore ut decretum latum die 14.a
augusti confirmarent, aut falsum illatum irritum facerent corpa injustas
nec istam missae et orationi panegyrico adesse potui die 23.a
quia hac die de lite vista agitabatur coram supremo senatu
Parisiensi cuius judicio est tota posthac vindicialia dijudicanda
unde magister Joannes le Francois provisor Gavenvianus offerio-
neo procuratorio quo tenebar Pontificem eneitare ut nullet sacrificium
immaculatum offerre fisci dibus functus est

die 27.a ejusdem mensis Jova y.a apud Cathusienses Rectori sunt
quatuor censores, e venerandâ Natione M. Joannes de Stuelgidan
professor Gavenvianus in theatio audire.

Die 6 Novembris 10.a 8.o post missam in Gavenvio quaestiones a
Tribunibus Venerandi munus sibi placuit ut decanos de lite
a jesuitis excitata edoceret et quid peractum in coram senatu
Parisiensi atq; facendum ut sanctae sedis jurisdictio inviolata esset.
quod placuit

Die Jova prima pomeridiana vidi decani exposuisse apud
temp. D. Rectorem quinquennes quaestiones et juxta eorum sensum meam
audierunt notis q; rebus visi sunt sanare.

Die sabbati 5ª decembris habita sunt comitia ordinaria
apud Rt. D. Recsouium in scholam Plessæo in quibus decanus juvis
agitibus de summa solvenda antecessoribus sed rejectum
unanimiter ut prius audiverint accepti stipendii vacationem
de illo augmento agendum.

Die sexta decembris fuit habitus Nicolaus m. Joannes Josset
eloquentiæ professor in gymnasio elegantissime concionem inspirat
et hortatus est ad celebrandum immaculatum virginis conceptum.

Die 7ª M. Joan. Vadelouge orationem habuit quâ pontificem
ut die sequenti matutinâ nullet nomine Ubevanda nationis
Deo fundere preces hortatus est

Die 8ª magister Franciscus Venerosus licentiatus theologus
philosophiæ professor emeritus elegantissimam nec non doctissimam
habuit orationem de illibata Deiparæ conceptu post a se
celebratum missæ sacrificium.

Die 9ª in collegio justitiano post missam qua decanus cedat m.
Vidl in secundo ordine professor in Plessæo pro voga venit sessec
tum p. Recsovi.

Die sequenti habitus est apud Rt. D. Recsovem cœtus virorum
insignium de academia. in quo syndicus retulit se iam pluries a
viro gravissimo supplicatum, postquam de senatus Parisiensis
vocatum qui ex eo quod lis pendens inter academiam et jesuitas
non posset fisci temporibus plane definiri et absolui videbatur
postulare ut pro commissorio jesuitarum admitterentur quia instabat
tempus quo catalogi debent inscribi nomina alioqui forsan sortarum
ut concederetur judicio publico ista petitio pro jesuitarum, utq; dum
res decideretur quod quidem a viro sapientissimo postulatum sibi videbatur
maxime cond. esse sed ego facta legendi postilla. ab tempo. D.
Recsove dixi dual esse lis pares jam quia postulant jesuitæ, utqui
sunt apud ipsos commissorii, possint in nostris collegiis studere, ac leges,
ut sine examine quovis admittantur non posse nos ullatenus dispensare
a 2ª parte quia statutis nostris examen quovis gabii debet.
pouvo mihi posse nos contra statuta de pro in quatuor primi
quadrid posse convenire hac conditione ut mihi inde contra
academiam pro judicavi possit policeretur q; postquam ut in spa
animum post paschalia nos audivit et de hac causa divinemur.
placuit postquam de academia placitum, sed ut ibi non
placuit jesuitis unde agimus apud judices utqui debet subito cum dio
crastina res esset finienda. at manè patronus catholicus nobis
retulit aliam esse jesuitarum mentem dolq; conditiones admittendi,
temere multam postea voluntatis fuit sed cum hac agendi vasto

viavumq; ambagos rudicibus maxime displicebat ne vestra offensio fovent animos manus dedibunt.

anni 1599 D.

Die sabbati 5a februarii martii post missam in gavanio pdti. a venerandis tribulibus ut nivos seligerent qui agerent cum deputatis aliarum nationum de postulatione. Et tunc temporis electi sunt viri procuratorii ill. Franciscus Guenoy et ill. Petrus le Seigle hic in Regia Navarra ille in Picardo pro tempore emeritus.

Die sabbati 14a martii anni 1599 comitia extraordinaria habita sunt apud Rmum D. Rectorem in sorbona Plesseo. 1o actum fuit de controversia picardos inter et gallemandos. Si candidatum ad examen artium admittant quendam clericum quae dicitur Philippeville. illi respondebant de candidatum et pronuntiam ex eo quod solum istud sit intra fines nationis Picardicae assignatos sed gallemaniae procuratori dilationem postulavit quae concessa est ad dictam vam ejusdem mensis actum deinde fuit de postulatione electorum ibidem habita. Electi a veneranda natione selecti fuisse nivos qui juxta componendo negotio incumbant et postulant ut quisque procuratori nationem suam congregaret atq; ubi de ipsarum nationum consilio dijudicaret quod intra mensem futurum esse omnes promissimus uno excepto Gallemaniae procuratore, qui nationem suam assensui electorum postulationi remittere noluit. Et absente D. Rectore concludunt est sed ut videtur deberi differri vel concedendo vel denegando die sabbati 5a mensis et publicis deinde occasione cujusdam gravissimi et edevandi factionis cardinalitio audiri nunc da de re primarium et professores audiuimus a primario accessisse fuisse militi custodiae qui una cum ipso in logicam inquisitionis possidunt ut sibi sedentes duo scholastici vel post quos vocabulo dicebat primarius qui, vel ut ipse professore, nisi vocasset manus iactarent scholastici non sine opprobrio professoris non sine scandalo totius collegii. Factum deplorauimus omnes atq; Deo gratias egimus quod inde gravius malum non esset exortum quae propositum deductum est ut primarius sanxisset cum pace omnis scholastici qui misericordiae gravissimis vulneribus afflictus fuerat et a collegio cum ignominia depulsus faceret q; ne vocitetur ad praetorium Parisiense vocandus. Quod et. D. Rector una cum decani et procuratoribus adscludere collegium inquirendi de causa de facto, aliisq; causa movendi academici solicitis discendendi

Die martii vya apud nationem gallicanam apertas est votatus deinde nisi assistente Gallemano in subsidium causae candidatum et pronuntiam Nationi Picardicae restituimus.

Die sabbati 21.a martii descendimus ad collegium cardinalitium ibique accepimus non modo primarium neglexisse decretum a Tribunali latum die 14.a hujusce mensis verum etiam ab ipso negotium istud fuisse delatum ad praetorium Parisiense. unde decrevimus ut audirentur Patroni quo possemus agere tutissime in re tam difficili. deinde audivimus professores multa postulantes decretumque fuit ut libellum supplicem offerrent in quo postulata continerentur, ut, auditis utrinque partibus, jus unicuique redderetur.

Die Martis 24.o martii post missam in Harcurio in meum locum procurator suffectus est unanimi consensu M. Stephanus de la Place baccalaureus Theologus. creatus sum quadrumvir et prorogavi fasces Amplissimo domino Rectori Collegas habui in munere procuratorio M. Mallement Franciae Rabeuf Picardiae aliosque plures de germania.

G. Dagoumer

Acta Venerandæ Normanorum nationis — à die 24ª. mensis martij anni 1699ⁱ — ad eandem Diem 24ᵃᵐ. martij — anni Dni 1700.

Procuratore Mº. Stephano Delaplace Baccalaureo theologo* et pbro Diœcesis Rotomagensis*

*Socio Harcuriano.

1699.

Die 24ª. Martij in Comitijs ordinarijs mane post Sacrum in Sacello Harcuriano, habitis, omnium omnino Tribulium suffragijs, creatus sum Venerandæ nationis procurator Et Magister Guillelmus Dagoumer designatus est quadrumvir creando vel prorogando Dno Rectori.

Eadem Die horâ decimâ in Comitijs apud Mathurinenses habitis proragati sunt fasces Rectorij meritissimo viro Petro Billet Eloquentiæ professori Celeberrimo in Collegio Sorbonæ plessæo. — Delaplace

Die 28ª aprilis Mane apud Mathurinenses habita est Synodus Academica omnium beneficiariorum et officiariorum qui tenentur adesse per se aut saltem per procuratorem. /. Delaplace

Die Veneris 15ª maij Amplissimus dnus Rector P. Billet Ludovico Magno Panegyricum dixit in Collegio Sorbonæ plessæo plaudentibus omnibus Regni ordinibus. /. Delaplace

Die Sabbati 20ª Junij processimus ad ædem Deo Sacram sub Invocatione Sancti Germani altissiodorensis.

Die 23ª ejusdem Mensis Junij post Sacrum in Sacello Collegij Justitiani Electus est quadrumvir qui eadem die apud Mathurinenses renunciavit fasces rectorios fuisse prorogatos Amplissimo D. Rectori Petro Billet Eloquentiæ Celeberrimo professori in Collegio Sorbonæ plessæo.

/ Delaplace

Die 28ª Junij mane in Harcuriano Collegio, quaestorium Munus prorogatum est Dno Lebour perspectae fidelitatis et humanitatis viro, delegati sunt quatuor Magistri qui una cum procuratore decano et censore ejus rationes discuterent et expungerent. Electi sunt Examinatores Baccalaureorum in artibus M. Duval phiae professor in monte acuto M. Couillard professor in marchiano, M. Croisille Licent. et M. Christien Baccal. theologus et presbyter diocesis Rotomagensis. /. Delaplace

Die Sabbati 4ª Julij in Comitijs apud Dnum Rectorem habitis statutum est ab oibus superiorum facultatum decanis et facultatis artium procuratoribus, quandiu vixerit Dnus Lenglet, soluendas esse, ex aerario communi vniuersitatis, libras centum et quinquaginta pensionis annuae, M. Edmundo Pourchot procuratori syndico vigilantissimo, propter vtilissimam quam multis in rebus operam nauauit, et ppter graues quos gratis sustinet labores, et ita ab Amplissimo Domino Rectore conclusum est. /. Delaplace

Die 1ª Mensis Augusti 1699 in Comitijs apud dnum Rectorem habitis Lecta fuit conclusio prioribus in Comitijs iam facta quam Amp. Rector describi curauit in actorum Codice cujus haec sunt verba

Habita sunt Comitia vniuersitatis

In quibus pro suo munere vigilantissimus Academiae procurator syndicus retulit viros probos et illustres conqueri quod nonnulla in Academiae probrum et dedecus gliscerent, ac praecipue 1º quod quidam Gymnasiarchae schedulas à professoribus extorquerent quibus caueretur ne, si quae annua pensio certis quibusdam scholis addicta esset, talem pecuniae summam repetere professoribus liceret, 2º quod nonnulli alij Gymnasiarchae non alia conditione ad professoris munus admitterent plerosque, quam datâ prius schedulâ qua pollicerentur fore vt ejusmodi munus quod haberent non vt proprium sed tantummodo comodatum Gymnasiarchae ad nutum et pro arbitrio repetenti, nulla mora, nulla lite intentata, nullo appellato Judice, restituerent, quasquidem schedulas cum initio dedissent incautius professores jurium Academicorum

rudes et Imperiti et Legum quibus Stat Academica res penitus ignari, tandem usu rerum edoctos se Intellexisse peccatum a se contra jus fasque et statuta Academiæ quibus Cautum est artic. 31. Reformat. facultatis artium ut Gymnasiarchæ in distribuendis Classibus pecuniam aut quidvis aliud pecuniæ loco a præceptoribus non accipiant &c. peccatum etiam adversus professorum dignitatem quam ipsi abdicata sponte et deposita Magisterij autoritate ad vile mancipij obsequium abjecisse viderentur. quam in rem non pauca pro suo in Academiam studio adjecit meritissimus syndicus videri sibi nihil turpius et Academiæ splendore indignum magis quam professores ejusmodi translatitios instituj quibus ut Magistrorum nomen et species data sit, ut certe autoritas omnino et animus detrahatur; fuisse hactenus Parisiensem Academiam omnium longe principem, omnium florentissimam: at huic fuisse ornamento et subsidio celeberrimos Professores innumeros, qui scientia Litteris, doctrinæ omni genere morum integritate egregio in Reges Christianissimos in patriam Religionemque studio decus Immortale sibi nobisque peperere. Cui porro in mentem venisse unquam quod non modo auersentur aures sed et reformidet animus cogitare Clarissimorum tot professorum tum cum professionis obirent munus tanta cum laude et dignitate hanc fuisse Conditionem ut Licuerit Gymnasiarchæ qualiscumque esset pro sua potestate nutu et arbitrio extrudere quem voluerit è sui Gymnasij professoribus. Intolerabile esse ejusmodi jugum seruitutis quam minime ferant Liberalium artium studia nec majores nostri passi sint: nihil perniciosius Academiæ fore quam si in præclara facultate artium, res omnis ad paucos idest ad decem Gymnasiarchas deferatur; nullam scilicet fore in Comitijs ferendorum suffragiorum libertatem; fore ut Professores reformident nutus heriles Gymnasiarcarum, nec quidquam adversus potentiam talium dominorum mutire aut hiscere audeant; meticu-

meticulosos in omnibus Professores spectaturos non tam quod æquum sit quam quod velint superciliosi domini, neque enim oblituros quid illi possint irati aut offensi. gratulari se quidem Academiæ quod nullus sit in ea Gymnasiarcha cujus ipsam pœniteat, sed nisi malo occurratur, sine dubio non defore Gymnasiarchas qui hac potestate indebita et immodica perperam utatur in perniciem Litterarum et Academiæ, eam esse quorumdam hominum naturam et indolem ut autoritatis et potentiæ suæ fines latius quam par est promoueant, facile moueri stomachum ijs qui sibi jus esse putant irascendi, et impotentes animos quibus spiritus nescio quos facere solet potestatis opinio sæpe rebus offendi in quibus nulla offensionis vel minima causa ipsis videretur. nisi muneris sui præcipuam esse appendicem existimarent posse alijs impune et cumlibet succensere. optimorum sæpe hominum non congruere inter se animos et sensus: quanta cunque eruditione sit professor aliquis quantacumque moderatione animi et morum integritate fieri tamen aliquando, ut is minime gratus sit Gymnasiarchæ suo, imo eo ipso fortasse ingratus et inuitus, quod eum commendet major in vulgus nescio cujus doctrinæ et probitatis opinio: esse nonnullos homines qui alienæ laudi inuideant, quos vrat aliorum splendor, ratos sibi detrahi quod illorum famæ adjectum videant, nec patiantur ut quisquam eorum quibus gloriantur se præpositos esse altius euolare videatur. Jussurum ejusmodi Gymnasiarcham ut recedat a scholis ille Professor quantumuis vtilis ficturum causas aliquas probabiles quas in aures quasi clanculum et tacitus insusurret ne dicatur quasi sanum membrum ipsique corpori charum et preciosum immerito et sine causa solo morositatis vitio resecare. quantum hinc detrimenti passura sit Academia neminem non facile intelligere recessuros a docendi munere nonnullos, non modo vi depulsos sed sponte et libenter, qui scilicet imperij illiberalis minus patientes artem reponent citius, quam si liberalius viuendi genus nacti essent; quam multos verò non

accessuros ad Academica munera hac vna subjacendi humilitate deterritos, qui ad quoduis aliud vitæ institutum se conferent vnde certam spem certa vitæ subsidia sibi petant. in singulis nominationibus facultatis artium sapienter id institutum esse vt Professoribus emeritis post quam a docendi munere recesserint ex reditibus nunciatuum stipendia erogentur eadem quæ actu regentibus. subsidium hoc esse aliquod paratum senectuti, nec contemnendum quidem in tenui fortuna qualis esse solet Academicorum hujus qualiscumque premij spe accendi non paucos ad suscipiendum difficile et laboriosum docendi munus; quibus saltem subest illa spes non frustratum iri se hac mercede, si decurrendo stadio sibi vires suppetant nec ab Academicorum probitate vita degeneret. quid futurum esse si statuatur hoc jus esse Gymnasiarcharum, vt professorem eruditum honestum nec degenerem post quam per decem per duodecim et amplius annos in docendi munere fractus consenuerit, possint pro arbitrio extrudere, spes omnes languidæ et miseræ senectutis vnico nutu et imperiosâ voce non secus atque ictu fulmineo succidere, nonne litteratos viros non male cordatos ad alia quæuis ituros potius quam ad Academicum docendi munus, nonne carituram breui Academiam claris et eruditis illis Professoribus a quibus gloriam suam hausit hactenus. Et sane Professorum in sacra theologia et in consultissima juris facultate num ita obnoxiam esse alicujus vnius domini nutibus conditionem, vt ad ejus arbitrium dimitti possint? hebescere profecto in liberalib.⁹ ingenijs viuidos et acres illos impetus ad studia litterarum vbi non existat aura libertatis ingenuæ seruitute extingui igniculos illos sine quibus nec Poetarum nec oratorum ingenia possunt ad laudem exardescere, similes esse litteratos homines auibus illis generosis quas non minis ferocique strepitu sed blando modulamine et dulcedine vocis aucupes ad cantum prouocare solent. suas esse Academiæ à Christianissimis Regib.⁹ præstitutas leges quibus disciplinæ vis omnis nostræ continetur: dirimendis controuersijs constitutam esse judicij Rectorij autoritatem, neque vero voluisse Christianissimos Reges vt in vnius Rectoris arbitrio quamuis ille nec perpetuus

nec diuturnus futurus sit, posita sint omnia; sed sedere
Septem judices ex facultatibus et nationibus, quorum suffragijs
academicas lites Rector dijudicet, jubere Statuta vt
ad hoc tribunal deferatur siquid dissidij ortum fuerit
Gymnasiarchum inter et professores, non licere Gymnasiarchis
vel minimas alumnum ex Gymnasio indicta causa extrudere;
Num ergo passuram Academiam vt honesto professori quem
ipsa instituerit quem aluerit ornauitque, quem sibi
sentiet pauulum in quo præsidium decusque suum positum
esse intelliget, ignominiæ labes inferatur, vt professor
non ignobilis qui fuerit aliquando vir Rectorius de
Republica litteraria bene meritus a Gymnasiarchis
tristi, meroso, aspero, minus æquo, minus consulto, forte
etiam minus idoneo indictâ causâ ejiciatur? Si quid
peccetur a Professoribus quos ad sanitatem non reuocauerit
benigna et debita admonitio, præsto esse tribunal Rectorium
ad quod vocentur dicturi causam quicunque deliquerint.
Si id juris tam sanctum olim fuisset Stomachosis quibusdam
Gymnasiarchis futurum fuisse vt nonnullos è sinu suo
auulsos Clarissimos Professores lugeret nunc Academia,
quibus decora sua non minima laudisque sua partem
maximam debet; quorum etiam auspicijs ductu que
Clarissima collegia in eam disciplinæ gloriam exercuerunt
vt aliis sint exemplo ad instituendam bene juuentutem.

Quibus de causis concluserit meritissimus Syndicus
postulare se pro suo munere vt irrita nullaque prorsus
habeantur quæ tales schedulæ datæ sint a Professoribus
docendi munus ingressuris per quas illi pollicitis sint fore
vt ad nutum et arbitrium Gymnasiarchæ Scholas quibus
præpositi sint relinquant, nec pensionem annuam si qua
sit Scholis suis addicta repetant; in Gymnasiarchas vero
qui deinceps ejusmodi schedulas exegerint ab ipsis
Professoribus antequam ad docendi munus eos admittant,
et in ipsos Professores qui ejusmodi schedulas dederint vt gravis
academicis animaduertatur tanquam de Academia male
sentientes et meritos et libertati publicæ insidiantes, totius
denique Reipublicæ litterariæ pestes et hostes infensissimos.
Quam in sententiam vna voce et communi consensu
itum est ab omnibus; et hoc ab Amplissimo Domino
Rectore conclusum. S. Delaplace

Die 14ª Mensis Augusti in Comitijs generalibus apud Mathurinenses habitis oblati sunt Amplissimo D. Rectori Duo Examinatores pro Magistratu artium, scilicet a Dno Cancellario B. Mariæ oblatus est M. Levalois humaniorum Litterarum professor. Et a Dno Cancellario B. Genovefæ oblatus est M. Guillelmus Dagoumer phiæ professor Celeberrimus in Collegio Harcuriano, Ambo è tribulibus nostris qui cum alijs examinatoribus aliarum nationum Jusjurandum Academiæ præstiterunt.

Delaplace

Die 1ª octobris Deo optimo Maximo pie supplicaturi [illegible]ssimus ad Ecclesiam R.R. P.P. Carmelitarum Platea malbertinâ. Delaplace

Die 10ª octobris hora 7ª matutina in Collegio Harcur. post sacrum celebratum Electus est quadrumuir M. Guenon Emeritus in lexonio phiæ professor. in pontificem Sancti Romani nominaui Dnum de Bauquemare Baccalaureum theologum et multa pietate commendabilem. in oratorem ad pontificem Conceptionis Beatæ Virginis nominaui Dnum Playne Eloquentiæ professorem Celeberrimum in Lexonio. Delaplace

Eadem die 10ª octobris in Comitijs apud Mathurinenses habitis Dnus Guenon in quadrumuirum Confirmatus breui et Eleganti oratione retulit Academiæ Rectorem M. Joannem Baptistam Couture Eloquentiæ professorem in Marchiano virum multiplici eruditione locupletem.

Delaplace

Die 12ª octobris habit[illegible]tia apud Mathurinenses ad ~~[illegible]~~ Informationem et Instructionem Amplissimi Dni Rectoris per decanos superiorum facultatum et per procuratores nationum cum Ex rectore. Ut fieri solet post Electionem noui Rectoris. Delaplace

Die 22 octobris, in Vigilia festi S.ti Romani post vesperas noie nationis Venerandæ, obtestatus sum Dnum de Bauquemare pontificem, ut pro sua pietate opus Jam Inceptum absolueret et die Crastino sacrificium Deo offerret. Delaplace

Die vero 23 octobris, post oblatum sacrificium a prædicto Dno de Bauquemare ipsum iterum precatus sum ut pro solemnijs Sancti Romani, suæ thesauros Eloquentiæ aperiret et in honorem patroni Venerandæ nationis impenderet, quod periplum egregiè factum fuit.

Delaplace

Die 27. octobris Comitijs Censorijs apud Mathurinenses habitis, Censori nostræ nationis Dno Desauthieux Successor datus est dnus Gayet /. Delaplace

Die Sabbati octobris Vltimo — Cum decanis superiorum facultatum et promotoribus nationis et alijs adjunctis, Comitati sumus Amp. Dnum Rectorem et Iuimus Salutatum Illustrissimum Galliæ Cancellarium Dnum de Pontchartrain /. Delaplace

Die 6a decembris Celebrato, vt moris est, solemn[illegible] sacro ad festum Sancti Nicolai — Dnus Playne orat[illegible] me designatus exorauit M. Joannem Le francois Co[illegible]ij Harcuriani promisorem vigilantissimum, vt Po[illegible] ad solemnia conceptionis Deiparæ virginis, offerr[illegible] Præpotenti Deo, victimam illam Incruentam et Immaculatam vnde spem salutemque nostram proficip[illegible] prorsus necesse est /. Delaplace

Die 8a decembris prædictus dnus Le francois, vir pietate grauitate et doctrina perspicuus, Cum antepridiano vesperarum officio de more præisset Augusto perfunctus sacrificio, Conceptæ sine Labe virginis Encomium prolatis è Scriptura et Sanctorum patrum promptuario momentis grauissimis Lectissimisque sententijs adornauit Delaplace

Die 15a Decembris, [illegible] Litteraria Parisiensis [illegible] processit [illegible]tura ad Ædem Deo Deo opt. Max. [illegible] Sacram Sub Inuocat[illegible] Severini Delaplace

Die 16a decembris Comitijs in Iustitiano Collegio habitis, post Sacrum Designatus est quadrumuir M. Nicolaus Lair Ven. nationis Decanus — qui hora 10a apud Mathurinenses retulit grauissima oratione Rectorium munus prorogatum M. Joanni Baptistæ Couture eloquentiæ professori nominatissimo nec non Regio /. Delaplace

Eadem Die missæ sacrificio quod primò Celebratum est Interfuit M. Petrus Varignon Matheseos professor in Collegio Mazarinæo dicens se esse de gremio Ven. nationis, sibique eo nomine Concessas Litteras septennij a pluribus annis, sed refragati sunt benemulti tribules dixeruntque ipsum nunquam admissum fuisse nunquam fidem Ven. nationi dedisse nec summam quæ

Solui solet, soluisse; ipsumque reluctantem et renitentem frustrà remouere voluerunt, sed a me rogatus ut discederet ne daretur tumultui occasio, egressus est foras antequam haberentur supradicta Comitia. Delaplace

Die 28.a Januarij anni 1700 pro festiuitate S. Caroli magni apud Regiam nauarram celebratum est sacrum solemne, cum oratione Panegyrica, ubi aderant cum amplissimo Dno Rectore, procuratores et professores academici, ibique priuati sunt sportulâ qui carebant pileo quadrato et Epomide, quod imposterum seruabitur ./. Delaplace

Die februarij prima, ab Amplissimo Dno Rectore totaque Academia Parisiensi cerei delati sunt ad illustrissimos Ecclesiae principes et supremarum curiarum protopraesides aliosque ad quos deferri solent. Delaplace

Die 6.a februarij 1700 In Comitijs apud Harcurium habitis statutum est fermè Tribulium omnium suffragijs soluendas esse Libras centum pensionis annuae idque quatuor aequis partibus ineunte quolibet trimestri, à die datarum praesentium M.o Jacobo de Loeuure viro de Academia benemerito quandiu vixerit et ita a me conclusum est ./. Delaplace

Eadem die supplex accessit pro Regentia et scholis Magister - - Bigot Baccalaureus theologus et admissus est data fide ven. nationi

Delaplace

Die 13.a februarij ad Comitia apud Ampliss. Dnum Rectorem habita, conuenerunt D. D. Decani superiorum facultatum cum suis adjunctis procuratores nationum etiam cum suis adunctis et cum syndico et scriba Vniuersitatis, ibique auditae et discussae sunt raoes Dni Colletet quaestoris Academici ./. Delaplace

Die 9.a Martij hora 7.a matutina habita sunt Comitia apud Mathurinenses, quæ quotannis die secunda martis quadragesimæ haberi solent ad aperiendum, ut aiunt, Rotulum ibique adfuerunt D. D. Rector et Exrector Decani Superiorum facultatum, Procuratores nationum Syndicus et Scriba cum alijs quibusdam viris Academicis, qui supplices, et nonnullos conquerentes audierunt, sententiasque dixerunt. / Delaplace

Die 23.a Martij — Amplissimus D. Rector cum solito Comitatu decanorum procuratorum adjunctorum doctorum Magistrorum Clientium et administrorum Academiæ Litterariæ, processit ad Ædem deo sacram sub Invocatione Sanctorum Gervasij et Protasij, Deo optimo Max. pie supplicaturus. / Delaplace

Die 24.a Martij in Comitijs apud Harcurium mane post sacrum habitis — omnibus qui tunc aderant ~~ven~~ tribulibus gratias egi quas potui maxime sinceras, ipsisque quam summa cum benignitate commiserant purpuram sponte gratoque animo resignavi, et prætatus sum ut in mei abeuntis locum, Procuratorem eligerent eum qui res nationis tam prudenter curaret ut sarciret quicquid a me peccatum fuerat, nec mea fuit inanis prætatio, omnes enim unanimi consensu elegerunt virum splendidiore purpurâ dignum M. Michaelem Leblond Collegij Sorbonæ plessæi Progymnasiarcham vigilantissimum, qui Jure jurando suam venerandæ nationi fidem obstrinxit. Ego verò quadrumviri munere donatus, juratus et confirmatus Comitijs eadem die apud Mathurinenses hora decima habitis renunciavi fasces rectorios Academiæ universæ nomine prorogatos M. Joanni Baptistæ Couture viro apud omnes laudatissimo. / Delaplace

Nil Desideratur

ACTA

~~Acta~~ Venerandæ Normanorum Nationis procuratore Michaele Le Blond emerito professore, tunc temporis in Sorbonæ plesseo progymnasiarcha a 24ª die Martij anni 1700. ad 24am diem Martij anni 1701.

die 23ª Jun. an. 1701. sacris de more in Justitiano peractis quadrumvir electus est Magister Andreas Asselin in Marchiano professor a quo circa horam undecimam apud Mathurinenses renunciatum est fasces rectorios celeberrimo disertissimoque viro Magro Joanni Couture prorogatos esse.

die 14ª Augusti eiusdem anni Comitia pro more solito apud Mathurinenses habita sunt in quibus cum peracta essent quæ fieri solent ea die, propositum est a Dno Syndico ubi nominarentur viri quatuor Eloquentiæ professores qui prius legerent et examinarent scriptiones omnes, sive Carmina forent, sive alia quæcuis opera quam in lucem prodirent, Conclusum est istud negotium penes esse debere Gymnasiarchas quorum est omnem adhibere cautionem ne quidquam in collegijs quibus presunt quidquam in lucem prodeat nisi quod bonum, rectum honestumque judicaverint.

preterea animadversum est fortiter adversum celeberrimum phum professorem a Dno Syndico, ab eoque postulatum e ut professor ille suffragio quum activo tum passivo per sex menses et in Natione sua et in tota universitate privaretur, quod ad ~~scolas~~ scholas extraneas universitati minime subditas ~~access~~ transijsset exercitationi philosophicæ interfuturus ibique adversus respondentem scolasticum, disputationem habuisset presidente reverendo admodum patre . . . societatis Jesu. sed cum ex templo stetisset se ante Rectorem amplissimum presentibus proceribus academicis et causatus esset se ignorantem fecisse quod putasset se eiusmodi actui interesse posse modo non esset toga ornatus, ut privatum non vero ut professorem, ei condonatum ea lege qua veniam precatus est pollicendo scilicet se in posterum neque in hac parte neque in alia quidquam contra Academiæ leges peccaturum.

die 10a octobris eiusdem anni facta re sacra in harcurio quadrumuir factus est Magister D. Guillelmus Guenon in Marchiano professor qui circa horam undecimam Rectorem renunciavit virum clarissimum D. D. repetit de Grammont in grassinaeo Eloquentiae professorem.

27a die eiusdem mensis in comitijs apud Mathurinenses habitis in censorem venerandae nationis electus est Magister Guillelmus Guenon in Marchiano phiae professor

die vero 23a eiusdem mensis peracto missae sacrificio a Domino de La Voisé in Regia Navarra professore S. Romano panegiricum dixit Magister Petrus Viel humanitatis professor in Sorbonae Plessio.

die 22a novembris Rector amplissimus comitantibus facultatum superiorum decanis quatuor facultatis artium procuratoribus una cum adiunctis suis, Dnis syndico scriba et quaestore versalia se contulit atque ad serenissimum Andegavensium Ducem Hispaniarum Regem brevem quidem ut par erat sed disertam admodum habuit orationem, acceptis prius a Rege supereare litteris per D. D. Desgranges Regiarum ceremoniarum praefectum

die 4a xbris peracta re sacra supplex accessit presbiter quidam Baccalaureus et licentiatus in facultate consultissima, postulavitque uti iure magisterij in artibus suique in dicta facultate Baccalaureatus inter contribules venerandae nationis adscriberetur, sed quia per tres annos in dicta facultate non studuerat sed tantum aetatis privilegio gradum baccalaureatus consecutus erat repulsam passus est, omnibusque placuit statui iterum ne quis in posterum baccalaureus in gremium venerandae nationis admitteretur nisi constaret cum scriptis et auribus excepisse lectiones duorum professorum eiusdem facultatis in qua baccalaureatus gradum consecutus esset, per tres annos solidos, ita conclusum est. M. Le Blond

~~die 2~~

~~Cum dies vigesimus tertius incidisset in diem Jovis~~

Cum dies vigesimus quartus Martij anni 1701 incidisset in diem Jovis, hebdomadis quae maior dicitur, comitia eo die non sunt habita, sed vigesima secunda die, in quibus comitijs in procuratorem electus est vir clarissimus D. D. Laisné Baccalaureus theologus et in Marchiano professor antiquus. M. L. Blond

Nil desideratur.

ACTA

~~acta~~ venerandæ normanorum nationis procuratore, ~~procuratore~~ magistro guillelmo laisné baccalaureo theologo ~~et~~ presbytero abrincensi et in collegio marchiano professore antiquo. a die 24.ª martij anni 1701 – ad diem eamdem eiusdem mensis anni 1702.

die 24.ª mensis martij cujuslibet anni comitia ordinaria venerandæ nationis haberi solent nisi sit quid impedimenti; sed cum vigesimus quartus dies anni 1701 incidisset in diem jovis majoris hebdomadæ; eam ob causam prædicta comitia ordinaria habita sunt die 22.ª eiusdem mensis martij 1701, in quibus post missarum solemnia, ego guillelmus laisné baccalaureus theologus, presbyter abrincensis, in collegio marchiano professor antiquus, omnium tribulium suffragijs procurator venerandæ nationis creatus sum et m. michael le blond collegij sarbonæ plessæi progymnasiarcha vigilantissimus coprocurator, quadrumvir electus est, qui amplissimo domino rectori, vel fasces rectorios prorogaret, vel alterum crearet. laisné

eodem die et anno horâ decimâ matutinâ habita sunt comitia præclaræ artium facultatis apud mathurinenses, in quibus prorogati sunt fasces rectorij meritissimo viro m. prepetit degrammont in collegio grassinæo eloquentiæ professori ~~celeberrimo~~ laisné

die jovis 28.ª aprilis mane apud mathurinenses habita est synodus academica omnium beneficiariorum, et officiariorum, qui per se aut per procuratorem adesse tenentur. laisné

die mercurij undecimâ maij amplissimus dominus rector — magister alexander de prepetit de grammont, comitantibus — facultatum superiorum decanis, unâ cum quatuor nationum procuratoribus suis cum adjunctis, ut decet ornatis; ut fideli urbem inter et academiam parisiensem juxta facere satis, ludovico magno panegyricum dixit in exterioribus sorbonæ scholis; plaudentibus omnibus regni ordinibus, cardinalibus, episcopis, magistratibus, alijsque viris in omni scientiarum genere disertissimis. hanc orationem panegyricam amplissimus dominus rector habuisset tantum ~~[illegible]~~ die 15ª ejusdem — mensis maij pro more solito, nisi fuisset dominica pentecostes

Laisné

die junij deo optimo maximo pié supplicaturi processimus ad ædem deo sacram sub invocatione sancti hilarij. ubi d. longevin doctor sorbonicus habuit orationem plané doctissimam. Laisné

die 23ª eiusdem mensis junij peracto sacro in in sacello collegij justitiani comitiâ ordinaria venerandæ nationis habita sunt magister dominus marmion celeberrimus — philosophiæ professor in grassinæo unanimi omnium tribulium consensu quadrum-vir creatus est Laisné

eodem die horâ decimâ in comitijs generalibus præclaræ facultatis artium apud mathurinenses habitis prorogati sunt fasces amplissimo domino rectori alexandro — de prepetit de grammont in grassinæo eloquentiæ celeberrimo professori Laisné

die 28ª junij comitia ordinaria venerandæ nationis habita sunt horâ septimâ matutinâ post missarum solemnia, in sacello collegij harcuriani, in quibus quæstorium munus prorogatum est. magistro domino de la place baccalaureo theologo summæ integritatis et perspectæ fidelitatis viro, deinde exactores rationum ~~[illegible]~~ nominati sunt scilicet m. dominus josset eloquentiæ professor in harcuriano collegio, m. dominus courcoul de la ferriere — humaniorum litterarum in lexoviâo professor, m. dominus boisney in quarto ordine collegij marchiani professor et m. dominus le boue exquestor in sorbonæ plessæo professor: postea electi sunt examinatores candidatorum baccalaureatûs in artibus

in artibus m. dominus le ~~sauvage~~ sauvage rothomagensis in regiâ navarrâ philosophiæ professor, m. dominus marmion in grassinæo philosophiæ professor, m. dominus rouxel m. dominus agis uterque baccalaureus theologus

Laisné

die 29a junij auditæ sunt rationes venerandæ nationis census, et probatæ in collegio lexoviensi pro anno integro et completo, scilicet a die 29 junij 1700 ad eundem usque diem 1701; quas exhibuit m. d. delaplace baccalaureus theologus et quæstor fidelissimus: quibus adfuerunt d. d. prorator, censor, decanus et quatuor magistri posteriori conclusione ad id deputati

Laisné

die sabbati in 2a julij sacris de more peractis in sacello harcuriano horâ solitâ, omnium tribulium suffragijs, m. dominus joannes de labriere de lamency eiusdem collegij harcuriani vigilantissimus gymnasiarcha in capellanum venerandæ nationis electus est, et eâ ratione missam celebrare altâ voce tenetur de beata, diebus sabbati cujuslibet hebdomadæ et die 31a decembris pro defunctis, et in retributionem quolibet anno quadraginta libellas turonicas recipiet sicque a me conclusum est

Laisné

posterioribus comitijs pridie nonas junij habitis inducta mentio à me fuerat testamenti cujusdam, quo quidam parisinus cuius nomine maillefaut, cœlebs et locuples anno 1692, die vero 11a octobris septuaginta libellarum turonicarum millia legavit, quæ fœnori darentur, ut census annuus efficeretur et sacerdoti cuidam mille et quadringenta libellarum darentur; eâ lege ut sacrum offerret singulis diebus pro testatoris manibus et (quod quidem caput ad academiam parisiensem maxime attinet) pueros eiusdem parœciæ, nec non vicinorum quinquaginta, non rudimentis tantum grammaticalibus; sed humanioribus etiam disciplinis

* Supremis tabulis ecclesiæ sanctorum innocentium, —

et rethoricis praeceptis instituerit . . . martuo testatore res ad effectum adducta est: nam pastor ecclesiae supra memoratae baccalaureum theologum e suis nominavit, qui praescriptum testamento munus aggrederetur. lis inde orta est non una; accesserunt enim ad causam ipsi aeditui, vulgo les marguilliers, accesserunt scholis minoribus praefecti, accessit praecentor parisiensis, accessit et academia nostra, ita ut rejam a propretore urbano judicata die ~~[illegible]~~ sabbati quarta junii hujus anni, salvo jure universitatis, et praecentoris parisiensis, nunc supremae curiae judicium expectatur. quae omnia hic notanda esse judicavimus.

Laisné

die 21.a ejusdem mensis julii vir clarissimus dominus desgranges regiarum ceremoniarum praefectus unâ cum suis caduceatoribus et praeconibus, exceptus est in aulâ collegii grassinaei ab amplissimo domino rectore, comitantibus dd. decanis facultatum superiorum et dd. procuratoribus quatuor nationum praeclarae facultatis artium, prosyndico et scribâ universitatis, ad id convocatis, et cum omnes suo ordine consederent, pariter quo consederet dominus desgranges, regis christianissimi nomine invitavit universitatem parisiensem ad exequias serenissimi principis philippi borbonei ducis aurelianensis regis fratris unici celebrandas die 23.a hujus mensis apud fanum sti dionisii: atque in eam rem protulit litteras regias ad academiam directas, quas cum accepisset amplissimus dominus rector prosyndico dedit, quidas scribae alta voce legendas tradidit . . his litteris ludovicus 14.us galliarum rex christianissimus pro suâ in fratrem unicum pietate rectorem certiorem faciebat et academiam de funebri pompâ fratris unici. et statim ab amplissimo domino rectore responsum est, academiam parisiensem regi obtemperaturam et fratris unici parentalibus ad futuram. illius epistolae adest titulus cum illius exemplo quod hic apponendum duximus.

a nos tres chers les bien aimez, les recteur, docteurs ~~docteurs~~, ~~[illegible]~~ regens et ~~[illegible]~~ autres suppots

~~de l'université de paris~~ . . de nostre premiere a
fille aisnée l'université de paris.

de par le roy

tres chers et bien aimez, voulant que le service
qui doit estre fait dans l'eglise royalle de
st denis en france pour le repos de l'ame
de feu nostre cher et tres bien aimé frere
unique le duc d'orleans, soit accompagné
de toutte la pompe qui est deuë a un
prince de son rang, nous nous mandons
et ordonnons de nous y trouver en
corps au jour et a l'heure que
le grand maistre, ou maistre des
ceremonies nous dira de nostre
part; sy n'y faites faute, car tel
est nostre plaisir. donné a
versailles le 21.e juillet mil
sept cent un . . signé
louis . . et plus bas
phelypaux

titulus epistolae supra memoratae idem
reperitur historia universitatis, to. 6.
pagina quingentesima

die 23a eiusdem mensis julij, amplissimus dominus rector, decani facultatum superiorum, praeclarae facultatis artium 4. procuratores, cum suo quisque adjuncto, prosyndicus, scriba et quaestor universitatis, omnes ut in talibus fieri assolet, suis insignibus ornati, stipantibus apparitoribus, aedem abbatiae regiae sti dionisij petierunt, et serenissimi principis philippi borbonei ducis aurelianensis et regis christianissimi fratris unici parentalibus adfuerunt, suasque sedes habuerunt in subsellis superioribus proximé et secundum senatum parisiensem a parte sinistra chori, ita ut amplissimus dominus rector sederet immediatè post senatum parisiensem; serenissimi autem principes qui luctum agebant scilicet dux burgundiae, dux bituricum, et dux aurelianensium, a parte dextra chori sedebant in subsellis majoribus et altari proximioribus, postea in iisdem subsellis superioribus tres curiae supremae videlicet rationum, subsidiorum et monetae sedebant; illustrissimus .... archiepiscopus sacrum deo obtulit, episcopus lingonensis funebrem habuit orationem. sacris peractis e chora egressa est academia circa horam quintam serotinam suo ordine et post curias supremas, nullum autem regis sumptibus paratum est prandium.

Taisné

die sabbati 6a augusti post missarum solemnia in sacello collegij harcuriani horâ 7â matutinâ duo supplices pro regentiâ et scholis accesserunt scilicet m. michael samson constantiensis et m. de la fosse rothomagensis uterque baccalaureus theologus, unanimi consensu admissi sunt sacramentumque juxta usum et consuetudinem praestiterunt

Taisné

die sabbati 13a augusti in privilegio assumptæ virginis comitia generalia præclaræ artium facultatis apud maturinenses habita sunt horâ septimâ matutinâ, in quibus a meritissimis viris d.d. pro cancellariis duo examinatores artium ex venerandâ natione designati sunt; scilicet m. dominus le boue in sorbonæ plesseo professor nominatissimus pro examine beatæ mariæ virginis, et m. dominus marion in regiâ navarrâ philosophiæ celeberrimus professor pro examine sanctæ genovefæ, hos elegit et confirmavit venerandâ natio, qui cum alijs, aliarum nationum examinatoribus jusjurandum, academiæ præstiterunt

Laisné

die 1a octobris horâ septimâ matutinâ habita sunt comitia generalia venerandæ nationis in sacello harcuriano in quibus post peractum sacrum nominati fuerunt per apparitorem duodecim tribules qui comitatum facere tenerentur amplissimo domino rectori in proximâ solemni supplicatione universitatis

Laisné

die mercurij 5a eiusdem mensis octobris amplissimus dominus rector, decani facultatum superiorum, procuratores nationum, alijque viri academici cujuscunque conditionis aut gradus adfuerunt apud maturinenses horâ ipsâ octavâ matutinâ; inde ad ædem deo sacram sub veneratione sanctæ crucis in vico brittoneriæ processuri, sed quia per adversum tempus non licuit foras exire, in periculo maturinensium supplicatio habita est, et intra missarum solemnia pro more concio a doctissimo viro domino poidvin doctore theologo

Laisné

die lunæ decimâ octobris in harcuriano sacris de more peractis horâ septimâ matutinâ omnibus suffragiis contributum, vir clarissimus dominus conture regius eloquentiæ professor, academiæ parisiensis ex rector delectus est quadrumvir creando aut prorogando de rectori, in pontificem simul et oratorem ad divi romani festum designavi magistrum dominum de la ferriere, in lexoveo humaniorum litterarum professorem; in oratorem ad pontificem immaculatæ conceptionis magistrum dominum vadelorge, professorem emeritum, virum procuratorium et vero academicum

Laisné

eodem die et anno horâ decimâ matutinâ in comitijs generalibus apud maturinenses habitis, universitatis, magister michel maurus olim philosophiae post ea eloquentiae professor in grassineo incredibili omnium laetitia creatus est rector et in aedes hubaudinas deductus

Laisné

die undecimâ ejusdem mensis horâ septimâ matutinâ comitijs apud maturinenses ~~habitis~~ haberi solitis instruendo rectori, confirmatus et instructus est amplissimus dominus rector michael maurus

Laisné

+ apud mathurinenses habitis

die 27a octobris 1701 comitijs censorijs, + creatus est censor magister ambrosius playne baccalaureus theologus et eloquentiae professor in lexoneo nominatissimus — venerando nationis

Laisné

die 6a decembris celebrato pro more solemni sacro ad festum sancti nicolai vir clarissimus dominus vadelarge orator a me designatus, magistrum dominum robinet du cablemont doctorem sarbonicum exoravit, ut immaculatae virginis conceptionis pontifex, venerande nationis nata ad deum deferret et deum ipsum magis ac magis ipsi nationi conciliaret

Laisné

die 14a eiusdem mensis decembris academia parisiensis, deo optimo maximo pie supplicatura processit ad aedem deo sacram sub invocatione sti edmundi regis ac martyris apud R R P.P. anglo benedictos

Laisné

die 16a decembris hora 7a matutina habita sunt comitia ordinaria in justiniano, ubi post sacrum celebratum magister petrus delaserriere in lexoneo humaniorum litterarum professor multiplici eruditione conspicuus ~~creando~~ delectus est quadrumvir creando aut prorogando rectori

Laisné

eodem die et anno hora decima matutina apud apud mathurinenses fasces rectoris prorogati sunt m. michaeli maurus

Laisné

die 28.a Ianuarij 1702 professionitate S.ti Caroli magni, in sacello regiae navarrae solemnis missa celebrata est ~~ubi~~ m. Henricus de Laisement humaniorum litterarum in eodem collegio professor multiplici titulo commendabilis orationem panegyricam plane ~~sub~~ doctissimam habuit ubi adfuit amplissimus dominus rector unâ cum procuratoribus et professoribus academicis

Laisné

die prima februarij ab amplissimo domino rectore totâque academia cerei pro more delati sunt ad illustrissimos ecclesiae principes, et supremarum curiarum protoprotides Laisné.

die .. eiusdem mensis februarij auditae et discussae sunt rationes d. collectae quaestoris academici Laisné

die 14.a martij horâ 7.a matutinâ habita sunt comitia apud mathurinenses quae quotannis haberi solent die martis 2.a quadragesimae ad aperiendum ut ajunt, rotulum Laisné

die 21.a eiusdem mensis, parisiensis academia processit ad aedem deo sacram sub invocatione s. ludovici apud regiam navarram deo opt. max. pie supplicatura Laisné

die veneris 24.a martij horâ septimâ matutinâ in sacello harcuriano habita sunt comitia ordinaria post sacrum, ubi pro munere procuratorio supplicavit vir clarissimus dominus coutune, vir rectorius, professor Regius, multis nominibus, multis quae titulis commendatus, et omnium tribuliam consensu electus est; ego vero delectus sum quadrumvir exeundo aut prorogando rectori Laisné

eodem die et anno horâ decimâ matutinâ in comitiis apud mathurinenses habitis fasces rectorij prorogati sunt amplissimo domino rectori michaeli morcas Laisné

Defunt Acta nonnulla
Venerandæ Nationis
procuratore Joanne
Baptistâ Couture
professore Eloquentiæ
In marchiano
24. Mart
1702

1792

procuratore M. Couture. 165

Anno Domini millesimo Septingentesimo tertio, die Sabbati tertia Februarii, in Comitiis venerandæ Nationis habitis pro more post Sacrum peractum. Ego Ven. Nat. procurator exposui M. Petrum Varignon Matheseos in Collegio Mazarineo professorem pro Regentia et Scholis Venerandæ Nationi supplicavisse jam à die decima Sexta Decembris anni millesimi Sexcentesimi octogesimi octavi; et propter litem quæ mota fuit inter Gymnasiarchos et Professores veterum Collegiorum ex una parte, et Gymnasiarchum ac Professores Collegii Mazarinæi ex alterâ, ipsius Supplicationis effectum in suspenso mansisse, donec decreto Regii Consistorii finitâ lite, præterquam quòd gauderet jam jure Septennii, admissus etiam est ad Nunciatuum Participationem. Qua de re rogatis dictisque sententiis placuit Venerandæ Nationi prædictum M. Petrum Varignon deinceps pari cum reliquis professoribus jure ad honores omnes et emolumenta Nationis admitti, et Supplicationem ab eo factam die decimâ Sexta Decembris anni millesimi Sexcentesimi octogesimi octavi ex illo die validam censeri, et ratam haberi. — Atque ita concluso Venerandæ Nationis Procurator



Desunt hîc Acta
Nonnulla Iterum procuratore
M. Joanne Bapt. Couture
professore in Rhetorica
Marchiana.

24. mart.
1703.

Die Sabbati 5.° Maii an. 1703. Veneranda Natio In sacello Collegii Harcuriani congregata, post peractum Sacrum, recitato Libello Supplice, quem obtulerat Robertus Le Cuirot major ejusdem Nationis Apparitor, quo postulabat ut filius Suus Franciscus Le Cuirot sibi in eodem munere Successor designaretur cum iisdem juribus, emolumentis atque privilegiis sibi ab eadem Natione concessis: Res (ut moris est) in deliberationem missâ, Eadem Veneranda Natio prædicti Roberti Le Cuirot Supplicis votis annuens filium ejus Franciscum Le Cuirot Successorem in paterno munere admisit cum iisdem juribus, emolumentis et privilegiis, ea tamen lege, ut patri (quoad is vivet) vicariam præstet operam adjutoris nomine; Suo autem posteà, si eum patri Superstitem esse contigerit; Nec interim juris aut emolumenti quidquam, donec vicarius erit, à Veneranda Natione aut à Patre speret; Eaque Nomine ei concedendas esse Litteras decrevit. Insuper cum Libelli Supplicis clausulam, quâ, siquid humanitùs filio contigisset, alium Nationi Venerandæ offerendi potestatem sibi fieri postulabat Supplex, rejiciendam censuit Natio die et anno prædictis: Atque ita Conclusi Venerandæ Nationis Procurator

[signature]

acta

venerandæ normanorum nationis.

Procuratore mag.° Petro Gayet Presbytero Sagiensi, Licentiato theologo, et in Sagiensi Gymnasiarcha: a die 24.ª martii anni 1704 ad 24.am eiusdem mensis, anni 1705 subsequentis.

1704.

anno domini millesimo septingentesimo quarto, die julii trigesima, habita Comitia sunt in loco Maiorum apud harcurios, horâ post meridiem prima, in quibus deliberatum est de ea ratione, quæ ineunda esset ut solverentur quingentæ libellæ, supra duo millia iuxta conclusionem universitatis latam et subsignatam a Procuratoribus et Nationum deputatis die vigesima quarta julii, eiusdem anni ut supra, pro supplemento viginti millium libellarum quæ prope diem ad Ærarium Regium deferenda sunt. rogatis super dictisque sententiis, placuit utendum singulari Mag.i Joannis de Louuancy Provisoris harcurii benevolentia, qui supra memoratam pecuniæ summam, videlicet quingentarum libellarum supra duo millia, ultro venerandæ Nationi, ad eam rem obtulit. placuit insuper nominari deputatos, qui cum eo summa potestate agant, et decernant de eiusdem pecuniæ fœnore, si quod erit tum assignando tum persolvendo. nominati autem sunt M.M. Franciscus Guenon, Guillelmus Guenon, Guillelmus Laisné, Joan. Bap. Couture, Ægidius le Blond, philippus Boisné, Joan. des authieux, ant. Mauger, Joannes le Heriché qui cum ornatissimo eiusdem nationis Procuratore de re supra dicta deliberent, eamque qua par erit diligentia perficiant: atque ita a ~~[illegible]~~ Procuratore conclusum est die et anno supra dictis.

Gayet

Hæc, ut supra conclusio lata est, quod eodem anno 1704, Regnante scilicet Ludovico Magno, nomine decimoquarto sexaginta libellarum millia ad Ærarium deferre iussa fuerit Academia Parisiensis, in belli subsidium. cum autem solvendo non esset ipsa, dati sunt Academiæ exactores et publicani qui scribarum officia gererent, eiusque reditibus annuis præficerentur. quamobrem ut unde unde posset ipsa

se redimeret Academia, dictam, ut supra, pecuniam, seu sexaginta illa libellarum millia soluenda sibi sumpsere facultates theologia, juris atque Artium. fuit tamen illud Regis beneficium, quod tria libellarum millia annui fœnoris eidem annuerit Academiæ. cum autem numeranda esset continuo pecunia, nec Artium facultati suppeteret, partem fœnoris a Rege sibi concessam ipsa uendidit, nec sine damno, quindecim duntaxat libellarum millibus. ita ut quinque libellarum millia soluenda superessent eidem Artium facultati; quæ a duabus solum modo Gallorum et Normanorum Nationibus persoluta sunt, duabus aliis ob inopiam immunibus. quo circa gallorum et Normanorum Nationes exæquo quinque libellarum millia soluenda sibi sumpsere; quælibet nimirum quingentas, supra duo millia libellas. hanc porro pecuniæ summam quingentarum supra duo millia libellarum summa liberalitate ac beneuolentia obtulit Nationi Venerandæ Mag.r de Louuancy Prouisor Harcurianus. nec multo post tempore hæc ipsa pecuniæ summa a Clarissimo viro Dno Viel Rectore tunc Vniuersitatis amplissimo, tum etiam ob multas et egregias eius uirtutes, in locum magistri L'air, eiusdem Vniuersitatis Scriba suffecto, numerata et restituta est eidem mag.o de Louuancy; ut infra intelligitur /.

Payet

Extrait des Reg.res du Con.el d'Etat.

Sur ce qui a esté representé au Roy en son Conseil par les Recteur Doyens Procureurs et officiers de L'Vniuersité de Paris que les besoins pressans de l'Etat ayant engagé sa Maiesté a creer en titres d'offices les greffes des Vniuersitez du Royaume et celle de paris aiant esté comprise dans l'edit de creation des dits offices du mois de feurier dernier Les supplians qui ont receu dans toutes les occasions des marques singulieres de la bonté et de la protection de sa Majesté luy aiant representé que cette creation estoit entierement contraires a leurs anciens priuileges et au droit qu'ils ont d'élire et disposer des places de greffiers secretaires des quatres facultez qui composent la ditte Vniuersité sa Maiesté auroit par sa declaration de ce iourd'huy ordonné que les dits offices demeureroient eteints et supprimez en la ditte vniuersité et pour donner par les supplians des marques de la reconnoissance qu'ils ont de la continuation des bontez de sa Maiesté et contribuent de leur part autant qu'il leur est possible aux besoins pressans de l'etat ils auroient offert de payer a S. M. la somme

de soixante mil liures pour iouir de trois mil liures de rente sur l'hotel de ville de paris ceque S.M. aiant bien voulu accepter et en même temps prescrire de quelle maniere la so.e de soixante mil liures doit estre payée. Ouy le raport du S.r Chamillard con.er ordinaire au Conseil Royal, controlleur general des finances sa Majesté en son Conseil a ordonné et ordonne que la ditte so.e de soixante mil liures volontairement offerte par les d. Recteur Doyens Procureurs et officiers de l'Vniversité de Paris sera payée es mains d'Edme Bertier chargé par sa Maiesté de la vente des offices de Greffiers des Vniversitez et sur ses Recepisses ou de ses commis et preposez portant promesse de leur fournir pour la valleur des dits soixante mil liures des quittances du garde du Tresor Royal au profit dequi et en tel nombre que bon leur semblera iusqu'à concurrence de la ditte so.e sur les quelles tous contracts de constitutions de rentes sur les aides et gabelles seront passez par les prevost des Marchands et Eschevins à raison du denier vint au profit des dits Recteurs Doyens Procureurs et officiers de la ditte Vniversité ou de ceux qui seront par eux denommez sera le garde du Tresor Royal tenu de remettre les dittes quittances es mains du dit Bertier ses procureurs et Commis a compte de prix de soustraité sur les recepisses de deux de ses cautions portant promesse de luy en fournir la valleur. Veut sa Maiesté que la ditte so.e de soixante mil liures soit payée par les dits Recteur Doyens, Procureurs et officiers de la ditte Vniversité scavoir moitié comptant et l'autre moitié lors de la deliurance des dittes quittances de finance a peine d'y estre contrains par les voyes ordinaires et accoutumées pour les propres deniers et affaires de sa Maiesté. Fait au Conseil d'Etat du Roy tenu a Versailles le cinquieme iour d'aoust mil sept cent quatre collationné signé Ranchin /.

Collationné par nous con.er secretaire du Roy Maison et Couronne de France, et de ses finances signé de Vougny.

Je soussigné chargé par sa Maiesté de la vente des offices de Con.ers du Roy Greffiers Gardes des archives dans chacune faculté des Vniversitez du Royaume reconnois que Messieurs de l'Vniversité de paris ont satisfait a toutes les charges et clauses de l'arrest du Conseil dont copie est cy dessus et de l'autre part dont ie les quitte et de charge a Paris ce dix septembre 1707 signé Bertier.

Declaration du Roy
En faveur de l'université de Paris

La presente declaration doit estre dans les archives de l'université.

Louis par la grace de dieu Roy de france et de Navarre a tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut. par notre Edit du mois de fevrier dernier nous avons creé et erigé en titre d'office formé et heredetaire un greffier secretaire et Garde des Archives dans chacune des quatres facultez de l'université de notre bonne ville de Paris et un semblable office dans chacune des facultez des autres universitez de notre Royaume pays terres et seigneuries de notre obeissance, aux Gages droits fonctions, honneurs privileges et prerogatives y attribuez et nous avons entre autres choses ordonné que tous les droits qu'ont accoutumé de percevoir les docteurs Professeurs Regens et autres par les mains de ceux qui ont fait jusqu'a present les fonctions de Greffiers, Procureurs, bedeaux, Escribes, et autres officiers des universitez et facultez seroient percus par les dits secretaires, Greffiers et par eux distribuez en la maniere ordinaire aux dits docteurs, Professeurs et autres qui en doivent jouir suivant les reglemens desdittes facultez et universitez. et bien que les Recteur, doyens Procureurs et officiers de la ditte université nous aient fait connoistre que les inconveniens aux quels nous avions toujours eu dessein de pourvoir par la creation de ces nouveaux offices ne pouroient avoir lieu dans la ditte université parceque les Registres et minutes des actes qui s'y deliurent et dans les quatre facultez qui la composent y sont conservez tres soigneusement ensorte que depuis son etablissement il n'y a eu aucune plainte sur ce sujet que bien loin que la creation de ces nouveaux offices y fut de quelque utilité elle troubleroit entierement la discipline interieure de l'université et des dittes quatre facultez et le bon ordre qui a esté observé de tous temps; que ceux qui ont esté choisis jusques a present ont esté choisis pour remplir les fonctions de Greffiers secretaires, ont esté d'une tres grande exactitude et ont joint a une longue experience la capacité requise pour rediger en latin les deliberations qui y sont resolues et la probité pour garder le secret qu'ils doivent dans tout ce qui s'y passe; qu'ils se rendent plus attentifs sur leur conduitte et sur tous leurs devoirs etant par leur election dans la dependance de l'université ou de chacune des facultez que ne feroient des officiers independens: en sorte que si cet edit avoit lieu, il seroit impossible que la discipline et l'exercice de l'université puissent subsister. d'ailleurs ils nous ont remontré que cette creation donneroit atteinte aux droits usages, libertez, immunitez, exemptions et privileges dont

les Roys nos predecesseurs ont honoré chacune des quatre facultez et l'Vniversité de paris en general, a laquelle ils ont donné par une distinction particuliere le titre glorieux de Leur fille aînée lesquels droits et privileges nous avons confirmez par nos lettres patentes du mois de septembre 1641. en consideration des avantages que ceux qui la composent procurent journellement a la Religion et a l'Etat par les instructions qu'ils donnent a nos sujets et par ces considerations ils nous auroient tres humblement supplié d'ordonner la suppression des dits offices a l'egard de la ditte Vniversité et des quatre facultez qui la composent et de leur conserver la libre disposition des places de secretaires Greffiers, Tresoriers, questeurs, Bedeaux, Scribes et autres leurs officiers en la maniere accoutumée et comme avant notre edit. a ces causes et autres a ce nous mouvans voulant traiter favorablement notre ditte Vniversité de Paris et les quatre facultez qui la composent, et par des temoignages de la reconnoissance que nous croyons devoir avoir des avantages que nous en recevons leur donner des marques de notre singuliere protection en la conservant dans ses anciens usages libertez exemptions, immunitez, droits, prerogatives et privileges et etant d'ailleurs pleinement satisfait des marques que les Recteur, Doyens, Procureurs et officiers de la ditte université nous ont donné de leur Zele et apres nous estre fait representer nos lettres patentes du mois de septembre 1641, et autres Actes justificatifs des droits, privileges, prerogatives, libertez et usages de la ditte Vniversité, de notre certaine science pleine puissance et autorité Royalle nous avons par ces presentes signées de notre main dit declaré et ordonné disons, declarons, et ordonnons, voulons et nous plaist que les offices de Greffiers, Secretaires, et Gardes des archives Créez par notre Edit du mois de fevrier dernier dans les quatre facultez de Theologie, des droits de medecine et des Arts qui composent L'Vniversité de Paris soient et demeurent éteints et supprimez comme nous les eteignons et supprimons a perpetuité sans qu'a l'avenir pour quelque cause et sous quelque pretexte que ce soit les dits offices ou autres puissent jamais estre créez dans la ditte Vniversité de Paris et dans les dites quatre facultez qui la composent, comme aussi avons revoqué et revoquons par ces presentes les commissions que nous avons fait expedier pour l'exercice des dits offices en attendant qu'ils fussent remplis: voulons, ordonnons, et nous plaist que la ditte

Vniversité et les quatre facultez qui la composent demeurent confirmées et maintenues comme nous les confirmons et maintenons dans le droit, usages et possession d'élire et disposer des dittes places en la maniere ordinaire et accoutumée comme avant notre Edit, sans que pour raison des dits offices la ditte Vniversité et les quatre facultez qui la composent puissent jamais estre inquietées, recherchées ni troublées pour quelque cause et sous quelque pretexte que ce soit et sans tirer à consequence pour l'execution de notre Edit à l'egard des autres Vniversitez de notre Royaume. Si donnons en mandement à nos amez et feaux Conseillers les Gens tenans notre Cour de parlement à Paris, que ces presentes ils ayent à faire registrer et du contenu en icelles faire jouir et user la ditte Vniversité de Paris et les quatre facultez qui la composent pleinement paisiblement et perpetuellement selon leur forme et teneur, car tel est notre plaisir. En témoin de quoy nous avons fait mettre notre Scel à ces dittes presentes, données à Versailles le cinquieme jour d'aoust l'an de grace mil sept cent quatre et de notre regne le soixante deuxe. Signé Louis et plus bas par le Roy, Phelypeaux, et scellé du grand Sceau de cire jaune.

Veu au conseil, Chamillart

Extrait des Registres de Parlement

Veu par la cour les lettres patentes du Roy en forme de declaration données à Versailles le cinquieme du present mois d'aoust 1704 signées Louis et plus bas par le Roy Phelypeaux, et scellées du grand Sceau de cire jaune, obtenues par les Recteur, Doyens, Procureurs Suppots et officiers des quatre facultez de l'Vniversité de Paris par les quelles pour les causes y contenues le Seigneur Roy a dit declaré et ordonné veut et luy plaist que les offices de greffiers secretaires et gardes des archives créez par Edit du mois de Fevrier 1704 dans les quatre facultez de Theologie des droits de Medecine et des Arts qui composent l'vniversité de paris soient et demeurent éteints et supprimez à perpetuité, sans qu'à l'avenir pour quelque cause et sous quelque pretexte que ce soit les dits offices ou autres puissent jamais estre créez dans la ditte Vniversité de paris et dans les dittes quatre facultez qui la composent: comme aussi le Seigneur Roy a revoqué les Commissions qu'il avoit fait expedier pour l'exercice des dits offices en attendant qu'ils fussent vendus. veut le Seigneur Roy et luy plaist que la ditte Vniversité et les quatre facultez qui la composent demeurent maintenues et confirmées dans le droit usage et possession d'élire et disposer en la maniere ordinaire et accoutumée comme avant le dit Edit, sans que pour raison des dits offices la ditte Vniversité et les quatre facultez qui la composent puisse jamais estre inquietées recherchées ny troublées pour quelque cause et sous quelque pretexte que ce soit et sans tirer la consequence pour l'execution dudit Edit à l'egard des autres Vniversitez du Royaume et ainsi que plus au long le contient Requête afin d'enregistrement d'icelles. Conclusions du Procureur general du Roy. ouy le rapport de Mr. François Robert Conseiller et tout considéré. La Cour a ordonné et ordonne que les dittes lettres en forme de declaration seront enregistrées au greffe d'icelle pour jouir par l'Vniversité de Paris et les quatre facultez qui la composent de leur effet et contenu et estre executées selon leur forme et teneur. Fait en parlement le 22 aoust 1704 Collationné, signé Ysaly.

voyez la page 172. ou il est fait mention du remboursement fait au Sr. de Launay par Mr. Viel alors recteur de l'Vniversité

Anno Dñi millesimo septingentesimo quarto in Comitiis Gymnasiarchorum et Professorum tum Emeritorum tum actu regentium Nationis Venerandæ in Harcurio habitis, die octobris decima ad solitam et trimestrem proventus Nuntiatuum ad ipsos solos pertinentium distributionem, publicè Loctus est oblatus a Mag.o Stephano Marmion in Grassinæo philosophiæ Professore Celeberrimo libellus supplex his conceptis verbis. Ad Venerandam Nationem libellus supplex cum per longam, gravem et summa dignam Commiseratione corporis infirmitatem non liceat huc me ad vos conferre. Ornat. Procurator Sap. D. ven. trib. cogor ad hunc libellum supplicem confugere quo vos omnes et singulos per viscera misericordiæ Christi orem utinam etiam exorem, ut etsi nondum constitutum a vobis Emeritæ professionis tempus perfecte compleverim; docui enim decem et octo tantum annos continuos. attamen propter eum miseriæ statum in quem deus tam iusto quam secreto iudicio redactum me voluit, inter professores Emeritos numerari et haberi velitis, iubeatisque, quo mei status incommoda omnia paulo levius tolerare ac perferre possim. id si mihi vestra concesserit Humanitas, nihil meo iuri datum putabo, sed vestræ gratiæ; et facere conabor ut vestrum hoc beneficium, non apud ingratum animum collocatum sentiatis; datum ultima die septembris anni 1704. signatum Marmion philosophiæ Professor.

quo libello supplice lecto et re ab Ornat. Dño Proc.re in deliberationem missa, rogatis, dictisque super eo negotio omnium ac singulorum sententiis, placuit habita ratione desperatæ pro pemodum valetudinis dicti Mag. Stephani Marmion qui et summa cum laude per annos duodeviginti in grassinæo sit professus eum ipsum gaudere iisdem iuribus, stipendiis, et emolumentis quibus gaudent et ceteri eiusdem Nationis professores Emeriti; licet ipse vigesimum Professionis annum iuxta morem et consuetudinem dictæ supra Nationis non expleverit. visum est tamen omnibus ac singulis, ne idem Mag.r Stephanus Marmion, Regentiæ dimissionem faciat ante sex menses, ut nempe, si deo volente, convaluerit ad intermissum docendi munus solita cum alacritate sese referat, atque ita communi omnium suffragio conclusum est.

Payet

Copie.

Quittance de la somme de deux mil cinq cens liures que la Nation de Normandie auoit empruntée du Sr. de la Bruiere de Louuancy Prouiseur du college d'Harcour, ainsi qu'il est porté par un contract passé par deuant Vatry et Bobusse Notaires a Paris.

Me. Jean de la Bruiere de Louuancy acquereur dénommé par le contract cet endroit a reconnu qu'en execution du resultat de l'assemblée de L'Vniuersité tenue au Mathurins du dix# des presens mois et an. Mre. Pierre Viel Recteur de L'Vniuersité demeurant au college du plessis a ce present luy a presentement baillé, payé et reellement deliuré en louis d'or d'argent et monnoye le tout bon et aiant cours presens les Notaires soussignez a la decharge de la ditte Nation de Normandie la so. de deux mil cinq cens liures pour le remboursement des cent uint cinq liures de rente constituées par le present contract donc quittance, et a rendu la grosse du dit contract au d. Sr. Viel comme acquittée et attendu que le d. payement est des propres deniers du d. Sr. Viel, il s'est reserué ses droits resultans du d. payement pour l'execution de la ditte conclusion du dix. de ce present mois et an, sans toutefois aucune garantie ni recours contre la ditte Nation ni contre les sieurs obligez conditionnellement en fin du susdit contract qui demeurent purement et simplement decharger ce qui a esté accepté par les dits Srs. Gayet et Laisné pour ce presens sans preiudice des arrerages qui en sont deubs, promettant oblig. Ren. fait et passé a Paris et L'etude de Vatry No. douzieme feurier mil sept cens cinq et ont signé la minute des presentes, etant en marge de celle du d. contract le tout demeure au dit Vatry Notaire. Signé Vatry, Bobusse auec Paraphes.

voyez la page suiuante

anno Dñi millesimo septingentesimo quinto, die vero decima mensis februarii in Comitiis Deputatorum Universitatis apud Mathurinenses de more Maiorum, praevia convocatione habitis Mag.r Nicolaus Lair antiquus Rector, et Scriba Universitatis exposuit se ab annis et viginti scribae munere qua potuit fide ac diligentia functum esse, nunc vero quod aetate provecta corpus ingravescat, postulare ut sibi successor eligatur in eo munere quod velit abdicare et re ipsa deposuit et abdicavit, servato tamen sibi iure quod plurimis concessum est Emeriti et veterani. quoniam autem anno superiore visum erat Universitati imponere scribae muneri summam quinquies mille libellarum quam honoranda gallorum Natio et Veneranda Natio Normanorum aequis partibus solverunt ad conficiendam summam viginti millium libellarum, quae Praeclarae Artium facultati fuerat persolvenda ad extinguendum Novum Scribae munus Edicto Regis in Academia Parisiensi creatum, mense februario anno 1704 postulavit idem Mg.r Lair ut ei qui sibi successor eligeretur, futurisque in eodem munere successoribus, si deputatis videretur, onus imponeretur rependendi summam illam quinquies mille libellarum praedictis Gallorum, Normanorumque Nationibus aut eiusdem summae usuras praestandi. Re, ut fit, missa in deliberationem, audito prius Universitatis Procuratore syndico, visum est omnibus deputatis ita sua fide et integritate meritum esse virum Academicum ut eius postulatis annuatur, admissaque a deputatis eiusdem abdicatione in eius locum scriba Universitatis, unanimi consensu electus est Mag.r Petrus Viel nunc Rector cuius vices, donec in Rectorio Magistratu fuerit, praedictus Mag.r Lair quoad poterit pro scribae nomine obeat expressaque est a praedicto Mag.o Viel necessitas restituendi supradictis honorandae Gallorum et Venerandae Normanorum Nationibus praedictam summam quinquies mille libellarum: ea tamen lege ne tanta iactura in eum solum cadat, ut is qui ipsi in eodem munere scribae proxime successurus est, tria millia libellarum aut ipsi, aut eius haeredibus restituere teneatur. quo pacto fiat ut postea munus illud sine ullo onere, ut prius usque factitatum est, conferatur. atque ita sub iis conditionibus ab Amplissimo Rectore acceptum conclusumque est, et a deputatis omnibus subsignatum./.

[signature]

Die martii 24. anno Dñi 1705. habitis de more Comitiis in Harcurio, successorem habui Mag.m Lavoisé Professorem Emeritum in Regia Navarra, virum scilicet multis magnisque virtutibus in Academia notissimum./.

[signature]

nota

ostenderint, si placet, ornatissimi D. Domini Procuratores, successores nostri, ex procuratorem, iustis de causis, nominari oportere rationum auditorem, ubi reddantur illæ.

Acta Venerandæ Normanorum Nationis

Procuratore Jacobo Lavoisé Andeliaco, Rotomagensi presbytero, Artium Doctore, humaniorumque Literarum in Regiâ Navarrâ Professore Emerito

a Die 24.ª Martii an. 1705 ad diem 24.ª martij 1706.

Die 24.ª Martij comitiis manè post sacrum in sacello harcuriano habitis, omnium Tribulium suffragiis Ego Jacobus Lavoisé presbyter Rotomagensis electus sum Venerandæ Nationis procurator, et Magister Petrus Gayet Licentiatus Theologus e magistratu decedens, designatus est quadrumvir creando vel prorogando Rectori. Lavoisé

Eâdem Die horâ decimâ in comitijs apud Maturinenses habitis prorogati sunt fasces Rectorii meritissimo viro Petro Viel in sortonæ plessæo professori celeberrimo. Lavoisé.

Die 21 aprilis in Synodalibus comitijs apud Maturinenses hora 7.ª Matutina celebratis facta est resignatio, ut vocant, pura et simplex unius e capellis Savosianis quam possidebat M. Le Barbier quondam Academiæ Rector tunc canonicus Belvacensis. acceptâ admissâque illâ resignatione, eadem illa capella collata est M. Le Barbier presbytero Baccalaureo Theologo et collegii Cholelensis barsario. Lavoisé

Die 16.ª Junij processit amplissimus Dnus Rector ad ædes deo sacras sub invocatione Sti Mederici. Lavoisé

Die 23 comitijs apud Maturinenses habitis Dnus de Laisement in Regiâ Navarra proprimarius mane quadrumvir electus eleganti oratione fasces Rectorios amp.º Dno Rectori prorogavit. ijsdem comitijs expostulante academiæ syndico quod plures quam decerent eodem tempore ad examen artium admitterentur, statutum est unanimi omnium consensu non admittendos esse ad quodlibet examen plures quam sex candidatos. Lavoisé

Die 29.ª Julij comitijs apud Maturinenses extra ordinem habitis capella sub titulo B. Mariæ in Ecclesiâ Sti Andreæ de arcubus quam possidebat M. Petrus le Gentil nunc fato functus a consultissimâ facultate, cujus vices recurrerant, delata est ad honestum juvenem vincentium Maillot clericum Lingonensem, quod ab omnibus deputatis academici Tribunalis admissum est et comprobatum. Lavoisé

Die 1.a augusti comitijs apud amplissimum Rectorem in Sorbonae plessaeo habitis conquestus meritissimus academiae Syndicus sub finem anni etiamnum in collegijs nonnullis comedias exhiberi aut intermisceri tragoedijs contra quod ante annos decem Statutum promulgatumque fuerat, postulavit ut conclusioni promulgatae novum pondus adderetur omnisque hac in re peccandi locus recenti academiae sanctione tolleretur. re in deliberationem missâ conclusio lata 13.a augusti an. 1695. a deputatis omnibus confirmata est, qui quidem deputati declararunt simul eam esse mentem academiae ut in collegijs suis, ubi omnia gravitatem innocentiamque spirare debeant, comediae mimi, scenici denique et scurriles ludi prohibeantur; si quis autem ea in re authoritatem academiae ea in re parvi fecerit, omni emolumento academico privandum statuerunt decretumque illud suum, ut vim legis ~~habeat~~ obtineat in perpetuum promulgari et ad valvas collegiorum affigi voluerunt atque ita ab amp.o Rectore conclusum est.

Lavoise

Die sabbathi 5.a septembris in comitiis apud Harcurium hora sesqui septimâ habitis quaedam in medio posita sunt capita, quae, ut mos antiquus et academiae disciplina servarentur a Mag.o Edmundo Pourchot Universitatis Syndico in superioribus comitijs 14.a aug.t apud Maturinenses habitis, ut infra se habent fuerunt proposita.

1.o ut nulli deinceps Magistro liceat a jure veteri, priscisque Academiae moribus ~~[illegible]~~ recedere sibique publico programmate professoris Academici nomen ac munus assumere priusquam pro Regentiâ et Scholis coram Natione suâ supplicaverit.

2.o ut si quis tamen docendi professionem inire cogitet eo tempore, quo nulla habentur comitia, liceat id quidem publico programmate significare dummodo tamen Nationis suae procuratorem a censorem, suaeque Tribus Decanum invitat prius, eamque Licentiam ab ipsis obtineat, isque proximis comitijs facti rationem toti reddat Nationi cum ipse coram illâ supplicabit.

3.o si quis Artium magister in ijs nationibus quae constant ex professoribus et aliarum facultatum Baccalaureis ad supplicandum pro Regentiâ et Scholis accesserit, ejusque supplicatio fuerit admissa, is nudum habeat docendi jus quod cum libuerit deinceps possit exercere, nullum tamen aliud jus Nationale habeat quodcumque sit nisi ab eo tempore quo docere coeperit.

Si vero doceat in minore collegio nihil ipsi prosit ea professio in detrimentum eorum qui docent in collegijs pleni, ut vocant exercitii sed id tantum acquirat quod vel statutis et decretis hactenus concessum est, vel longo usu in qualibet natione confirmatum.

4.o ut si duo eadem die docere coeperint, qui prior supplicaverit, altero antiquior habeatur, nullius tamen supplicatio ad docendum in proxime futura ~~[illegible]~~ Remigialia admittatur ante diem comitiorum Rectoriorum mensis Junij.

Quae quidem omnia capita a me ven.e Nationis procuratore in deliberationem missa communi omnium Tribulium suffragio, exemplo caeterarum praeclarae Artium facultatis Nationum probata sunt et admissa, et ita a me ven. Nat. proc.re conclusum est. /. Lavoise. /.

Praeterea eadem die in ijsdem comitijs apud Harcurium habitis Mag.er Joannes Bonnesoeur Baccalaureus Theologus et ejusdem Nationis Censor conquestus vestes sacras argenteaque vasa, quae ad solam Nationis usum destinata sunt, in dies usu frequentiore deteri, quod jam aliquot abhinc annis, inconsultâ Natione, festis diebus commodata sint, idque magno nationis detrimento; magnum apparitorem nostrum quod paulo tardius quam vellet provisor Harcurianus claves Arcae Nationis attulisset, duris

asperisque verbis non semel acceptum: Deinde sacra quæ ex devotione singulis sabbatis diebus a sacellano fieri debent, nonnunquam omitti 3.° denique propter incommodum Thesium et Tragœdiarum quæ in sacello agi solent interturbari missarum et vesperarum solemnia, minusque decenter celebrari; postulavit ut rebus his remedium afferretur; novæ seræ arcæ et armariis affigerentur: si verum esset quod audierat de sacellano, alius in ejus locum substitueretur, et Natio cui semper cordi fuit, ut divinum officium, quâ par est pietate ac religione celebretur; se arcam, Tabularium et armarium suum in alium locum decentiorem et tranquilliorem transferret. Tribus his capitibus a me venæ Nationis procuratore in deliberationem missis placuit omnibus ad conservaoe vestium sacrarum et vasorum ut duæ seræ cum totidem clavibus arcæ et armariis Nationis apponerentur quarum unam haberet procurator Ornatiss.° alteram unus ex professoribus collegii in quo deponerentur arca et armaria 3am denique magnus apparitor; de duobus autem aliis capitibus censuerunt Tribules deputandos esse viros aliquot prudentes et modestos qui de sacellani diligentiâ in fungendo officio suo inquirerent, et de translatione Nationis, arcæ, Tabularii et armarii intro se conferrent, et re maturius expensâ, quod sibi visum esset melius ad Nationem referrent. Quæ provincia unanimi consensu data est Ornatiss.° procuratori, censori integerrimo, fideliss.° Questori et sex aliis e venerandâ Natione Tribulibus, nempe mag.° francisco Guenon Licentiato Theologo et phiæ professori Emerito. Mag.° Petro Marcel Eloquentiæ professori Emerito. Mag.° N. Courteille humaniorum literarum professori Celeberrimo. Mag.° Michael Le Feuro licentiato Theol.° et sorbonico. Mag.° Jacobo Benee Baccal.° Theol.° et Mag.° Joan. Le heriché Baccal.° quoque Theol.° et ita a me collectis suffragiis fuit conclusum. /. Lavoisel. /.

Die 7.ª septembris horâ secundâ post vesperas de Nativitate B. M. virginis in comitiis apud harcurium ~~habitis~~ a venerandâ Natione habitis, postquam censor integerrimus pro suo munere exposuit magistrum Benignum Grenan secundi Ordinis in collegio harcuriano professorem programmate publico denunciasse se proximis Remigialibus in eodem collegio Rhetoricam esse docturum; conquestus est idem censor de injuriâ facta hâc in re Mag.° Joanni Josset, qui a novem annis in eodem collegio Rhetoricam docet, quique, ut programmatis ejus declaratur, docendi munus non abdicavit, postulavitque propter violata hoc facto professorum et academiæ jura quæ senatus consultis confirmata sunt, ut tota Natio apud quodcunque tribunal interveniret liti ab eodem Mag.° Josset intentatæ interdicto retinendæ possessionis. tt. Re a me venerandæ Nationis procuratore in deliberationem missâ, censuit veneranda Natio interveniendum esse, et ita a me procuratore conclusum est. Lavoisel. /.

tt. salvo tamen jure academiæ super petitoria Lavoisel

Die 7.ª octobris amplissimo Dno Rectori ad ædes deo sacras sub invocatione B. M. magdalenæ processuro, propter cœli intemperiem, exire non fuit licitum. Lavoisel. /.

Die 10.ª ejusd. mensis comitiis apud Maturinenses habitis Dnus Guenon Licentiatus Theologus nec non phiæ professor Emeritus mane apud harcurium Quadrumvir Electus, ea quâ pollet dicendi facultate et industriâ prorogavit fasces Rectorios Amp.° Dno Rectori Petro viel andeliaco et in sorbonæ plessæo humanitatis professori haud pœnitendo. Lavoisel. /.

Anno Dni 1705 die 19.ª octobris in comitiis extraordinariis hora 7.ª matutinâ apud harcurium habitis, recitatâ sententiâ ab ampliss.° Dno Rectore die 3.ª octobris lata, et a mag.° Joanne De La Briere De Louvenez in eodem collegio provisore et primario x.ª ejusdem mensis significata cum interpellatione prædictæ sententiæ executioni mandandæ, quâ quidem sententiâ placuit exquiri venæ Nationis

sententiam de eruditione et industriâ Mag. Joannis Josset in arte Rhetorica, ab eâque sincerè, candidè, et ex animi conscientia cum chirographis declarari num existimet dictum mag.us Josset idoneum esse qui Rhetoricam, ut par est cum dignitate doceat in celebri collegio harcuriano. Res nova et maximi momenti visa est, et a consuetudine nostrâ prorsus aliena, quâ quisque viva voce non verò cum chirographis sua solet ferre suffragium. quapropter.

Re ab ornatissimo D. procuratore in deliberationem missâ rogatis dictisque sententijs censuit ven.a Natio Nominandos esse deputatos viros graves, ingenio acri, et prudentiâ conspicuos scilicet Magistros Bonnefoeur Baccalaureum Theol. ven.æ Nationis censorem, Laisné Baccalaureum Theol.æ Quæstorem. Guenon licentiatum Theol. phicæ professorem emeritum, Marcel Rhetoricæ professorem emeritum, Le Blond phicæ professorem in Marchiano, et Baccalaureum Theolog. Lefebure Licentiatum Theol. Sorbonicum. Anger Baccalaureum Theol. et humaniorum litterarum professorem, Blaine in utroque jure Licentiatum, et Philosophiæ professorem, Souvillard de Laval Rhetoricæ professorem in Marchiano, Courtille humaniorum litterarum professorem in monte acuto, De Lasement humaniorum litterarum professorem, et in Regiâ Navarrâ propugnatorum grammaticorum Rouget Rhetoricæ professorem in monte acuto, et Jericho Baccalaureum Theol. et Benec Baccalaureum Theol, qui re maturius expensâ et serio ponderatâ quam hâc de re sententiam ad nationem referrent, et ita a me ven.æ Nat. procuratore conclusum est. Lavoisé. /.

Sententia Ven.æ Nationis De eruditione et in docendo industriâ Mag.ri Joan. Josset in Collegio harcuriano Rhetoricæ professoris

Anno Dñi 1705 die 5.a mensis Novembris in comitijs ven.æ Nationis generalib.s et extraordinarijs ab ornatissimo procuratore ritè convocatis et in collegio harcuriano habitis hora post meridiem 1.a postquam Ornatissimus procurator exposuit ven.æ Nationi quâ de re ageretur, dixitque ase omnes et singulos Tribules eo consilio convocatos, ut vnusquisq; declararet ex animi conscientiâ et cum chirographis quid de eruditione et industriâ mag.ri Joan. Josset in Collegio harcuriano Rhetoricæ professoris sentiret, magister Germanus Anger ejusd. Nationis Censor, recitato libello supplice a Mag.ro Joanne De La Boriere de Louveney collegij harcuriani provisore et primario oblato Ampl.o Dño Rectori, Sapientissimis decanis et Ornatissimis procuratoribus die 3.a octob: recitata pariter conclusione ab ampliss.o Dño Rectore latâ eadem die et ornatiss.o Dño procuratori, Censori et deputatis ven.æ ejusd. Nationis per apparitorem cum intimationis significatâ die x.a ejusd. mensis, quâ quidem conclusione placuit exquiri sententiam dictæ Nationis de eruditione et industriâ M. Joan. Josset, ab eaque ex animi conscientia declarari num existimet Mag.r Joan. Josset idoneum esse qui Rhetoricam cum dignitate, ut par est, in collegio harcuriano doceat, instante atque urgente Mag.o De Louveney, ut conclusio amplissimi Dñi Rectoris executioni mandaretur, postulavit dictus Magister Germanus Anger disciplinæ academicæ censor, ut cum res gravissimi momenti ageretur, pacificè, tranquillè et ritè ut moris est, omnia fierent placuit singulorum, qui comitijs interessent, Tribulium nomina inscribi et per apparitorem, alta voce recensiri et absque ullo tumultu, nullo interturbante servato antiquitatis ordine suam ab unoquoque sententiam declarari.

Re ab ornatiss.o Dño procuratore in deliberationem missâ, rogatis dictisque sententijs ven.a Natio perspectâ, cognitaque Mag.ri Joannis Josset eruditione et in docendo industriâ censuit, et ex animi conscientia cum chirographis declaravit dictum Mag.r Joannem Josset dignum esse,

et idoneum qui, quam per annos nouem in dicto collegio harcuriano Rhetoricam cum Laude professus est eandem in eodem, ut par est, collegio Rhetoricam pergat cum dignitate docere, atque ita ab ornatissimo ven.e nationis procuratore conclusum fuit. /.

Guenon Licentiatus Tgol. phiæ professor emeritus ven.e Nationis exprocurator

Marcel emeritus Rhetoricæ professor et exprocurator.

Le Melorel exprocurator et phiæ professor in harcurio.

J. Vadelorge antiquus procurator et professor emeritus

De Laplace Baccalaureus Tgeologus et antiquus procurator.

Le Blond philosophiæ professor in Marcsiano

Laisne Baccalaureus Tgeologus antiquus professor nunc Quæstor

Idem Testor M. Le Fèvre Licentiatus Tgeologus Sorbonicus et antiquus procurator ven.e Nat.

Idem Testor Nicolaus Morain Rhetoricæ professor in collegio Mazarineo.

Idem Testor Rhetoricæ professor L'Laine

Idem Testor professor Quartanus Boisney

Idem Testor professor Le Boue.

Idem Testor in tertio ordine Collegij harcuriani professor, Baccalaureus Tgeol. antiquus procurator, censor, Quæstor. Desautieux.

Idem Vltor apud Cardinalitios in secundo ordine professor R. Lepore

Idem Vltor in harcurio philosophiæ professor exprocurator, nunc vero prior utriusque domûs harcuriana. dagoume

Ego licentiatus Tgeol. et phiæ professor in Regiâ Navarrâ Testor me nihil in agendi ratione dicti d. Josset unquam deprehendisse quod professioni qua nouem abhinc annis defunctus est aduersetur ipsumque propterea dignum existimo qui eandem artem oratoriam in eodem collegio profitetur pergat. Marion.

Ego Baccal.s Tgeol. sacræ facul. paris. ven.e Nat. censor et humaniorum litterarum professor censeo et declaro sincerè, candidè, et ex animi conscientiâ Mag. Joan. Josset Rhetoricæ professore in Collegio harcuriano dignumesse et idoneum qui, quam per nouem annos in dicto collegio Rhetoricæ cum laude professus est, eandem in eodem, ut par est, collegio pergat cum dignitate docendi. die mensis nou.s Anger.

Idem testor quod supra J. Fleury phiæ professor in Grassineo.

Idem Vltor in sexto collegij Mazarinæj antiquus professor Delahouffaye

Idem Vltor quod supra Courtille professor in monte acuto exquæstor

Idem Ego Eloquentiæ professor in Marcsiano ex animi conscientia Testor Courtard De Laval.

Idem Vltor quod supra D. Madeline.

Ego Rhetoricæ professor in monte acuto Testor ex animi conscientia eundem esse dignum Rhetoricæ professore. Rouget.

Ego prælector, Regius Grammaticorum promarius magistri et professor Grammaticæ in Regiâ Navarrâ Testor ex animi conscientia eundem D. Josset esse dignum Rhetoricæ professorem De Larsenneur

Idem testor humaniorum literarum in Grassinaeo collegio professor G. Poitevin.

Idem testor in cardinalitio humaniorum literarum professor Dupont.

Idem testor quod supra professor in harcurio Adam.

Idem testor quod supra professor in Marchiano Asselin.

Idem testor Baccalaureus Theologus Duval.

Idem testor Barençon professor.

Idem testor Michael Sanson Baccalaureus Theol. et professor. M. Sanson.

Idem testor Baccalaureus Theol. et excensor Bonnesoeur.

Idem testor S. F. Par. Baccal. Theol. Colibaux.

Ego Andreas Le Soudier Baccal. Theol. idem testor. A. Le Soudier.

Ego Presbyter et Baccal. Theol. idem testor quod supra. Gansel.

Ego infra scriptus in cardinalitio phiae professor sincerè candide et ex animi conscientiâ declaro dictum Mag.r Joan. Josset dignum et idoneum esse qui, quam per novem annos cum laude professus est Rhetoricam in collegio harcuriano eandem in eodem, ut par est, collegio Rhetoricam pergat cum dignitate docere. die 5.a Nov. 1705. Durand.

Idem Ego Baccal. Theol. testor De Chaumont.

Idem cum omnibus testor sacrae facul. Baccalaureus Moullen.

Idem Ego Baccal. Theol. testor quod supra J. Benee.

Idem Ego Baccal. Theol. testor Laisnel.

Idem Ego Baccal. Theologus Le Heriché testor.

Idem Ego Baccal. Theol. et quondam ejusdem magistri Josset auditor testor. Langlois

Idem testor Le Noir professor in Marchiano Le Noir.

Idem Ego Baccal. Theol. testor Massif.

Idem testor Joan. Marie professor in Cardinalitio. J. Marie

Idem ex animo testor phiae professor in Grassinaeo Duhamel.

Lavoise.

ven.a Nat. procurator

L'an 1705 le 5.e jour de Novembre de relevée a la requeste des venerables procureur Censeur Questeur et Supposts de la Nation de Normandie fondée en l'université de Paris cy dessus et autre parts signés et paraphés qui ont elu leur domicile au College de Lisieux en la maison de m.r M.tre Germain anger censeur et l'un d'iceux, J'ay Robert le Cuirot premier appariteur de ladite nation en icelle université y demeurant rue des Cordiers paroisse S.t Benoist soussigné signifié et laissé copie de la presente sentence a m.r et M.tre Jean De la Biere De Louvency proviseur et principal du College d'harcour en parlant a sa personne en son domicile audit college d'harcour a ce qu'il n'en ignore dont acte. signé R. Le Cuirot Controllé a Paris le 7.e No. 1705 num. 86 f. 15 signé huart

Anno Dni 1705 die 5.a eadem Novembris comitijs ijsdem generalibus et extraordinarijs ab ornatissimo procuratore ven.ae Nationis ritè convocatis et eo consilio in collegio harcuriano habitis, ut sine interturbatione servato antiquitatis ordine suum quisque ferret judicium de eruditione et industriâ mag.i Joannis Josset in arte Rhetoricâ secundum sententiam ab ampliss.o Dno Rectore latam cum interesset magister des Vallées juris patronus, et licet ter quaterve monitus ut taceret, ea tamen comitia indesinenter pertinaciterque interturbaret petulantiusque in contribules inveheretur, ita ut perturbato ordine dictae sententiae ab amp.o Dno Rectore latae executioni, de quâ unâ his comitijs agebatur, moram afferret et impedimentum, postulavit magister Germanus Anger ejusd. ven.ae Nationis censor ut sibi concederetur actus suo tempore et loco, ut juris est, valiturus, quo pateret dicta comitia a dicto Mag.o des Vallées interturbata.

Re ab ornatissimo procuratore in deliberationem missâ rogatis dictisque sententijs placuit ven.ae Nat., ne unoquidem refragante dicto censori quem postulavit actum concedi suo tempore et loco valiturum, atque ita a me ven.ae Nationis procuratore conclusum fuit. /.

Lavoisé. /.

Die 3.a xbris comitijs extraordinarijs apud harcurium habitis recitato quodam instrumento a mag.o De La Brière de Louvenez ornatissimo procuratori significato, quo, ut videbatur, praedictus magister de Louvenez molestè ferens latam a Natione venerandâ sententiam de eruditione et in docendo industria Mag.i Joan. Josset, ex decreto ampliss.i Dni Rectoris, usus fuerat verbis in nationem et ejus comitia ritè habita contumeliosis, et a reverentiâ procuratori ornatissimo sacramento promissa prorsus alienis, magister Germanus Anger ven.ae ejusdem Nationis Censor postulavit pro munere suo ut in ejusmodi Tribulem poenis animadverteretur academicis cogeretur que et ornatissimo procuratori et ven.ae Nationi matri suae quae injustè laeserat quam primum satisfacere.

Re ab ornatiss.o procuratore in deliberationem missâ censuit natio ven.a praedictum Mag.um De Louvenez vocandum esse cum sibi videretur ad tribunal academicum, ut ibi ob laesam procuratoris dignitatem et Nationis authoritatem cogeretur utrique facere abunde satis et poenis mulctaretur academicis atque ita a me ven.ae Nationis procuratore conclusum est. /.

Lavoisé. /

Anno Dni 1705 die 5.a xbris habita sunt comitia ordinaria deputatorum Universitatis apud ampliss.um Dnum Rectorem in collegio Sorbonae plessaeo ibi actum est de libello supplice quem Amplissimo Rectori ac deputatis ven.a Normanorum Natio in hunc finem obtulerat, ut verba quaedam conclusionis latae die 4.a novembris, quae quidem non satis plana videbantur, vellent deputati apertius explicare. Quoniam autem manente sensu conclusionis verba tantum postulabat immutari audito mag.o petro Billet prosyndico, aequum est visum venerandae Nationi indulgeri. Sic autem habebat illa conclusio. De controversiâ inter magistrum de Louvenez et magistrum Josset placuit ampliari, seu in aliud tempus differri, interim dari actum venerandae Nationis procuratori quod comparuerit protuleritque complurium Nationis suae Tribulium eâdem re sententiam. In hunc verò modum est explanata. De controversiâ inter mag.um de Louvenez et mag.um Josset placuit ampliari seu in aliud tempus differri, interim dari actum ven.ae Nat. procuratori quod comparuerit protuleritque sententiam Nationis suae de eruditione et in docendo industriâ Mag.i Josset atque ita ab amp.o Rectore conclusum fuit.

Lavoisé. /.

Decretum
Universitatis Parisiensis
Datum die 5.a Decembris 1705.

Anno Dni 1705 die quinta Decembris, habita sunt comitia ordinaria deputatorum universitatis apud Amplissimum Rectorem in Collegio Sorbonæ-plessæo. Cum magister Edmundus Pourchot Syndicus universitatis misso pridie nuntio, et hac ipsa die per litteras significasset se, morbi causâ non interfore comitijs; cumque proxime superioribus comitijs die 7.a Nouembris habitis non adfuisset, omnes deputati unanimi consensu, Magistrum petrum Billet, Rhetoricæ professorem antiquum Rectorem, et universitatis Quæstorem in Prosyndicum nominaverunt, atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit

Eadem die comparuerunt Magister Joannes De la Biere De Louvenez, Collegii harcuriani provisor ac primarius, et magister Joannes Josset, in eodem collegio Rhetoricæ professor quibus auditis egressisque amplissimus Rector communicauit cum Deputatis libellum quemdam sibi per apparitorem Castelli die 4.a decembris denunciatum, quo magister De Louvenez contendebat venerandam Normanorum nationem adversam sibi esse, et partes tueri Magistri Josset, atque adeò postulabat, uti magister Lavoisé Dictæ Nationis procurator, de quibusdam factis, ut aiunt, et articulis ab amplissimo Rectore interrogaretur.

Tum auditus est Magister Petrus Billet prosyndicus, qui dixit libellum eundem a se lectum fuisse et expensum. Injuriâ vero Provisori suspectam esse Normanorum Nationem eâ in re, de quâ nunc agatur. Reverâ dictam Nationem ad partes accessisse dicti magistri Josset in causâ supremi senatûs Decreto die 16.a Septembris dijudicata, cum lis tantum esset de possessione, utrum authoritate privatâ, nullo cujusquam prævio judicio, potuisset dictus provisor dictum magistrum Josset munere suo privare, et affixis publicis significare alium in ejus locum Rhetoricam esse professurum.

Quod vero spectaret ad eam partem quæ petitorii esset, utrum dictus Josset idoneus esset, nec ne, ad docendum Rhetoricam, prædictam Nationem a neutrâ parte stetisse. Ita declaratum fuisse ab initio a Magistro Lavoisé procuratore, et deputatis ejusdem Nationis cum die 3.a octobris coram Academico Tribunali comparerent postulantes tantummodo ut priusquam quidquam inciperetur sententia proprætoris urbani, et decretum supremi senatûs de possessione secundum Regias constitutiones, executioni mandaretur. Deinceps vero nullo instrumento publico aut privato studium ullum ~~dicat~~ dictæ Nationis in dictum josset probatum fuisse, atque ita academico Tribunali a principio visum fuisse, patere ex eo quod die prædictâ 3.a octob. referente, atque id postulante Mag.o Edmundo pourchot Syndico. Deputati suo judicio voluerint, priusquam ea lis definitivo judicio dirimeretur, exquiri sententiam dictæ Nationis de

industriâ et eruditione dicti Josset in docendo Rhetoricam. Itaque tum ab Academico tribunali pronuntiatum fuisse prædictam Nationem dicto Josset non favere in eo, quod ad petitorium pertineret. Et quidem dictum provisorem ab illo Academiæ judicio non provocasse. Quinimo illum ipsum provisorem eidem Nationi deputatorum sententiam die x.a octobris per apparitorem significasse cum denuntiatione, ut ei quam primum satisfaceret. Jam vero quod, postquam a dictâ Natione Academico judicio satisfactum fuit, Magister Lavoisé Normanorum procurator dicto provisori sententiam suæ Nationis significaverit, ut certior fieret nullam moram esse quominus primo quoque die lis dirimeretur, ex eo provisorem contendere dictam nationem sibi adversari et cum lis in promptu sit, ut definiatur, postulare ut dictus Magister Lavoisé, super quibusdam factis et articulis ab ampliss.o Rectore interrogetur, quasi sit adversarius. Nihilominus, cum dictus Magister Lavoisé perstet in eo quod jam ante declaravit, neque se, ne suam Nationem unquam partibus Magistri Josset, in eâ re de qua nunc agatur, fuisse addictos, nec aliter ullo instrumento privato aut publico probatum sit, censere prosyndicum nullam habendam esse rationem illius libelli, die 4.a decembris Amp.o Rectori a provisore denuntiati, nec posse ab eo moram ullam afferri judicio, quod instaret. Deinde vero utriusque partes raones expendit; se perlegisse sententiam illam dictæ Nationis Normanorum, quam deputati judicio die 3.a octob. lato inquisissent é quinquaginta et uno Tribulibus qui comitijs ritè convocatis atque habitis ad fuissent septem et quadraginta, in ordine quemque suo, percelebres, quorum nonnulli sint Artis Rhetoricæ professores, summâ doctrinâ, sapientiâ integritate notissimi, testatos esse cum Chirographis de eruditione magistri Josset; alios quatuor qui supersint, nihil dixisse quod contra pugnet. Magistrum Josset a Mag.o Le francois, tum harcuriani collegij provisore, antèa rethorices professore antiquo Rectore, fuisse classi Rhetorices præpositum. In eâ ab annis jam plus novem docere, aliquas orationes publicè habuisse, Exercitationes verò scholasticorum plurimas. Querelas verò quas in eum provisor deferat, sive de paucitate scholasticorum, sive de malâ eruditionis famâ, sive de pravis quibusdam scholasticorum scriptionibus, aut nequaquam ab eo probari, aut esse leviores, et a mag.o Josset commodè dissolvi. Quapropter videri sibi æquum esse, et è re communi Academiæ ut irritæ et cassæ declarentur. Magister Lavoisé Normanorum Nationis procurator, quod jam suffragium cum suâ Natione emiserat, a dicendâ sententiâ abstinuit.

Deinde re in deliberationem missâ, perpensis omnibus quæ a prosyndico relata fuerant argumentis, atque imprimis lectâ sententiâ prædictæ Nationis Normanorum,

quam exquiri visum esset, Placuit deputatis Magistrum De Louveney actione sua submoveri; et magistrum Josset, qui Rhetoricam in collegio harcuriano docere petyat, idoneum declarari. atque ita ab amplissº Rectore conclusum fuit &c.

Subscriptum. Viel Rector.

et Lair scriba Universitatis.

Die xjª Decembris processit amplissimus Dnus Rector ad aedes deo sacrave sub invocatione B. M. Magdalena in civitate ad quas — die octobris 7ª propter coeli intemperiem procedere non fuerat licitum

Die ejusdem mensis 16ª comitijs generalibus apud Maturinenses habitis Dnus Le febure Licentiatus Theologus et Sorbonicus oratione pereleganti et summâ cum laude fasces Rectorios amplissº Dno Rectori, legum Academicarum defensori acerrimo, prorogavit.

Die 6ª februari comitijs ordinarijs apud harcurium habitis Magister Germanus Anger venª Nat. censor quadam expostulavit de Magº De Labriere De Louveney quem, in fungendo sacello ejusdem venª Nationis officio, summa negligentia accusabat. Red ab ornatssº procuratore in deliberationem missâm placuit venª Nationi ad comitia proxime futura differri.

Die sexta martij an. 1706. in comitijs ordinarijs apud harcurium hora post sacrum sesqui septima habitis Magister Germanus Anger venª Nat. Censor redintegrata querelâ quam die sexta februarij in comitijs ordinarijs apud idem harcurium De Magº De Labriere De Louveney ejusd. collegij harcuriani provisore ac primario apud eandem Nationem habebat, ex quâ quidem intellectum est predictum Magrum De Louveney olim avenª Nationis nominatum qui sacris natalitijs cum privatis singulis sabbathi diebus, tum festis quibusdam solemnioribus operaretur, raro hujusce officij partes implevisse, eique variis negotijs irretito rem divinam ut par est facere non esse licitum; multa ab ipso sacra omissa fuisse, quod utrum celebrata sint et aquo dubium sit et obscurum. Denique eidem Magº De Louveney, quem sacrorum rituum et cantus peritum credideram tribus, minime acroe fuisse, ut de ijs orbus quae ignorabat, ut decebat erudiretur. quin imo saepe saepius illum intolo Clericalis coronae capillo ad aram sacram accedere non fuisse veritum, quod optimo cuique displicuit quodque multis venustatem ordinem et utilitatem dicam decentiam in sacris diligentibus causam praebuit admurmurandi et aliquid exemplo utiliusve exoptandi.

Red ab ornatissimo procuratore in deliberationem missa rogatis, dictisque sententijs censuit venª Natio predictum Magrum De Louveney jam per apparitorem nomine procuratoris venª ejusd. Nationis admonitum qui comitijs proximis sequentibus adesset, iterum instrumento publico per eundem apparitorem admonendum ut proximis hac de causa, aliisque de rebus

quam primum habendis coram natione se sisteret rationem eorum omnium redditurus quæ de ipso censor integerrimus cum natione expostulaverat. et ita a me Ven.ae ejusd. Nationis procuratore conclusum est./.

Lavoisel./.

Die 12.a Martij comitijs extraordinarijs ritè convocatis et apud harcurium hora post meridiem prima habitis; cum magister De La Briere de Louvency jam nomine procuratoris Ven.ae Nationis admonitus, et iterum instrumento publico ad comitia vocatus ut eorum omnium, quæ de ipso (magistro sc. De Louvency) conquestus fuerat censor integerrimus, rationem redderet, coram natione sistere se esset dedignatus; auditus est iterum idem censor eadem de eodem conquerens, postulansque ut dictus Mag.er De Louvency, qui nationi parere noluerat, ex officio ipsi a natione commisso* depelleretur, et alius quem nominavit, in ejus locum, ad implendas pontificalis officij partes, substitueretur.

* Die 2.a Julii 1701. vide pag. 160)

Re ab ornatiss.o procuratore in deliberationem missâ, rogatis dictisque sententijs, censuit Ven.a Natio prædictum magistrum De Louvency, imperium nationis detrectantem, ex officio a natione ipsi commisso depellendum et in ejus locum sufficiendum alium tribulem, nempe Mag.m Carolum Massif Baccalaureum Theologum, quem nominavit, qui loco Mag.i De Louvency, quem ex officio depulit, sacris cùm privatis, tùm solemnioribus coram natione operaretur. et tamen lege, ut si eidem nationi videretur ejus officij prorogatio quotannis fieret comitijs pridie festum diem sanctorum petri et Pauli mense Junio habendis atque ita a me Ven.ae Nationis procuratore conclusum est./.

Lavoisel./.

Die 16.a Martij processit amplissimus Dnus Rector in Collegium Sorbonæ plessæum ad ædem Deo sacram sub invocatione S.ti Martini.

Lavoisel./.

Die 20.a Martij an. 1706 in Comitijs extraordinarijs ritè apud maturinenses convocatis et habitis postquam a Mag.o Germano Anger Ven.ae Nationis integerrimo Censore lectum est instrumentum quo magister Joannes De La Briere de Louvency Collegij Harcuriani Provisor ac Primarius, qui, jam occlusis ejusdem collegii foribus Ven.ae Nationis Censori, examinatoribus et Capellano a Natione nominato, in illud aditum interdixerat, eidem venerandæ Nationi denuntiaret, ut aliò sacra et comitia transferret, se magistrum domûs nunquam passurum ut illic deinceps sacra fierent, et comitia nationis haberentur. Postquam etiam expositum est novam esse hanc rem, consiliumque temerarium; nihilque indignius quam ut corpus ita venerandum ab uno e membris suis sic despiceretur, totaque Natio a viro hoc novo, a pædagogiâ recenti, quem pro suâ in omnes benignitate in gremium suum admiserat, suoque lacte ut parens benigna nutriebat, ità injuriosè tractaretur; nefas ej fuisse ingrato filio matrem proprijs expellere sedibus, a majoribus electis, a successoribus eorum conservatis, et a nobis omnibus defendendis, pro quibus optimo cuique tanquam pro aris et focis esset dimicandum. Injuriam tam injustè illatam a nobis propulsandam quo facilius et citius ipsa in authorem converteretur, et ambitiosus ille, deposito supercilio, suo disceret illos honorare periculo quibus reverentiam deberet sacramento. litem acriter sumptibus et nomine Nationis insequendam; interim videndum, donec lis tota dirimeretur quo in loco vellent quisque et sacra fieri et comitia haberi.

Re ab ornatissimo Procuratore in deliberationem missa censuit Ven.a Natio litem sumptibus et nomine Nationis esse insequendam; et quoniam sic occluderetur aditus in harcurianum, Justitianum collegium eligendum, quod

elegit, donec lis tota conficeretur, si modo collegium istud esset ejusmodi, ut ibi sacra honestè fieri, et comitia commodè haberi possent; et ita a me ven.ae ejusd. Nationis procuratore conclusum est./.

Lavoise./.

Posterâ die comitiorum illorum cum me in collegium Justitianum deportassem vidissemque, perlustratis omnibus sacelli partibus, etiam comites ac praesente Gymnasiarcho Justitiano, ibi non esse ubi honestè et commodè sederent Tribules omnes, placuit, de consilio deputatorum ven.ae ejusdem nationis, et sacra fieri et comitia haberi in majorum loco, scilicet apud Maturinenses, qui libenter et summâ cum humanitate nos exceperunt, simulque per nos celebrandi et cantandi potestatem fecerunt; quod ita gratum visum est omnibus, ut nullo reclamante factum sit.

Lavoise./.

Die 24.a Martij habitis post sacrum apud Maturinenses ordinarijs comitijs, postquam ven.ae Nationi gratias egissem, habuissemque maximas, quod me pro summâ suâ erga me benignitate, imparem licet tanto oneri sustinendo, procuratorem elegisset, suisque consilijs in omnibus adjutasset; unanimi omnium Tribulium suffragio qui mihi succederet electus est Magister Joannes Bonnesœur Licentiatus Theologus, acris ingenij, ac singularis doctrinae vir, ijsque dotibus quae non ven.ae nationis modo purpuram, sed Clariorem ampliorem que dignitatem decent instructus et ornatus. Deinde creando aut prorogando Rectori amplissimo, mihi magistratu abeunti quadrumviri munus de more delatum est, ultroque concessum; cujus utriusque beneficij ea semper apud me futura est memoria, ut nullâ unquam oblivione delenda sit./.

Lavoise./.

Nil desideratur

Acta Venerandæ Normanorum Nationis Procuratore — Magistro Joanne Bonnesoeur Facultatis Parisiensis Licentiato — Theologo + Presbytero Abrincensi

A die 24.a martij an. 1706 ad diem 24.am an. 1707.

Die 24.a martij, Comitiis post sacrum in ~~ecclesia~~ ede sacra SSæ Trinitati vulgo Mathurinensium peractum, apud eosdem Mathurinenses habitis, ubi tunc temporis Venerandæ Nationis Comitia celebrabantur propter litem quam insequebatur apud prætorem Parisiensem, adversus adversus Magrum Joannem de Louvency Provisorem Harcurianum qui Temeritate hactenus inaudita Venerandæ Nationi cujus est membrum, et a qua multis beneficiis cumulatus est, Collegij Harcuriani in cujus sacello ab immemorabili tempore, sacra sua et Comitia faciebat, fores occlusit; nomine reclamante, imo communibus omnium tribulium suffragiis, sine ulla ambitione aut ~~pr~~ prehensatione, Ego Joannes Bonnesoeur presbyter Abrincensis — electus sum Venerandæ Nationis procurator, et magister Jacobus de Lauvisé exprocurator quadrumvir creatus est.

Bonnesoeur

vide pag. 192

Eadem die hora decima in Comitiis apud Mathurinenses habitis prorogati sunt fasces rectorij charissimo viro Petro Viel humaniorum litterarum in Sorbonæ Phessæo professori celeberrimo. —

Bonnesoeur

Die mensis Aprilis 13.a

Die mensis aprilis 13.a In synodalibus Comitiis apud Maturinenses horâ septimâ matutinâ celebratis, Collata est Capella nostræ Dominæ In æde deo sacrâ sub Invocatione Sti Andreæ ab arcubus, Magistro Claudio Cappronnier Ambianensi, Licentiato Theologo, acceptâ prius liberâ Dimissione Magistri Vincentij Maillot qui eam antea possidebat. Bonnesoeur

Die Mercurij 18.a maij saluberrima facultas, Cum Ipsius vices Currerent, magistrum Jacobum L'Abbé Nominavit ad Curionatum Sti Andreæ ab arcubus, vacante beneficio morte Magistri Nicolai Marchieu qui illud possidebat

Bonnesoeur

Nota

Die Veneris 31.a Decembris, et ultimâ anni 1706 Magister Joannes Des Authieux Baccalaureus Theologus, Socius Harcurianus, venerandæ Nationis Exprocurator, et In Harcurio humaniorum Litterarum Professor, Venerandæ Nationi Magistri Padetij Vigilantissimi quondam Collegij Harcuriani provisoris Effigiem ære cælatam dedit, postulavit que per me (ut tanti viri memoria diutius retineretur) ut in publico armario in quo asservantur primitivæ tabulæ, reponeretur. re in deliberationem missâ, omnes Contribules unanimi Consensu prædicto Magistro des Authieux gratias esse agendas et quidem maximas, ipsius que postulationi annuendum Consuerunt, et ita à me Procuratore Conclusum est.

Bonnesoeur

hanc conclusionem expungendam curabit Venr. Mateo utpote adulterinam, et aliam in eius locum substituendam

Anno millesimo septingentesimo septimo, die verò mercurij vigesimâ octauâ Februarij horâ post meridiem primâ, comitiâ à procuratore venerandæ nationis de extra ordinem indicta sunt, postulante M. Pipon philosophiæ in secundo ordine, et Cardinalitio professore septenario, vt tribulis prædictæ nationis adesse velint ad vitam pendentem in suprema curia Parisiensi quam appellant dictus M. Pipon propter beneficium ecclesiasticum, quod obtinet in ecclesia prope Parisios Parisiensis ratâ mensæ decembris anni millesimi septingentesimi quinti M. Carcoul etiam professor septenarius in Lexovio, decretum fuit.

Exposuit procurator se vnâ cum parte M. Pipon fecisse stitisse coram tribunali academico, vt totius vniuersitatis adjunctionem obtineret ipsum rationem quidem mitebatur scripto consignatam obtulisse, sanè paritas postulare videbatur M. Carcoul, re matura perpensâ censuisse prædictum tribunal consulendos esse patronos sua in causa peritissimos à deputatis consultum fuisse M. le Barbier in suprema curia Parisiensi patronum qui respondit non esse ea re academicâ vt vniuersitas ad eam litem accederet, et idcirco M. Pipon deputatos vniuersitatis adjunctionem vtique denegasse, ipsum postea ad artium facultatem, vt ipsius adjunctionem haberet, confugisse.

Legit præterea procurator scriptum in quo M. Noiret in suprema curia Parisiensi patronus hac de re consultus respondit, neque vniuersitatem, neque artium facultatem ad hanc causam accedere debere, vtpote cum hanc actionem insolitam esse, absque fundamento, nihil quæ posse adduci articulo quinquagesimo quarto statutorum, in quo non contineatur quod petit M. Pipon.

Exposuit ex altera parte procurator M. Pipon litteras nominationis habere à Rectore Parisiensi, M. Carcoul habere tantum ab academiâ Cadomensi, nimirum privilegio septenarij comesso quærere posse præter graduatos Parisienses.

Legit denique procurator datas et conclusiones vnam ad deliberandum, alteram à fidelissimâ nationis Picardiæ quibus petebat prædictas nationes ad consulendum M. Pipon accedere, et se illius causam vtpote vniuersitatis communem sperare.

His ita expositis, audito venerandæ nationis aquissimo arbitrio, rectè in deliberationem missum est an omnibus tribulibus qui aderant non placuerit adesse tribunali Parisiensi quod hanc adjunctionem vt publico bono nocivam petito M. Pipon denegaverat.

Alij placuit remittendum ad superiores litteras audiendum esse, et ita à me procuratore conclusum est.

Actum est in eadem comitia de iis qui hujusmodi adjunctionis suscipere deberent, placuit comparendum ad eam diem nationum tertij, alij contrarium, comparendum, postea est ostensum quo quominus hujusmodi adjunctio impetrij nationis, sed postea M. Pipon in cujus gratiam concessa fuerat, sustineretur, actum parte existente, postulavere M. Odelerge, M. le Febure, M. Leisse viri procuratorij, M. Plaine et ange, Madeline, M. Josset questor, Baranton, et alij M. Pipon fovere.

Die vigesimâ quartâ martij anni 1707, unanimi omnium tribulium suffragio, qui mihi succederet electus est vir charissimus M. Nic. Morin Eloquentiæ professor in Mazarinæo, vir pietate et doctrinâ insignis, iisque dotibus quæ ad maximas dignitates sustinendas necessariæ sunt, ornatus. Deinde quadrumvir electus sum.

Bonnefoeur

Acta
Venerandæ Normanorum Nationis
Procuratore M. Nicolao Morain Lexoviensi, & in Collegio Mazarinæo Rhetoricæ Professore Emerito.

a die 24a Martij anni 1707.

Die 24a Martii anni 1707 comitiis ordinariis mane post sacrum in sacello Harcuriano habitis, omnium Tribulium consensu Ego Nicolaus Morain Lexoviensis, Venerandæ Nationis Procurator electus sum, Magister vero Joannes Bonnesœur Exprocurator Quadrumvir creatus est.

Morain

Eâdem die in comitiis præclaræ facultatis Artium apud Maturinenses habitis prorogati sunt fasces Rectorij M. Petro Billet clarissimo Rhetoricæ Professori in Collegio Sorbonæ-Plessæo.

Morain

Die secundo Mensis aprilis anni 1707 in comitiis ordinariis Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem habitis in Sorbonæ-plessæo, factâ supplicandi potestate Benedictus Ludovicus Bourganel, delectique aliquot artium Magistri nomine tam suo quam aliorum in artibus Magistrorum, qui pueros et adolescentes alunt et docent privatis in Pædagogiis, Amplissimo Rectori, sapientissimis Decanis, ornatissimis Procuratoribus Libellum supplicem exhibuerunt, postulantes 1o ut se Universitas specialius susciperet sub suo tutamine adversus

quosdam homines, a quibus quotidie in juventutis institutione perturbantur; 2° ut sibi leges statuerentur, et quisquis de nupere instituenda juventutis curam Magister artium suscipere vellet, ad Deputatos Universitatis specialem permissum, litterasque acceptarus accederet; 3° ut iidem Deputati pro suâ prudentiâ delectos idoneos viros mitterent, qui dictorum Magistrorum in instituendis adolescentibus curam inspicerent; quibus auditis et egressis, M. Edmundus Bourgot Syndicus dixit se nihil morari quominus illis Magistris artium indulgeatur, sed videri sibi ex re atque honore Universitatis esse ut illa suos alumnos adversus quoslibet tueatur et defendat, modo ipsi se intra suos limites continuant, hoc est, si nullos domi suos adolescentes, qui nonum annum excesserint, instituant, nisi in scholas Academicas veniant; de quibus per Amplissimum Rectorem missâ in deliberationem, rogatis dictisque sententiis, placuit unanimi consensu Deputatis, annui supplicationi prædictorum in artibus Magistrorum, tueri illos voluti clienteis adversus quoslibet, modo neminem domi suos adolescentes qui nonum annum excesserit, instituant ac retineant, qui non in scholas veniat Universitatis; in fidem vero academicæ non recipi eos Magistros, qui ad id ipsum facultatis ab ipsa per litteras non acceperint, priusquam privatum ejusmodi pædagogium aperiant. placuit item rogari D. Rectorem uti prædictis Magistris certas ad muniendum Statutorum Universitatis leges velit conscribere, quibus ejusmodi pædagogia ad eandem normam regi possint atque administrari utilius; ac deputari quosdam viros academicos, qui dicta pædagogia lustrent, viderint utrum in iis adolescentes ad omnes virtutes pariter et ad scientias informentur: curentque dictas leges ab amplissimo Rectore componendas, diligenter observari. atque ita ab Amplissimo Rectore conclusum fuit. Morain

Die 16ª ejusdem mensis aprilis habita sunt comitia extraordinaria apud Ampl. Rectorem quo venit D. Duret in Curia Magni Consilii præsens, qui dixit quo die aprilis 1702 magnam fundi sui in prato clericali partem Academiæ Domino Predot vendidit, dictum prædot coram Notariis declarasse fundum illum non sibi, sed D. Danchet emi: eodem quoque die dictum Danchet pariter coram Notariis declarasse neque se verum emptorem esse fundi illius, sed D. Duret, cui suum commodet nomen: Exinde se (D. Duret) in dicto fundo suis sumptibus ædificia prægrandia pulcherrimaque extruxisse, quorum unum cum D.

Dux de Beavillier empturum se diceret, velletque prius liberum fieri omni pignore alieno, hinc factum esse ut ipse in suum hunc ipsum fundum regias manus injecerit, illumque publicè visus sit a dicto Danchet redemisse. Nunc tamen illam domum non Duci de Beauvillier venum iri, sed D. de Maisons in Supremo Parlamenti Curia praesidi Infulato, quîcum de pretio iam ac conditionibus convenerit; sibi verò, si stricto jure secum agatur ab academia, bis necesse fore censuales obventiones persolvere, semel quod supradictum fundum a dicto Danchet redemerit; iterum quod illam domum sit praedicto D. de Maisons venditurus: Itaque aut totum jus clientelare, aut saltem maximam eius partem sibi remitti postulavit. Audito Syndico Universitatis placuit huicce deliberationi ad tempus supersederi; interea deputari M. Barrieres juris Decanum, M. Fourel Galliae procuratorem et M. Pouvchot qui D. de Maisons virum amantem Universitatis, honoris causâ invisant et quod ab eo de pretio et conditionibus illius venditionis acceperint, proximis comitiis referant ad Tribunal academiae; atque ita ab A. Rectore conclusum.

Morain

Die 21° aprilis deputati Universitatis apud Ampliss. Rectorem in Sorbonae-plessaeo fuerunt congregati super negotio, D. Duret. M. Bariere, M. Fourel et M. Pouvchot retulerunt se ab Illustrissimo praeside de Maisons humanissimè exceptos et rescivisse rem ita se habere, ut illam D. Duret antea exposuerat. praeterea D. Duret quem pariter inviserint, addidisse sibi in animo esse Caput seu sortem principalem redimere pensionis illius, ad quam singulis annis teneatur erga Universitatem pro emptione totius fundi quem possidet in prato clericorum; providendum itaque deputatis ut illa summa quae est circiter 23000 tt, ita collocetur, ut sibi numquam fraudi esse possit illam persolvisse; de reliquo sperare futurum, ut sibi quod antea de censualibus obventionibus postulavit, concedant ultrò deputati. quâ de re audito Syndico unanimi consensu placuit summam illam 23000 tt ~~pro~~ ubi primum fuerit persoluta, quod satis tam dicto D. Duret, quam aliis

tatum sit, collocari: de censualibus obventionibus, quod spectat ad primam venditionem, nihil planè exigi, quia revera est simulata; quod verò spectat ad secundam venditionem, quoniam solemni statuto sancitum est, nequando quovis prætextu deputatis liceat obventionum censualium plusquam tertiam partem remittere, placuit e viginti, qui debentur, denarijs, in gratiam dicti D. Duret, octo remitti, eâ tamen conditione, ut quidquid debet usurarum sortis illius principalis, unà persolvat. atque ita ab Amplissimo Rectore conclusum fuit. Morain

Eodem die 21° aprilis delecti è privatorum Pædagogiorum Magistri, postquam Amp. Rectori & Deputatis gratias retulerunt, quod eos in fidem et clientelam Academiæ recepissent, postularunt sibi quamprimum describi leges, quibus se diligenter obtemperaturos iterum promiserunt. Deinde ut ad eam litem quam cum Domino Cantore Ecclesiæ Parisiensis, parvarumque, ut aiunt, Scholarum Magistris habent, academia velit accedere; audito Syndico Universitatis, rogatis dictisque sententiis, ab Amp. Rectore dictis Magistris responsum est se propediem habituros illa statuta, quæ die 2° hujus mensis ab academico Tribunali petierint; Universitatem quidem ad eam litem, quam cum D. Cantore, Magistrisque parvarum Scholarum habent, non accessuram, nec tamen suos clientes passuram indefensos; sed A. Rectorem cum aliquot deputatis, ubi opus fuerit, iturum, jusque Magistrorum in artibus tam Illustrissimo Senatus principi, quam primariis Judicibus studiosè commendaturum. Morain

Die 7° Maij in comitiis ordinarijs Deputatorum Universitatis apud Amp. Rectorem habitis, M. Claudius Caperonnier Magister in artibus et Licentiatus Theologus eleganti oratione postulavit, ut si liber a se de veteri græcæ linguæ pronunciatione, Universitati die 5° februarii oblatus, referentibus ornatissimis viris ad illum examinandum deputatis, publica luce dignus videretur, liceret sibi illum, sub auspiciis ac nomine Universitatis, typis quamprimum mandare; postea addidit majus se habere in animo consilium Eustathium, eruditissimum illum Homeri Interpretem nondum fuisse nec castigatè editum nec a quoquam aut è græco in Latinam linguam conversum aut notis necessariis illustratum; ad hæc tria se deo juvante aggressurum; et quidem operi se jam primam admovisse, codicesque duodecim, quos exhibuit, absolvisse; quamquam opus sit maximi et longi laboris, satis scire perficiendi sibi non defore voluntatem, nec facultatem defuturam, si Universitas cujus antea benignitatem expertus sit, studia sua foveat et adjuvet ad id opus quod optimæ parenti litterarum tam

Libenti, quam grato animo sit consecraturus. Illo deinde egresso M. Petrus Billet Rector, M. Joannes Dupuis Picardiæ Procurator, M. Edmundus Pourchot Syndicus & M. Petrus Viel Scriba universitatis retulerunt Librum illum de veteri Græcæ Linguæ pronunciatione fuisse a se diligenter examinatum; in eo exquisitam quamdam eruditionem contineri; vix credibile esse quot authores plerosque nondum editos et in Bibliothecarum variarum tenebris delitescentes, a M. Caperonnier consultos fuisse oportet; nec modò illum de Græca pronunciatione, quod pollicetur, sed de Latina quoque lingua passim præcipere, multasque animadversiones ad Intelligentiam authorum perutiles conspersisse. Itaque opus videri et publicâ Luce et Academia parisiensi dignissimum. unum modò cavendum, ut in verbis acerbi nihil insit, ubicumque adversæ Sententiæ Authores seu viri seu jam fato functi confutantur. Ego ipse novus Normaniæ Procurator, qui Librum eumdem ab authore iam ante mihi allatum legeram, rogatus quid de eo sentirem, quæ a Deputatis relata sunt, meo calculo comprobavi. M. Edmundus Pourchot Syndicus universitatis dixit egregium hoc fore Universitati, si quod multi doctissimi viri opus detrectarunt, ex academicis unus exequatur; è multis vero M. Caperonnier unum esse cui ad id feliciter absolvendum et natura sagax ingenium et labor improbus omnia doctrinæ adjumenta tribuerit; quamobrem censere se, tanti viri industriam omni honestâ ratione acuendam et quo laboris tædium lenius ferat, pensionem ex Ærario Universitatis, qualem deputatis placuerit, per singulos annos persolvendam: Re ab Ampl. Rectore proposita ad deliberandum, rogatis dictisque sententijs placuit unanimi consensu omnibus et singulis deputatis, 1° gratum esse Universitati Librum M. Caperonnier de veteri Linguæ Græcæ pronunciatione, quem academiæ optet dedicare; ita tamen ut honestis agatur verbis, ubicumque adversæ sententiæ authores confutabuntur. 2° gratum pariter fore super Eustathio opus quod meditetur; quòque illud alacrius exequatur placuit ex Ærario universitatis à Quæstore eidem Magistro Caperonnier persolvi quatuor æquis pensionibus, quamdiu in id opus incumbet, summam 400tt eâ conditione ut quotannis certum novorum codicum numerum Amp. Rectori ac deputatis exhibeat; qui deinde Codices dictis M. Billet, Dupuis, Pourchot, Viel et Mihi (etiamsi quis nostrum è munere suo excesserit) aut aliis deputatis tradentur examinandi. Atque ita ab Amp. Rectore conclusum est.

Eodem die 7° Maii 1707 Rector amplissimus cum omnibus Deputatis invisit in privatis adhuc ædibus suis commorantem Illustrissimum pelterium Senatus principem in locum integerrimi et academiæ amantissimi Harlæi a Rege suffectum die 16a Aprilis. Rector pallio nigro, cæteris nigris pariter togis, sine trabeis et fascibus atque Lictoribus. oratione Gallicâ usus est in salutando.

Morain

Die 26a Maii 1707 veneranda Natione rite convocatâ et in Harcurio, horâ primâ post meridiem congregatâ, Ego Procurator exposui Venerandam Nationem iam antea non semel statuisse é re sua et totius facultatis artium esse ut ad partes accederet M. R. Pipon in Cardinalitio Professoris Septenarii, nunc cum M. Petro Courcoul Humanitatis in Lexovio Professore, de Beneficio Ecclesiastico apud Supremam Curiam Parisiensem litigantis; Tempus jam adesse, quo litem hanc nomine ipsius Nationis instrui, curari et ad judicium comparari oporteret, atque adeo nominandos esse aliquot é venerandis Tribulibus viros prudentes et sedulos, qui hanc in causam serio et diligenter incumberent; atque ut appareat Nationem verâ causâ, certâque ratione inductam, bonâ fide suas hac in lite partes tueri velle, quemadmodum aliæ nationes, quæ huic pariter liti intervenerunt, suas tuentur, videri expedire, ut quod jam ante etiam a Natione decretum est, in partem veniat impensarum quæ ad litem persequendam necessariæ futuræ sunt, Re a Me in deliberationem missâ, rogatis dictisque sententiis, censuit veneranda Natio prioribus conclusionibus standum esse, atque adeo causam illam a se omni ope atque operâ deffendendam: — Deputatos qui totius litis curam gerant nominavit M. Jacobum Lavoisé, Guillelmum Dagoumer viros Procuratorios, illum in Regiâ Navarrâ humaniorum Litterarum, hunc in Harcurio Phiæ Professorem et M. DeLaval in Marchiano Rhetoricæ Professorem viros prudentes et rerum academicarum peritos: denique, quoniam et sua et aliarum nationum res agitur, impensarum partem in se recepit. et ita a Me conclusum fuit. Morain

Die 4° Mensis Junii in comitiis menstruis apud Ampl. Rectorem habitis M. Barriere Decanus jurium dixit, cum in superioribus comitiis a quopiam ex academico Tribunali mentio injecta fuisset de sportula eroganda Oratori qui præfectum urbis et ædiles ad Panegyricum Ludovico Magno ire academiæ nomine invitatum, se quidem tum nescium, quantæ illa res esset difficultatis, mentionem illam compressisse, nec censuisse ullam erogandam; nunc autem ex quo M. Pourchot dicenti die Lunæ 16 Maii adfuerit, Intelligere quanto labore accuranda sit ea oratio, quæ quo debeat

vix brevior, hoc sit operosior, et coram numeroso Aditium collegio
januis apertis habeatur. itaque quid ofeciant, qui dimittendi deputa=
buntur Oratores non leve sibi partes esse commissas academicæ
famæ sustinendæ, censere nummum aureum illis pro navata
opera ex ærario Universitatis persolvendum. Remisso ab amp.
Rectore in deliberationem, omnes censuerunt ei, qui dimittendi ad
invitandos Professum et Aditem Oratos deputaretur, ex ærario
publico nummum aureum erogari et à M. Bourgeot pro habita
nuper oratione, duci imitium. atque ita ab amp. Rectore conclusum
fuit. Morain

Anno Domini 1707 die Lunæ 6ª Junii rite convocatis et apud
Harcurium horâ post Meridiem primâ congregatis Professoribus
venerandæ Nationis, postquam M. Joannes des Authieux Quæstor
sive Receptor pecuniarum è Nunciatibus redeuntium exposuit
M. Joannem B. Dufresnoy Canonicum Ecclesiæ Cathedralis
Parisiensis ad se nuper venisse et petivisse ut sua pars
Nunciatuum sibi, utpote Emerito Professori solveretur; postquam
item quæsivit dictus Magister des authieux quonam modo
agendum esset cum dicto M. Dufresnoy, qui suam partem Nunciá-
tuum titulo Professoris Emeriti sibi deberi contendit. Re per
me Procuratorem V. Nationis in Deliberationem missâ, Rogati
Sententiam Professores censuerunt, cum antiquo more et usu
perpetuo venerandæ Nationis cautum sit, ne cuiquam Professori
Emerito, qui pinguis Beneficii fructus percipiat, ulla pars
pecuniæ Nunciatuum concedatur, nihil ex ea pecunia Magistro
Dufresnoy deberi, ex quo dicti canonicatus fructus percipere
cepit; atque adeò eum in partem distributionum nec vocandum
esse nec admittendum. atque ita a me V. Nationis Procuratore
conclusum fuit. Morain

Die 9ª ejusdem Mensis junii 1707 habita sunt comitia
Procuratoria facultatis Artium extraordinaria apud Maturinenses
horâ septimâ matutinâ ad novum Divæ Genovefæ Cancellarium
admittendum: convocati prædicti fuerant singuli Magistri jussu
Rectoris per Bidellos sua quisque Nationis: ubi primùm D. Rector
vestibus indutus Rectoriis locum sumsit cepit, stans ad latus ejus
latus Syndico Universitatis adfuit cum magnâ caterva Genovefa-
norum Canonicorum Venerabilis in Christo Pater Dom. Duvau
Canonicus ex eodem ordine Regularis et Sacrarum Litterarum in
suo Monasterio Lector ab annis plus viginti, constitutique in plano
aulæ ornatiss. Procuratorem, ubi Supplices stare solent, ornatum

Epomide non prætextatâ et pileo quadrato. D. Rector congregationis causam aperuit, venerabilem patrem Dautrourt antea Cancellarium suam dignitatem iam senem abdicasse; videndum nunc utrum quem VV. ac Religiosus abbas D. Genovefæ pro suo jure nominasset, talis esset, qui tutò a Præclara Artium facultate posset admitti; tum dictus venerabilis Pater Duvau orationem exorsus eloquentissimam atque academicis perinde ac Genovefianis gratissimam, amplissimi Rectoris & Patris Dautrourt decessoris sui laudibus plenissimam. Illum statim excepit Syndicus Universitatis, ostenditque Universitatem parisiensem Regium opus esse ac totam Regiam, natam in Regia, a Regibus huc usque tamquam a parentibus dotatam ac gubernatam; ne tamen scientiæ quas docemus, profanæ penitus viderentur, nisi & benedictio Pontificalis accederet, hinc creatos fuisse et B. Mariæ, dum Universitas inter pontes, ut aiebant, habitaret, et B. Genovefæ postquam hos montes cepit incolere, Cancellarios; quorum hæ tantummodo partes sunt in Universitate ut futuris Doctoribus benedictionem Pontificalem impertiant. multa subjecit in laudem Patris Dautrourt; multa de modestiâ, scientiaque P. Duvau nunc admittendi. postea Rector ampl. jussit a scriba Universitatis legi alta voce Litteras V. abbatis Sangenovefiani; quibus lectis Syndicus dixit nihil morari se quominus dictus pater Duvau in Cancellarium admitteretur. Deinde Nationes ab ampl. Rectore missæ ad deliberandum secesserunt et per ornatissimos suos Procuratores retulerunt cum Elogio admitti ab omnibus dictum Reverendum Patrem Duvau in Cancellarium D. Genovefæ: atque ita ab ampl. Rectore conclusum fuit. itaque continuò accessit ad Sacramentum, illudque tactis Evangeliis in manibus ampl. Rectoris præstitit. Exinde in locum eminentiorem deductus est, stetitque ad latus dextrum D. Rectoris, lævum tenente Syndico, ubi gratulatoriam oratiunculam iterum habuit. ad ultimum postulavit in Procancellarium ejusd. D. Genovefæ admitti M. Stephanum Millanges, quem proposuit, Doctorem Theologum è Societate Navarrica et Sacræ Theologiæ ibidem professorem, in locum clarissimi viri M. Lefévre, qui proncancellariatum deponeret, Doctoris item et Professoris Theologiæ Navarrici; postquam Syndicus de dicti M. Millanges laudibus retulit, D. Rector postulationem Cancellarii subjecit deliberationi Nationum, quæ iterum secesserunt ad deliberandum, et continuò Procuratores retulerunt omnibus placere et singulis nominationem dicti M. Millanges in Proncancellarium apud B. Genovefam; atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. Morain

Die 22° junij anni 1707 in comitiis ordinarijs nationis in Justiniano habitis post sacrum electus est in quadrumvirum M. Vadelorge vir

Procuratorium. Deinde postquam M. Joannes des authieux Receptor
pecuniarum Nunciaturæ exposuit M. J. B. Duhamel canonicum
Cathedralis Ecclesiæ Parisiensis vadimonium sibi dixisse apud
Prætorem parisiensem, ut dictus des authieux sententiâ prætoriâ
cogeretur dicto M. Duhamel partem pecuniæ Nunciaturæ, quam
sibi deberi contendit, solvere, Ego Venerandæ Nationis Procurator
rogavi Venerandos Tribulos unum ex suis litem placeret nomine nationis
sustinere et deputari quosdam è Tribulibus qui hoc negotium
omne curarent et instaurarent, confacerent omnes litem hanc
nomine Nationis sustinendam et persequendam: deinde Tribuli
qui litis curam gerendam nominarunt M. Franciscum Cuenot —
Professorem Emeritum, M. J. des authieux, M. de la Voisé, atque
ita à me conclusum fuit. A Coray

Eodem die ejusdem Mensis in comitiis Rectoriis Præclara artium
facultatis apud Matarinenses sorâ 10ª, ut moris est, confirmatur
ex Quadrumvir M. Vadolorge antiquus Procurator et Emeritus
Professor, matutinis horis celebratus. Inter multos Supplices qui
accesserunt, unus Daniel Edmundus Joannes de Pinteville, nobilis,
clericus catalaunensis, protulit quidem testimonia et Illustrissimi
Episcopi catalaunensis, et professoris quo parisiis utitur in —
physica, M. de Montempuys, quibus fidem faceret se per biennium
in academia Rhemensi philosophiæ operam dedisse, atque adeò
postulavit ut istud biennium Rhemense pro uno anno haberetur;
sed quia Supplici decreti Diploma Rhemensis academiæ majori
sigillo, ut dicet, munitum, ideo placuit Venerandæ nationi et aliis,
ipsi ea conditione indulgeri ut diploma illud Rhemensis academiæ
majori sigillo munitum intra 15 dies M. Edmundo Bourgeot —
Syndico exhiberet, qui illud cum ampl. Rectore, quatuorque —
Procuratoribus communicabit. Ad ultimum ego (monitus a
quibusdam Nationis V. Tribulibus) in referendâ sententiâ V.
Nationis, addidi a V. Nationis admitti nunc tres illos Supplices
quos die 16ª Decembris superioris anni rejecerat, quod sibi ab
ipsis tandem satis factum fuerit. A Coray

Die 28ª Junii in comitiis apud Harcurianos habitis. M. Joffet
Quæstori Nationis, munus Quæstorium in alterum annum proroga
tum est; cujus Rationum auditores a me Procuratore designati —
MM. Franciscus Cuenot, Guillelmus le Moloré, Dionysius Laisné
Exquæstor, Michael Le febvre Licentiatus Theologus, a Natione
admissi sunt. admissi pariter, quos nominavi in Examinatores
candidatorum Baccalaureatûs artium MM. Carolus Massif —
Baccalaureus Theologus Rothomagensis, Joannes du Hamel

Philosophiæ Professor in Grassinæo, Bajocensis; M. Richardus Regnaut Baccalaureus Theologus, Bajocensis; M. Andreas Le Soudiere Baccal. Theologus constantiensis. Morain

Eadem die, postquam retulit M. Josset Quæstor V. Nationis sibi per apparitorem significatum esse actum Intercessionis, quâ videlicet MM. Anger, Barançon et Madeline in Collegio Lexovio Professores intercesserant quominus ullæ impensæ pecuniarum fierent nomine Nationis, ~~et ab ejus Quæstore~~ ad litem adversus M. Courcoul persequendam, et ullæ pecuniæ a Quæstore M. Josset ad id solverentur; item postquam actum illum perlegi et recitavi, Re in deliberationem per Me Procuratorem missâ, placuit Venerandæ Nationi, quod jam non semel statuerat, partem impensarum illarum a Quæstore suo M. Josset, solvi suo nomine; in illa causa ad quam accessit, rem agi non privatam aut propriam solius M. Pipon, sed communem, quæ videlicet ad omnes Graduatos universitatis Parisiensis pertineat; ac proinde intercessionem illam futilem esse, nec ejus rationem habendam; atque ita a Me Procuratore conclusum est. Morain

Die jovis 14°. julij anni 1707 in comitiis extra ordinem apud Harcurium habitis Hora post Meridiem primâ, convocati per Schedulam, ut fieri solet, Gymnasiarchæ & Professores Collegiorum pleni, ut aiunt, exercitij Venerandæ Nationis adfuerunt. Tum Ego Procurator retuli me monitum esse M. J. Duhamel Canonicum Ecclesiæ Metropolitanæ Parisiensis acriter persequi litem apud Prætorem urbanum adversus M. Desanthieux Quæstorem pecuniæ Nunciatuum, quamquam dictus M. Duhamel rescire debuerit rem agi non prædicti Quæstoris, sed omnium Gymnasiarchorum & Professorum dictæ Nationis, a quibus dictus Quæstor sæpe jussus fuerit nullam partem pecuniæ Nunciatuum dicto M. Duhamel solvere, ex quo pinguis Beneficij fructus cepit percipere. Rogatis per me Procuratorem, quid super ea re censerent esse faciendum Gymnasiarchis & Professoribus omnibus unanimi consensu placuit conclusionem Nationis die 6ª junij latam confirmari; iterum juberi dictum Quæstorem nullam omnino partem pecuniæ Nunciatuum dicto Magistro Duhamel ob rationes in ~~sup~~ modo dicta conclusione allatas, persolvere; eidem M. Duhamel denunciari causam eam non Quæstoris esse, sed Gymnasiarchorum et Professorum Venerandæ Nationis, et ad eam litem in foro Castelleti persequendam & curandam nominari M. J. Fossier in eodem foro Procuratorem; atque ita a Me Procuratore conclusum est. Morain

Die jovis 21° julij habita sunt extraordinaria comitia Deputatorum universitatis apud Ampl. Rectorem in Collegio Sorbonæ-plessæo. D. Rector comitiorum causam exposuit, venisse ad sese, qui dicerent Illustrissimum virum D. de Harlay, nuper Senatûs Principem, de coemendis ædibus D. Laugeois, quæ sunt in fundo universitatis, cogitare; sed velle priusquam emat, cum Academia de censualibus obventionibus pacisci; offerri verò opportunissimam occasionem, in qua gratam suum animum erga tam bene meritum de se virum Academia significet. M. Edmundus Pourchot Syndicus dixit Illustrissimum Harlæum è nobilissimâ inter paucos familia natum, in sinu academiæ educatum fuisse à puero, ac deinceps per annos plus quadraginta, quibus in amplissimis Magistratibus fuerit, modò Generalis Gallici Senatûs Procurator, modò ejusdem Senatûs Princeps, avitæ laudis æmulum non desiisse tutorem esse et Parentem universitatis: Quoties ad illum Academia de suis negotiis adierit, alloquio tam benigno, aditu tam facili exceptam fuisse, ut nunquam inde, nisi lætior redierit; Ipsum hoc Patrimonium Universitatis, in quo sitæ sunt ædes illæ D. Laugeois, quod intra suos tandem limites sit constitutum, ejusdem Senatûs principis beneficio factum esse; neque enim se Syndicum, qui cum Rector esset, eam rem perfecerit, unquam fuisse tantum opus aggressurum, nisi supremi Senatûs authoritate fuisset confirmatus. Harlæorum verò familiæ charam ideò semper fuisse universitatem, quòd Labores Academicos reputarent utiles esse Reipublicæ, quam commodis suis usque chariorem habuerint. Nunc verò quòd Amplissimum Magistratum, laboribus exhaustus senex abdicavit, Academicos præ cæteris Ordinibus indoluisse; ob eam tamen ipsam causam, quidquid in ejus gratiam academia consuluerit, multò fore honorabilius: Itaque censuit nulla cum eo conditione de censualibus obventionibus esse paciscendum, sed illas eidem esse ex toto ~~paciscendas~~ remittendas; Re ab amplissimo Rectore propositâ ad Deliberandum rogatis dictisque sententijs, singulis deputatis tantâ animorum consensione, quantâ nunquam antea, placuit non omittendam esse occasionem gratias qualescumque optimo academiæ Parenti referendi; seu illas ædes Dom. Laugeois, seu alias in fundo universitatis emere malit, invitandum, rogandum; de censualibus obventionibus, nulla cum eo conditione paciscendum, nihil ab eo quidquam exigendum, nihil accipiendum. atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit.

Morain

Die 13°. Mensis augusti in comitiis præclaræ artium facultatis apud Maturinenses hora 7ª matutinâ de more habitis ad Eligendos Octoviros Examinatores Candidatorum Licentiatûs in artibus, binos scilicet è singulis nationibus; postquam A. Rector peroravit, M. Raboüin Doctor Theologus, Socius Sorbonicus, B. Mariæ Procancellarius appellavit M. Petrum de Chaumont Baccal. Theol. pro Venerandâ natione, M. verò Millanges B. Genovefæ Procancellarius appellavit M. Joannem Marie in quarto ordine Professorem apud Cardinalitios pro eâdem Venerandâ natione, quos duo ~~...~~ Ego Procurator retuli a Veneranda Natione electos et confirmatos esse.

Morain

Die Sabbathi 27° mensis augusti in comitiis Septembribus propter instantes ferias anticipatis et apud A. Rectorem celebratis comparuerunt Magister Wirius de la Pierre doctor Theologus Collegii Marchiani Primarius ex una parte; ex altera M. Augustinus Frion Magister in Artibus, in eodem collegio Humaniorum Litterarum Professor, cui vadimonium ad eum diem a dicto primario denunciatum fuerat: Lectus est libellus supplex a dicto M. De la Pierre, amplissimo Rectori oblatus: Lecta pariter est Schedula quaedam gallico idiomate conscripta, quâ Magister Frion, quo die professor designabatur, pollicitus erat primario designanti, se nullos convictores, quamdiu doceret in Marchiano, habiturum, suoque munere decessurum, si quando contingeret, ut uxorem duceret; quam Schedulam dictus M. Frion suam esse confessus est. M. De la pierre dixit Magistri Frion non modo contra fidem datam, pensionem, ut vocant, instituisse, sed ipsos Marchianos convictores, è collegio et pensione sua Primarii, in privatam quam habet in vicinia, domum abducere: Praeterea sibi ab aliquot diebus compertum fuisse, eumdem M. Frion contraxisse matrimonium; citavit consuetudinem antiquam Universitatis, quae viget adhuc in aliquibus collegiis, ne sint uxorati professores; subnixus verò maximè est duobus Statutis facultatis artium 60 et 61; deinde postulavit ut quam legem ipse sibi M. Frion fecisset, cum ab ea defecisset, secundùm illam declararetur munere suo excidisse, sibique liceret alium in ejus locum, professorem eligere. Magister Frion respondit se quidem Schedulam illam, imperitum adhuc juris et legum academicarum confecisse; Quòd si peccaverit, qui illam concesserit, in Majore culpa esse primarium, qui illam extorserit contra jus commune, contra conscientiam ac bonos mores, contra Decretum academiae latum die 29°. augusti anni 1699. de Convictoribus declaravit se nullos aut habere domi suae, aut è Marchiano avertisse; nec primarium aliter se rem habere ostensurum: In hoc igitur uno totam verti quaestionem utrum conjugatis liceat esse Professoribus; Nullam autem adhuc super ea re legem academicam, nullum Senatusconsultum: imò declaratum fuisse a supremis judicibus Universitatem ordinem esse mixtum, constantem è clericis, et conjugatis, nec magis hanc litem suam esse, quàm uxoratorum aliorum, qui docent non sine laude pluribus in collegiis atque imprimis nunc in Marchiano. quamobrem postulavit eximi se molestiâ quam sibi M. de la pierre facessit, seque in suo munere conservari: partibus egressis auditus est syndicus Universitatis, qui dixit, neutiquam agi in praesenti negotio de conjugatis professoribus; verùm de Schedula tantummodo, quam M. Frion confecerit; Illam verò privatam esse, privatâ syngraphâ subsignatam; satis sciri, quàm nullius habeantur ponderis in quolibet foro ejusmodi privata instrumenta, quibus libertas hominum in tam gravi materia constringitur; pactis privatorum non derogari juri publico; primariorum quidem esse professorum in academia nominationem et designationem; Institutionem verò

ste facultatis artium in singulis Nationibus: non igitur licuisse primario Marchiano a professore quoy designaret, plus exigere quam Nationum atque Universitatis Statuta exigant: si Statuta exigant uti ne Professores sint uxorati, Schedulâ nihil opus fuisse; ne verò Schedulam ullam exigeret, prohibitum fuisse decreto Tribunalis academici lato die 29 augusti 1699. M. Frion ab ipso M. De la Pierre haberi virum bonis moribus, erudiendaque juventuti idoneum, meritumque tamen fuisse graviter poenare, si convictores Marchianos avertisset; sed actori probandum incubuisse, injectas quidem a primario super eo suspiciones, quas ille refellerit; Censori sic itaque, nullam habendam esse Schedulae supradictae rationem, sed cassam et irritam esse declarandam; cavendum ne dictus M. Frion Marchianos convictores alio quovis de causâ avertat, injungendumque videri, ut omni studio atque officio se in gratiam primarii sui restituat. Rr. ab amp. Rectore missâ ad deliberandum, rogatis dictisque sententiis placuit Schedulam supradictam irritam et cassam declarari; dictum M. De la Pierre actione sua submoveri; vetandum ne Schedulae ejusmodi à Professoribus, quos ad docendum admittet, deinceps exigat; vetandum pariter ne M. Frion convictores Marchianos alio quovis de causa abducat; monendum eundem ut hominibus quibusque rationibus suum sibi primarium reconciliet. atque ita ab amp. Rectore conclusum.

Moray

Die Sabbathi 3ª Septembris in comitiis ordinariis Nationis apud Harcurium habitis, M. . . . d'Herouville in professorem Humanitatis a Primario Marchiano designatus supplicavit pro Regentia et Scholis; admissus est ea conditione ut de numero Professorum esse censeretur ab eo tantùm tempore, quo publicè docere coepisset; et juramentum praestitit. Moray

Die Sabbathi 1ª Octobris in comitiis ordinariis Nationis apud Harcurium habitis supplicavit pro Regentia & Scholis M. Reginaldus Le Cocq, in Professorem Tertii ordinis in Lexoveo a primario designatus. Quia verò cum uxore suâ in dicto Collegio habitat, et praeterea discipulos sui convictores habet, quos alio quàm in Scholas dicti Collegii mittit, quae duo Statutis Universitatis adversantur, placuit supplicem ad Sacramentum admitti ea conditione ut promitteret se Statutis Universitatis satisfacturum, hoc est, cum uxore in Collegio non habitaturum, nec alios discipulos aut convictores habiturum quàm academicos, quique Professores dicti Collegii audire tenerentur. promisit et Sacramentum praestitit. Moray

Eodem die in iisdem comitiis M. J. Lainel Baccalaureus Theologus et Tribulis venerandæ Nationis, in numerum Professorum cooptatus est lecto prius Gymnasiarchæ Grassinæi testimonio, quo constitit dictum M. Lainel in Professorem Quarti Ordinis a dicto Gymnasiarcha designatum esse. Morain

Die 10a Octobris an. 1707, Sacris in Harcurio de more peractis supplicavit pro munere Quatuorviri M. Ludovicus Ronget in Montacuto Professor, et omnium suffragiis in Quatuorvirum electus est creando vel prorogando Rectori. designatus a Me in Pontificem et concionatorem in festo S. Romani M. Richardus Renault, in oratorem vero ad Pontificem pro festo Immaculatæ Conceptionis M.... Roussel Lexoviensis, Licentiatus Theologus, utrique admissus est. Morain

Eodem die hora 10a matutina in comitiis præclaræ facultatis artium apud Maturinenses habitis, M. Ludovicus Ronget Quadrumvir matutinis horis electus, confirmatus est, qui renunciavit a se, simul et aliis Quatuorviris electum fuisse in Rectorem novum, M. Baltasarem Gibert, celeberrimum in Mazarineo Rhetorices Professorem; cujus Electio summa lætitiæ significatione, unanimique omnium Nationum consensu confirmata est. Morain

Die 11o. ejusdem mensis convocati ab Ampl. Rectore novo SS. Decani et procuratores Ornatissimi, ad sui Instructionem seu confirmationem, rogati sententiam; singuli singulis suffragiis factam pridie Electionem M. Gibert in Rectorem confirmarunt, et ratam, gratamque habuerunt. Morain

Eodem die in iisdem comitiis actum est de Prosyndico nominando in locum M. Edmundi Pourchot Syndici, qui pridie electus suæ Nationis Procurator non poterit hoc anno suo Syndici munere defungi, re diligenter perpensâ placuit ad id munus deligi & nominari M. Joannem Dupuis Professorem in Collegio Mazarineo, antiquum Rectorem, virum spectatæ probitatis et fidei, rerumque academicarum scientissimum, qui quamdiu dictus M. Pourchot in Procuratoria dignitate versabitur, ejus locum Prosyndici nomine occupabit, atque ita ab Ampl. Rectore conclusum est. Morain

Die 22o Octobris in pervigilio festi S. Romani post vesperas convocatis Venerandis Tribulibus retulit M. J. Josset Quæstor V. Nationis sibi per accensum significatum esse commentarium expensarum pecuniarum in litem M. Pipon in Cardinalem

Professoris, ad cujus causam accesserat Veneranda Natio, cum aliis Nationibus, quarum pecuniarum Solutionem peteret Procurator M. Courcoul, qui causâ vicerat, rogati Venerandi Tribuli Sententiam super ea re, censuerunt dispungendas et examinandas esse rationes expensarum in eam litem per Deputatos aliarum Nationum, Gallicanæ videlicet et Picardicæ, simul cum Deputatis V. Nationis, quos nominavit, nempe M. Anger, M. Guenon, et M. Lavoisé cum M. J. Josset Quæstore, a quo definitæ et ratæ Summæ tertia pars nomine Nationis Solveretur. atque ita a me Procuratore conclusum est.

Morain

Die 27° octobris in comitiis Censoriis apud Maturinenses habitis, ægrotante M. Gibert Rectore, et ejus loco præsidente Magistro Billet proximo Exrectore, creatus est Censor Ven. Nationis M. J. de Laval celeberrimus Rhetoricæ Professor vir notæ integritatis & fidei. Morain

Die Sabbathi 5° Novembris in comittiis ordinariis apud Harcurium actum est de instauranda Locatione duarum domorũ Nationis, in quarum altera habitat Domina de Champeaux; in altera D. Bicot. quoniam autem relatum est illam Dom. De Champeaux velle sibi fieri aliquam diminutionem pretij locationis, nolle verò actum seu instrumentum Locaõis fieri apud Notarium publicum, ut sumptibus parcatur, placuit 1° diminutionem quam minimam fieri, nec extendi ad 20tt. 2° Si dicta d. de Champeaux pergat nolle fieri a Notario actum locationis, cum fieri a Notario publico sumptibus Nationis. Quod autem retulit M. Josset Quæstor D. Bonafond debere Nationi quinque ~~tres~~ quadrantes pretij Locationis domûs Nationis in qua habitat, nec satis exactè solvere, placuit Venerandis Tribulibus nominari Deputatos M. Vadelorge, et M. Courteil qui dicto inquilino nomine Nationis denuncient, ut debitam a se summam solvat ~~veret~~ præsenti pecunia, aut aliquid certum quod dictæ Summæ æquipolleat, pro pignore tradat ~~veret~~, secus, stricto jure cum eo quamprimum agendum. Morain

Die 24. Novemb. in pervigilio festi D. Catharinæ post officium vesperarum supplicavit pro Regentia & Scholis M... Le Bas Baccalaureus Theologus et omnium consensu admissus est præstito Sacramento. Morain

Die 25a Novemb. 1707 post Missam, Instrumentum seu actum quâ Notario confectum, quo domûs locatio renovatur D. Berot sine diminutione pretii antecedentis locationis pro sexenni proximo incipiente a anni 1708, subscripsi cum Decano, censore, Quaestore &c. Morain

Die 3a Decembris in comitiis ordinariis apud Harcurium habitis retulerunt Deputati die 5a Novembris se ad D. Bonafond adiisse, apud eum conquestos quod non solveret pretium locationis aedium in quibus habitat; eum respondisse sibi tunc praesentem pecuniam non esse, sed se paratum praedem seu sponsorem locupletem dare; Re in deliberationem missâ placuit per accensum 1o denunciari dicto D. Bonafond ut solvat; deinde, si recuset, manum Regis in ejus supellectilem injici atque subhastari, atque ita a Me conclusum fuit. Morain

Die 6a Decembris post vesperas deputati supradicti retulerunt promissum a D. Bonafond sponsorem, nomine D. De la vaute ad se venisse, et quia ille sponsor satis locuples visus est, se cum eo ita rem transegisse, ut de summa quadringentarum libellarum, pro D. Bonafond debitore, sponderet Nationi, atque de hac summâ 400tt caveret oppignerata domo quae sita est in vico novo S. Martini, in cujus possessionem constitit missum esse D. de la vaute sententiâ proprætoris urbani, et hanc pacificè possidere. Hujus sponsionis instrumentum apud Notarium confectum est. Morain

Die 16o Decemb. in comitiis Rectoriis facultatis artium apud Maturinenses, M. Roussel Licentiatus Theologus matutinis horis ~~apud~~ in Justiniano, in quatuorvirum a Natione electus, ab eadem confirmatus, cum aliis Quatuorviris fasces Rectorios ampli Rectori M. Baltazari Gibert prorogavit; quae prorogatio omnibus et singulis grata & accepta fuit. Morain

Die Sabbathi 7o Janvarij anni 1708. Supplicavit pro Regentia et Scholis M. Osmont Baccalaureus Theologus, et postulavit ut placeret Nationi sibi ignosci, quod adversus eandem Nationem peccaverat, cum in lite inter Nationem et Provisorem domûs Harcuriane M. Louvency, quae a Proprætore urbano secundum Nationem judicata fuerat, ipse consilio et artibus quorundam deceptus supremam curiam contra jus appellarat; culpam confitentem et veniam petentem omnes censuerunt admittendum.

Deinde aequissimus Censor M. De Laval exposuit 1o cum e dignitate Nationis neminem nisi dignum in eius gremium admitti; 2o cum periculum sit ne quidam qui sint ex aliqua congregatione aut Societate sive Regulari, sive Seculari non academica, in gremium nationis irrepant, ut jam contigit, difficile autem sit statum

cujuslibet Supplicantis dignoscere, sibi videri expedire ut qui-
cunque ad Supplicandum pro Regentia et Scholis accederent,
afferrent testimonia virorum dignitate, fide et authoritate
commendabilium, quibus constaret Supplicantes bonis et probatis
esse moribus; deinde conceptis verbis jurarent se nulli congregaõi
aut Sodalitati Regulari aut etiam Seculari quae non sit academica,
nomen dedisse: Re in deliberationem per me missâ de primo
capite placuit nihil statui; de secundo verò censuerunt omnes
Supplicantes pro Regentia et Scholis conceptis verbis jurare
debere è nulla se Societate aut congregatione seu Regulari, seu
Seculari non academicâ esse, ut jam statutum et conclusum fuit
a Natione anno 1698. atque ita Me procuratore conclusum est.

Morain

Eodem die 7° in comitiis ordinariis apud A. Rectorem habitis in
Collegio Mazarineo, de lite quam Universitati publicanus
quidam nomine Chapelet apud Sanctius Regis concilium pro jure
morticinij (amortissement) Collegij Sanbarbarani intenderat,
cujus procuratio litis commissa fuerat fidei ac diligentiae M.M.
Pourchot Galliae Procuratoris et Billet Quaestori, retulit dictus
M. Pourchot id negotium ad eum exitum perductum fuisse, quem
universitas maximè optare potuerit; illam enim amplissimo
Sanctioris Concilij decreto Liberatam fuisse; id verò deberi cum
causae aequitati, tum etiam et benevolentiae in academiam Illustrissi-
morum DD. Darmenonville et Le Pelletier des Forts et curis ac
solicitudini MM. Collesson et Rollin, a quibus ipsi deputati
egregiè adjuti fuerint.

Die 4a Mensis Februarij in comitijs ordinarijs Deputatorum
universitatis apud ampl. Rectorem habitis in Mazarineo tria
fuerunt capita deliberationis. primum de lite graduatorum
hujusce Universitatis adversus Illustrissimum Episcopum audo-
marensem; secundum de jure clientelari, de quo aliquid sibi ab
universitate postulat remitti Illustrissimus abbas de Arvernia
pro magnifica domo quam emere cogitat a D. Praeside Duret in fundo
universitatis. tertium ut iniretur aliqua ratio quâ a Syndico
caeteri deinceps minoribus Magistratibus, quibus solet, deferrentur
paulo decentius.

Ad 1um caput retulit Rector amplissimus consultos a se fuisse
Patronos in rebus Ecclesiasticis versatissimos, qui gravissimis de-
causis, quas ipse exposuit, graduatorum jus, in ea lite, certum atque
indubitatum esse responderint; quare audito M. Dupuys pro syndico
placuit Universitatem ad causam graduatorum suorum adversus
D. Episcopum Audomarensem accedere, eorumque jus quam optimâ

ratione deffendi.

Ad 2.um caput; cum deputatis sit imposita lex ne consualium obventionum plus umquam quam tertiam partem remittant, audito M. Dupuys prosyndico placuit remitti Illustrimo abbati de jure clientelari octo denarios, atque unum assem sive duodecim denarios in singulas libellas pro emptione dictae domûs, si contingat, exigi.

De 3.o capite placuit ad proxima comitia ordinaria ampliari.

Morain

Die 14.o februarij convenerunt apud amplissimum Rectorem Decani et Procuratores cum suis adjunctis & officiariis universitatis ad audiendas et [illegible]ungendas rationes M. Petri Billet Quaestoris generalis universitatis pro acceptis & expensis a 1.o die Januarij 1707, ad ultimum diem Decembris ejusdem anni 1707. quae rationes ab omnibus probatae sunt.

In iisdem comitiis tria capita Rector Amplissimus proposuit ad deliberandum.

1.um utrum Succenturiato Bidello Nationis Picardicae, nomine de S.t Martin aliquid mercedis daretur, quod ejus famulatu extraordinario hoc anno usi essent tam M. Billet Exrector, quam M. Pourchot nunc Galliae Procurator, in rebus ad academiam spectantibus; quâ de re audito Prosyndico placuit dari dicto de S.t Martin 30.tt libellas, sed pro hac vice tantum, atque ita ut non trahatur ad consequentias.

2.um caput, utrum conveniret ampl. Rectorem in ministerijs ad academiam spectantibus alios adhibere, quam qui sunt bidelli, putâ Succenturiatos, cum teneantur omnes ex statutis cujusque Nationis ipsi praesto esse quotidie, atque ubi opus est famulari; audito Prosyndico placuit pluribus suffragiis convenire ampliss. Rectorem uti bidellis suae Nationis; si alios adhibeat, nullam eorum laboris haberi deinceps in danda mercede rationem.

3.um caput fuit, utrum duobus Bidellis Nationis Gallicanae attribueretur hoc anno summa pecuniae, quae ab aliquot annis addi solet in rationibus pro operâ extraordinariâ ~~attribui~~ quam nullam hoc anno exhibuerunt; audito pariter Prosyndico placuit nullam pecuniae summam pro operâ extraordinariâ attribui, neque hoc anno Bidellis Nationis Gallicanae, neque deinceps aliis cujuscumque Nationis, eamque conclusionem vim legis in posterum obtinere; quando tamen aliquod negotium inciderit, ad quod Bidelli amplissimi Rectoris laboris aliquid extra ordinem insumere tenebuntur, aequum esse illos remunerari; quod autem ipsis pro illis laboribus debeatur, in menstruis sequentibus comitiis definiri ac solvi; atque ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. Morain

Die 22° ejusdem mensis februarii 1708 habita sunt extraordinaria comitia Deputatorum universitatis apud amp. Rectorem in collegio Mazarino congregationis autem causa talis fuit. Venerat ad amplis. Rectorem D. Duret in curia magni consilii Pratis, dixeratque se tandem primo quoque die redhibiturum sortem principalem sui capitis annui pensionis, quam dicebat universitati pro parte illa quam ante aliquot annos emerat, prati clericalis; solutorum tamen ex ea pretii nummis nummorata, sed schedulis monetariis ab erario extraordinariarum belli impensarum exigendis (en billets sur l'extraordinaire des guerres) in quo nihil dicebat noceri universitati, cum illa teneatur dictam sortem principalem alio collocare, et secundum regiae sanctionem praefecturae de Adiles verbis, ejusmodi schedulae monetariae jubeantur non secundum rationem quae est centenarii ad 6 1/4, seu, ut vulgo dicitur (au denier seize): negante vero amplissimo Rectore sortem illam principalem posse redimi, nisi prius et ultra pensionis annuae a dicto D. Duret debitae et consulatis obventionis pro domo quam dominus de Maisons praefectus Deputatorum emit a dicto D. Duret persolverentur; addiderat denique D. Duret se utramque illam summam statim et simul solutorum, si pro illis quoque universitati schedulae monetariae contentae esse vellet, quod quidem si loco maximi beneficii habiturum esse contestatur est. quibus de rebus ab amplissimo Rectore ad deliberandum propositis, habitâ matura deliberatione per totum hinc et inde rationibus, auditoque M. Dupuis procuratore, in gratiam dicti D. Duret, maximique quod ex domibus nuper a se in fundo academico constructis, utilitatis plurimum et percipit et percipietur ex his universitas, placuit recipi a D. D. Duret schedulas monetarias quas amplissimo Rectori promisit, ea tamen conditione ut simul et unica redhibitione solvat tam usurae annuae pensionis, dictaque consulatis obventionis, quam dictam sortem principalem annuae pensionis atque ex ea tribus summis fieri cum praefecto et aedilibus parisiensibus contractum, in quo noverit contineri summam sortis illius principalis a dicto D. Duret persolutae.

Eodem die, quod expositum fuit accidere saepissime ut qui emptores sunt venditori domorum in prato clericali sitarum veniunt ad academiam postulantes relaxari aliquid de stricto jure clientelari; postquam autem academia eum in hoc benigne egerit, emptionem venditionemve in longum tempus differant, quod cum interdum detrimento et fraudi verti possit universitati, audito M. Dupuis procuratore placuit in posterum primum religiose servari legem quae vetat ne cuiquam quâvis de causa plus quam tertia pars consulatium obventionum a deputatis remittatur; deinde quibus supplicibus secundum eam legem indulgeri visum erit, iisdem statim declarari, gratiam sibi ab universitate concessam eatenus valituram, si intra tres menses a die quo illam impetraverint, venditionem emptionemve suam confirmant, et intra alios postea tres menses contractum venditionis ab amplissimo Rectore ratum et approbatum fuerit.

Socur, et si ultra id tempore utrumque prolataverint, stricto cum iure agi, nihilque de viginti denariis qui debentur, relaxari; hujusce autem conditionis in omnibus Superioribus conclusionibus fieri mentionem, atque ita ab Amp. Rectore conclusum est. Morain

Die 3° Martij in comitiis ordinariis Nationis apud Harcurium habitis Supplicavit pro Regentia & Scholis M. Rud Baccalaureus Theologus, admissus est ad Sacramentum.

Deinde tria proposui ad deliberandum. 1. quia M. Edmundus Pourchot Gallicanæ Nationis Procurator in comitiis Deputatorum Universitatis die 4ª Februarij habitis apud ampl. Rectorem, conquestus erat de quibusdam suæ Nationis Professoribus, qui nonnullis, quæ pecunias quas a singulis professoribus capitationis in subsidium Belli solvendas est et in ærarium Regium apud Quæstorem verbanum certo tempore deferendas a Quæstore generali Universitatis, minus exacte neque ad tempus præstitutum solverunt; atque ut huic morae et torgiversationi occurreretur, postulavit ut singulorum professorum qui non sunt de clero, sua pars pecuniæ ei reddituræ nunciaretur, in singulis Nationibus, sumeretur, a singulis videlicet Nunciatium Receptoribus ad D. Billet Quæstorem Universitatis suæ cunctationem deferendæ; rogari Professores unum Sancti Solvendi rationem approbarent. 2. quia idem M. Edmundus Pourchot in ijsdem comitiis Deputatorum conquestus pariter fuerat de paucitate eorum, qui se in deferendis ad minores Magistratus cereis, in pervigilio festi Purificationis comitantur, postularatque ut comitum eorum numerus augeretur, quod aiebat a dignitati Universitatis maxime convenire, rogari pariter unum aliquem numerum augendum esse. 3. denique dixi me monitum esse, Fac. Decanum Medicinæ, proximis in comitiis Deputatorum universitatis, postulaturum esse, ut quod honorarium catechetæ Medicinæ Professoribus ex ærario Universitatis tribuitur, idem Pharmaciæ Professori, Hæc a mr Procurator nationis delecta sunt Morain quia eadem Collegio Regio Medicæ Facultatis erat et integrum Universitatis, concederetur. Rogati Venerandi Tribuni quid Sententiæ super fisci capitibus vellent me ad Tribunal Universitatis referre, de primo censuerunt deliberationem ad Nationem Gallicanam et ipsum M. Pourchot, nullatenus ad Tribunal Universitatis, minime ad Professores Venerandæ Nationis pertinere, qui facerent suam quisque partem pecuniæ capitationis conferendæ diligenter et exacte solverint. de secundo, nihil esse innovandum. de tertio, postquam illud a Medicinæ Decano propositum fuit, nunc materiam deliberandum esse. atque ita a mr Procurator conclusum fuit.

Morain

Die 23. Martij amplissimus Rector convocatis singularum Nationum Procuratoribus, et aliis viris academicis dixit se propediem Collegia Universitatis cum aquissimis Censoribus, iuxta Statuta Universitatis,

lustraturum (quod primi et summi Magistratus optare se non semel significarunt) maximè verò ea in quibus ipse monitus est multa adversus disciplinam academicam, statuta privata et bonos mores peccari; sed cum verissimile sit difficultates paulò graviores et controversias, in ejusmodi lustratione, à quibusdam refractariis, immorigeris et pervicacibus hominibus movendas esse, quas ex tempore expedire non facile futurum sit, ideo ne ista lustratio in vanum abeat, et ut sua Rectori amplissimo constet authoritas, censere se, si ita etiam Ornatissimis Procuratoribus visum fuerit, eas difficultates atque controversias, si quæ occurrant, ex consilio Procuratorum almæ facultatis artium, Rectorio Decreto decidendas; Re maturè perpensâ, dictis rogatisque sententijs placuit graviores controversias, si quæ in lustrandis Collegijs occurrent, ad Tribunal ampl. Rectoris et Procuratorum remitti, decreto Rectorio Judicandas; atque ita amplissimus rector conclusit.

Morain

Die 24° Martii in comitiis apud Harcurium mane post sacrum habitis supplicavit pro munere Procuratorio M. Claudius Duval Licentiatus Theologus vir notæ inter Tribules probitatis et fidei, et censurâ strenuè et fortiter gestâ commendabilis. Unanimi omnium consensu electus est Venerandæ Nationis Procurator: Ego Quadrumvir creatus.

Eâdem die in comitiis apud Maturinenses habitis, à nobis Quatuorviris munus Rectorium M. Baltazari Gibert prorogatum est & a singulis Nationibus postea confirmatum.

Morain

Exemplar Sententiæ a Proprætore

Parisiensi die 24° aprilis anni 1706, secundum Venerandam Nationem latæ adversus M. de la Briere de Louvancy Provisorem Harcurianum: quod cum suo loco, nempe paginâ 180 versâ horum actorum omissum sit, putavi è re Nationis esse hic describi.

A Tous ceux qui ces presentes Lettres verront Charles Denis de Buillion Chevallier, Marquis de Gaillardon, Seigneur de Bonnelles, Eclimont, Montlouet, Vitteville et autres Lieux Baron de . . . . . et de Pruray, Conseiller du Roy en tous ses Conseils, Prevost de la Ville, Prevôté et Vicomté de Paris, Salut, Scavoir faisons, que sur la Requeste

fait et jugement devant Nous et les deux tenants le Siege a
l'audience du Parc Civil du chatelet de Paris, par Me. Jean
Quentin Procureur des Procureurs, Conseur & Supposte de la
Nation de Normandie en l'université de Paris Demandeurs
Suivant la Requeste par Eux à Nous presentée le 22e. Mars
dernier, et Exploit fait en vertu de notre Ordonnance par le
Doyen Sergent a verger le 23e. controllé par Lange ledit jour
present le 24e tendant a fin de proceder sur les plaintes
rendues au commissaire Dubois par Me. Germain Anger Conseur
de ladite Nation les 13e et 17e dudit mois de Mars et davoir acte
de ce qu'elle prenoit pour trouble le refus fait par les Sr. de
Louvancy cy apres nommé, de l'entrée du College d'Harcourt aux
Conseur, chapelain et Examinateurs de lad. Nation, faisant
droit sur leur complainte, maintenir & garder la Nation de
Normandie dans le droit et possession dans laquelle elle est de
celebrer l'office divin et de faire leurs assemblées ordinaires &
extraordinaires et autres fonctions academiques dans la chapelle
dudit college, faire deffenses audit Sr. de Louvency de les y troubler
avec reparation, dommages & Interets, Les deffendeurs assistez
de Me. Hubert leur avocat; Contre Me. Denis le Maistre
Procureur de Me. Jean de La Briere de Louvency prestre,
Proviseur et Principal dudit College d'Harcour Deffendeur
et Demandeur incidamment Suivant ses moyens Signifiez
par voisin audiencier le 29e. Mars tendants a fin de reparation
et encore Suivant les Requestes verbales des 12e et 17e du
present mois d'Avril Signifiées par Mandin & Fouquet audiencier
la premiere tendante a fin de declarer la Nation non recevable
en sa complainte et que leur procedé fust declaré injurieux &
leurs conclusions rayées des Registres: La seconde afin d'estre
reintegré dans sa possession en qualité de Proviseur Principal de
celebrer par lui ou par personne par lui preposée le Service &
les Messes de ladite Nation: et encore contre Me. Pierre
Le Bay procureur des Bourgiers Theologiens dudit College
Demandeurs Suivant leur Requeste verbale Signifiée par Mandin
Audiencier le 12e avril tendant a fin d'etre receus partie Intervenante
en ladite instance, ledit Sieur Proviseur Principal Bourgiers
assistez de Me. Claude Pillon leur Avocat, parties ouies &
Lecture faite des plaintes, Requestes, Exploits et moyens
Jugements et autres pieces, Nous apres avoir oüi Noble
homme M. Jacques Brochard Conseiller & premier Avocat
du Roy en ses conclusions, faisant droit sur les demandes &
contestations des parties avons maintenu & maintenons
et gardé ceux de la Nation de Normandie au pouvoir d'aller

dans le college d'Harcour faire leurs Assemblées tant pour
leurs Deliberations academiques, que pour le Spirituel, dessus
a la partie de Pillon de les y troubler, et a luy enjoint de
les y recevoir et leur faire faire ouverture des portes; Et
attendu que les causes de la destitution, qui a esté faite de la
partie de Pillon alleguées par le Censeur, ne sont ny justes
ny legitimes, disons qu'il continuera de dire & celebrer les
Messes, comme il a fait par le passé, suivant la Nomination
faite de sa personne & joüira des retributions en satisfaisant
aux charges; & sur le surplus des demandes, les parties
hors de cour & de procés, Tous despens compensez: ce qui
sera executé sans prejudice de l'appel; en temoin de ce nous
avons fait sceller ces presentes faites & donnés par
Messire Iean Le Cannu Lieutenant civil tenant le Siege
ce Samedy 24e d'avril 1706. Tardiveau. Collationné
Scellé le 28e avril 1706. Declambeville. Signifié &
baillé copie a Me Le Maistre & Le Bay a domicille
Le 28. avril 1706. Carbault; Quentin, Le Maistre, Le Bay.

Protestation de la Nation.

A La Requeste des Procureur, Censeur, & Supots de
la Nation de Normandie en l'Université de Paris, qui font
Election de Domicille en la maison de Me Robert Huart
Procureur en la cour, Seize rue au Foüarre, parroisse St
Estienne du Mont, Soit Signifié & Declaré a M. Iean de
la Brière de Louvency prestre, proviseur & Principal
du College d'Harcour en repondant au contenu en l'acte
d'appel, que ledit S. de Louvency a fait signifier audits
procureur, Censeur & Supposte de la Nation de Normandie
le 25e avril dernier; que les protestations faites par
ledit de Louvency par ledit acte, de ne recevoir lesdits
Procureur, censeur & Supposte de ladite Nation de Normandie
dans ledit College d'Harcour pour y tenir leurs assemblées
et faire celebrer le Service divin dans la Chapelle dudit
College, que precairement, comme auparavant la Sentence
contradictoirement rendüe entre les parties le 24e avril
dernier, dont il est appellant et de ne continuer par ledit S.
de Louvency de celebrer et faire celebrer le Service divin,
quoy sa qualité de proviseur de nous en consequence de sa
commission et nomination faite de sa personne par ladite
Nation, laquelle il n'entend point reconnoitre, est une pretention
destituée de tout fondement, parceque la Sentence dont Ledit
S. de Louvency est appellant se plaint, est appuyée sur

le droit et la possession desdits Sieurs de la Nation de Normandie, etant certain que de temps immemorial ils ont tenu leurs assemblées dans ledit college d'Harcourt independamment des Proviseurs sans estre obligé de requerir leur consentement; attendu que le College d'Harcour est un college de la Nation, laquelle par sa qualité a le droit de superiorité et c'est du moins qu'ils puissent tenir leurs assemblées dans un de leurs colleges, Le Proviseur et Principal du College d'Harcour n'estant qu'un simple support, comme les autres, qui est obligé de se trouver lui mesme ausdites assemblées. C'est pourquoi laditte Nation fait protestation contraire de tenir ses assemblées de droit et sans l'aveu du Proviseur et executer lad/ sentence en sa forme et en la maniere que lesdits Sieurs de la Nation les ont tenus de tout temps.

Et a l'egard du service divin, ~~que~~ ledit Sieur de Louvency scait bien qu'il est chapelain desdits S.rs de la Nation qui lui ont fait l'honneur de le nommer en cette qualité pour dire les Messes; ce qui est si veritable, qu'il y a plusieurs Chapelains qui ont acquité les Messes sans estre Proviseurs, par le seul ordre que la Nation leur en a donné: Et d'ailleurs il ne faut pas que le Sieur de Louvency s'attribüe la liberté de faire celebrer les Messes par d'autres que par luy, parceque c'est une obligation personnelle qui le regarde, par le choix que la Nation a fait de sa personne, comme estant le vicaire et le chapelain de laditte Nation, sans qu'il puisse prendre ce droit comme Proviseur: c'est pourquoy lesdits Sieurs de la Nation entendent poursuivre l'execution de laditte sentence nonobstant ledit appel, aux protestations toutefois que lesdits Procureur, Censeur & Suppôts de laditte Nation font d'interjetter aussi appel en temps et lieu de laditte sentence en ce qu'elle leur peut faire prejudice, a ce qu'il n'en ignore, dont acte.

fait et signifié le contenu cy dessus au Sieur de La Brierre de Louvency en parlant pour lui au portier dudit College d'Harcour en son domicille par moy Simon Monet Huissier priseur vendeur au Chatelet de Paris demeurant rue balande place Maubert le 6.e may 1706. signé Monet. Controlé a paris le 6. may 1706 Reg 96. fol. 132 Caurcer. 8/6 d.

Acta Venerandæ Nationis Procuratore M.° Claudio Duval Diacono Ebroico Licentiato Theologo è Societate Harcurianâ a die 24 Martii anni 1708 ad diem 23 Martii anni 1709.

Anno Domini millesimo septingentesimo octavo Die 24.ª Martii habita sunt de more comitia post Sacrum peractum in Sacello Harcuriano, ubi recurrente Baccalaureorum vice, unanimi omnium tribulium consensu creatus sum Ven. Nat procurator, Magister vero Morain exprocurator, clarissimus eloquentiæ professor in collegio Mazarinæo, vir omnibus charus quadrumvir designatus est. Eadem die horâ circiter decimâ matutinâ fasces Rectorii prorogati sunt viro clarissimo M.° Gibert eloquentiæ professori in Mazarinæo. Duval

Die 25.° in comitiis post primas vesperas S.tæ Virginis Annunciationis, habitis, celeberrimus humaniorum literarum professor M.er de Laisement ab aliquot mensibus beneficio, seu canonicatu Ecclesiæ cathedralis Rothomagensis donatus postulavit a Ven. Natione ut liceret sibi abesse a Scholis per tres circiter menses et ~~Ab~~ Rothomagi commorari ad tyrocinium in choro exercendum, quibus elapsis redire Parisios ad annum Academicum absolvendum: quodqdem ultrò concessere omnes tribules laudatâ eius erga Ven. Nat observantiâ.

Die quinto Maii in comitiis ordinariis post Sacrum habitis M.er Ludovicus Mustel Socius Harcurianus Baccalaureus Theologus supplicavit pro regentiâ et scholis. audito æquissimo censore, et dicto ab ipso ~~M.° Mustel~~ Sacramento admissus est in gremium Ven. Nationis. postea exposui venerandæ Nationi me conventum fuisse a S. Decano facultatis Saluberrimæ, postulante nomine suæ facultatis a Vener. Natione ut ducentarum libellarum summa quæ ex ærario universitatis, cuilibet Medicinæ professori ~~tribui~~ quotannis tribui solet, eadem novo pharmaciæ professori pendatur. adjeci multis rationibus ad hanc concedendam duci venerandam Nat. tum præsertim quod vir clarissimus Dnus Fagon Archiatrus regius et de Academiâ optime meritus id vehementer exoptaret, tum quod qui tunc temporis docet pharmaciam Dnus de Vernage, et primus eâ pensione gavisurus esset suo in Academiam studio, et meritis commendabilis foret. his a me propositis quinque postulavit æquissimus censor.

primum, ut huic Summo clarissimi Archiatri in Academiam studio, cum hinc salubrium facultatis petendi rationi quæ iuniorum Nationum et aliorum ordinum memoriam renovare possit illæ concedatur, sic tamen fiet, ut si aliquando fieret, ne dote constituta ex liberalitate cujusvis hominum, cathedra professoris pharmacopœi, fundaretur, gratiis hoc ære solvatur Academia. Secundum ut conclusum vem. Nat cautum sit, ne procuratores ad tribunal Rectorium deputati tale quid in posterum aut concedant inconsultis Nationibus aut sine intercessione concedi patiantur. tertium ne quidquam cuivis ex ærario Academico arrogare concedendum, aut consensum abrogare inconsultis facultatibus et Nationibus. quartum quoniam auditus et pensiones attributas fundis privatis hominibus, nominatim dignitati qui coetaneis Nationum hac in parte studium æmulentur, videtur utrum pendio aliqua concessa sit inconsultis ordinibus, atque invitis, atque invitis nomine totius Nationis Vm. ex præscripto juris denuncient quæstori Academico Mr. Silvat Domr. condemnatur Nationem accessuri. quartum ut hæc postulata inter acta Nationis referantur et nomine Nationis denuncientur ibi ad quos pertinebit. rogatis, dictoque testibus, grata recordatione retinus beneficia in Academiam collata, tum a Deo Fagon, tum a Dno de Vernage conduit vem. Natio concedendam pensionem pharmaciæ professori, et adhærendum postulationi æquissimi censoris, atque ita ame procuratores conclusere

Duval.

Eodem die hora post meridiem primâ habita sunt ordinaria Deputatorum universitatis comitia apud amplissimum Rectorem in collegio Mazarineo. ingressus amplissimus Rector dixit Salubriorem ordinem Medicorum ab annis aliquot in scholas suas de consilio sapientissimi viri Dni Fagon Archiatri, professorem novum præter cæteros quatuor qui antea profitebantur accivisse, addictum utriquam pharmaciæ, quæ Medicinæ pars sit utilissima. quamobrem eundem ordinem postulare ut Academia ex ære suo stipendium quinto novo professori eandem pensionem annuam ducentarum Librarum attribuat quam singulis quatuor alijs olim concessit. exposuit deinde Rector amplissimus quantum debere universitas illustrissimo Fagonio . . . . . atque ad deliberandum proposita. Mr. Le Cuvier Decretorum Decanus suo ordine dixit æquissimum videri suæ facultati dari ab Academia pensionem annuam ducentarum Librarum novo professori facultatis Medicinæ: si suosque collegas etiamnum sive memoriam beneficiorum quæ ab illustrissimo Fagonio acceperint, sed non minus æquum esse eandem gratiam, ac pensionem ducentarum Librarum adjici suæ facultati, quod nisi concedatur intercedere se dixit nomine suæ facultatis, quominus Deputati quicquam denovo gratificentur facultati Medicorum, suaq; intercessionis instrumentum postularit. Cæteri deputati nomine sui quisque ordinis censuerunt supradictam pensionem 200 Librarum attribuendam novo pharmaciæ professori. postulationem Mr. Le Cuvier quod fuper dâ re non consulti fuissent antea singuli ordines Academici, Dnus Rector non misit in deliberationem, placuit tamen eidem Mo Le Cuvier dari instrumentum suæ intercessionis.

Die 21 mensis Maji habita sunt extra ordinem comitia apud amplissimum Rectorem quibus aderant tantum amplissimus Rector, quatuor nationum procuratores, prodyndicus et Scriba ibi actum est de rebus gravissimis ad collegium S.ti Michaëlis pertinentibus. et postquam a Scriba lecta sunt quæ acta fuerant in illustrione fundi collegii, cognitaque proventuum collegii administratione, disciplinaq; ruinâ lata est sententia in primarium et Bursarios dicti collegii.

Die 2a junii in comitiis magistrorum ven. Nationis Mr. Noel Baccalaureus regentes supplicavit pro regentia et scholis, atque omnium unanimi consensu admissus est in gremium Venerandæ Nationis. Duval.

Eadem die 2a Junii in comitiis deputatorum universitatis de more habitis apud Amplissimum Rectorem in collegio Mazarinæo Mr Claudius Capperonnier nuper Picardicæ Nationis procurator accessit, atque ut satisfaceret Academicæ conclusioni latæ 7o Maii 1707 Amplissimo Dno Rectori ac deputatis obtulit sui super Eustathio Laboris codices duodecim quos tradit placuit deputatis quibus id negotii commissum est, examinandos. ut iis examinatis ad Tribunal Academicum referant, aut referri curent, quid laudandum vel desiderandum in illo opere videatur, possitq; cognitâ eorum sententiâ statuere tribunal Academicum quid per Amplissimum Rectorem censeat esse Authori respondendum. cum autem in supradictâ conclusione die 7a Maii anni 1707 quam scriba iussus est perlegere deputati unanimi consensu declararint gratum esse Universitati librum dicti Mi Capperonnier de veteri linguæ Græcæ pronunciatione quem optet Academiæ dedicare, dubitatum est a pluribus deputatis qui aderant an expediret id opus universitatis nomine, et auspiciis in lucem prodire. re itaque missâ in deliberationem ab Amplissimo Rectore, placuit omnibus, uno fortasse excepto, rem eam diligentius perpendi oportere, ut maturiori deliberatione quid maximè deveat cognoscatur: atque ita ab Amplissimo Rectore conclusum fuit. Duval.

Die 23 eiusdem mensis comitia ven. Nationis ordinaria habita sunt in collegio Justitiano post sacrum peractum. ubi Magister Guillelmus Dagoumer celeberrimus philosophiæ professor in Garcurio, vir famâ suâ ubique notus, electus est quadrumvir, ut quorumdam hominum inquietorum molitiones, quæ timebantur, prudentiâ suâ dignosceret, et constantiâ frangeret.

Eadem die in comitiis præclaræ artium facultatis apud Mathurinenses habitis. Amplissimus Rector Mr Balthassar Gibert exposuit primùm ut novo utriusq; Pharmaciæ professori ducentarum honorarium libellarum, et iustè, hoc est legitimis de causis, et ritè hoc est formâ in statutis præscriptâ, adeoque consultis ordinibus a deputatis concessum fuerit. quibus duo addidit; alterum cavendum in posterum ne qua pensio inconsultis ordinibus a quoquam cuipiam tribuatur. alterum si qua tributa sit eo modo, illud penitùs, non quidem signis adimendo quod est datum, sed meliore formâ redonando, esse corrigendum. hanc esse disertam statutorum sententiam; cum ex authoritate senatûs vetant, ne quid gravioris momenti a deputatis agatur in tribunali Academico ordinibus inconsultis, iubentque irritum esse, si quid eo modo factum sit. ex modo enim pensiones tribuendi pendere authoritatem, libertatem, salutem Academiæ, nec posse rem amplius dissimulari, quia certò cognitum sit, præter pensiones iam concessas non solito more, injectam esse mentionem, alias simili modo tribuendi. non enim esse tribunal Academicum in his negotiis omni universitate superius sed legatorum concilium, tantùm potestatis habentium, quantum a suis ordinibus acceperunt bonaq; Academiæ non esse illis permissa ad donandum cui volent, sed in fidem collocata ad conservandum. denique paucis additis quatuor capita proposuit ad deliberandum. 1um de annuâ ducentarum libellarum pensione quam de novo consultissima Jurium facultas postulat, deque totidem libellarum pensione quam novo utriusque Pharmaciæ professori ritè iustèque concessam saluberrima Medicinæ facultas a se remitti declaravit, si ea sit ordinibus occasio aliquid alicui sive privato, sive ordini iustâ causâ non subinxo largiendi. 2um de pensionibus quæ inconsultis ordinibus Academicis tributæ sunt an intercedendum sit ne a quæstore generali Universitatis solvantur donec per deputatos extraordinarios ab omnibus ordinibus

nominandos causa omnia earum tribuendarum cognita, et ad ordines relata videant omnes
universitatis ordines communi consilio quid judicent esse statuendum. 3.um utrum Nationes
ratum, gratumque habeant universitati dedicari librum Magistri Claudii Capperonnier de Veteri
Linguae graecae pronunciatione, quem unanimi consensu universitatis deputati die 7a Maij anni
1707 declaraverint Academiae gratum esse, causamque deliberandi eam attulit amplissimus
Rector quod nuper cum ea conclusio legeretur visum sit omnibus deputatis, uno fortasse
excepto, rem eam diligentius perpendi oportere, ut maturiori deliberatione quid maximè decens
cognoscatur: agi enim de dignitate Academiae, quae non minus Academicis, quam pecunia
cara esse debeat. 4.um de quodam Philosophiae professore qui suorum discipulorum pro secundo
semestri catalogum ad hunc diem scribae universitatis afferre distulit. tum verò electos mane
Quatuorviros confirmari, rataque et grata haberi quae gessit in suo trimestri magistratu, eoque
nomine literas sibi commendatitias decerni postulavit. ubi Dnus Rector finem fecit perorandi
M. Edmundus Pourchot universitatis Syndicus, et nunc Gallicanae Nationis procurator dixit
assignatas sibi Syndico fuisse a multis annis aliquot ex aerario Academico pensiones ab
amplissimis Rectoribus ac deputatis universitatis, qui tum in Academico Tribunali sedebant
cum in gratiam impensorum universitati laborum plurimorum, tum quod indignum Academiae
Parisiensi videbatur Syndicum tam exiguo, quam quod tum erat affici stipendio. id sibi beneficii
sine dubio confirmatum fuisse a plurimis Decanis facultatum, Nationum Procuratoribus,
omniumque ordinum adjunctis, quorum nemo unus huicce erga Syndicum liberalitati Academicae
sit refragatus, cum expenderent, exciperentque a quaestore generali fisci Academici rationes
in quibus illae suae pensiones continebantur. si quis hoc tempore invideat, posse illum ex iure
summum Senatum appellare, neque enim ea posse quae in quolibet tribunali gesta sunt, et
transacta, nisi a superiore tribunali convelli. facultatis autem artium tribunal non esse
Academico tribunali superius: quamobrem intercedere se dixit quominus de 2o capite ab
Amplissimo Rectore proposito quod est de pensionibus iam concessis Nationes deliberent,
suaeque intercessionis instrumentum postulavit. nihilominus quicquid a Gallicana Natione cuius
sit procurator, super ea re etiam adversus se statueretur summâ se cum fide coram Amplissimo
Rectore relaturum. caeterum cavendum esse ne accendatur incendium quod fortasse non poterit
extingui. hic Amplissimus Rector quo melius a Nationibus deliberaretur adjecit non posse
pati se ignorari ab illis quomodo illae Syndico pensiones tributae sint. itaque primam 150.
libellarum sub finem anni 1699. esse tributam, duos post annos aut circiter alteram similem,
utramque ordinibus inconsultis. cum autem haec posterior addita priori fuisset disertis verbis,
eo quod modicum esset Syndici honorarium antiquum (erat enim 60 libellarum quibus alia
viginti beneficii loco addebantur) cura fuit duos post menses inconsultis ordinibus, ut
id modicum honorarium in gratiam M.i de Lenglet antiqui Syndici ad 300. libellas
augeretur, nulla quidem tunc temporis facta mentione novi Syndici M.i Pourchot. sed post
annum effectum est, inconsultis etiam ordinibus, ut haec 300 libellae posteriores adderentur
prioribus antea ideo concessis novo Syndico quia honorarium modicum erat. ita verò additae
sunt ut caveretur ne quis praeter M. Pourchot posset eas Syndici nomine sibi postea
vindicare. ecce tamen referuntur in rationibus redditis tanquam perpetuum Syndicorum
honorarium. porro non possunt haec censeri probata expunctoribus, cum ante hunc annum
non apparuerit sexcentas libellas tributas sic esse M.o Pourchot ab his qui non
habent authoritatem tribuendi. nec res ita in rationibus concepta sit ut in conclusionibus
imò nec tribui nec probari potuisse inconsultis ordinibus. denique hic non agi de
adimendis pensionibus, sed de iis meliori forma redonandis communi omnium facultatum

et ordinum consilio. reposuit iterum M. Pourchot non esse facultatem artium tribunal superius tribunali Academico, a quo unanimi consensu pensiones illæ sibi tributæ sunt. in his sibi tribuendis nihil esse peccatum adversus statuta; non mirum si cum labores creverint creverit quoque sibi honorarium. interim perstare se in suâ intercessione, ac ius suum tempore ac loco prosecuturum.

M. Claudius Capperonnier pariter dixit intercedere se quominus è capitibus ab Ampl. Rectore missis in deliberationem, ea quæ ad se spectarent, in deliberationem mitterentur. idq; propter rationes suo tempore ac loco allegandas; huiusque suæ intercessionis actum postulavit. postea auditus est M. Joannes Dupuis prosyndicus qui dixit censere se a singulis Nationibus deputandos esse viros prudentes ac bonos qui res ab Ampl. Rectore propositas diligenter perpendant, referantque quid sibi faciendum videatur, ne quid inconsultis nationibus fiat in iis quæ ad earum ius pertinent, caveantque imprimis ne suboriantur ex eâ re lites quæ futuræ sint Universitati perniciosissimæ: postquam autem in locum suum secesserunt Nationes per ornatissimos suos procuratores retulerunt. primum quidem unanimi consensu grata et rata haberi quæ rector amplissimus gessit in suo trimestri Magistratu, eidemque eo nomine decerni literas commendatitias. addidit insuper fidelissima Picardorum Natio acceptissimum sibi esse studium tuendæ dignitatis Academicæ, suumque singulis ordinibus ius asserendi, quo videtur amplissimus Rector inflammari. deinde de quadrumviris confirmari a Natione Gallicana M. Renatum de la Vaquerie Bacc. Theol. virum procuratorium. a Picardica M. Cl. Capperonnier Licentiatum Theol. virum procuratorium a Normanicâ M. Guill. Dagoumer celeberrimum phiæ professorem virum procuratorium. a Germanicâ M. Simon virum quoque procur. denique de propositis ab Amplissimo Rectore capitibus sic censuerunt. Natio Gallicana nominavit deputatos qui illa sedulò expendant, suumq; postea de illis judicium referant ad Nationem, ita tamen ut velit pensiones M. Edmundi Pourchot syndici, sive muneri sive personæ irrefragabiliter concessas, nec eam rem amplius mitti in deliberationem. de negligentiore professore censuit superioribus decretis standum esse. Picardica Natio professorem illum pœnis Academicis dignum existimat, nisi suum intra octo dies catalogum referat ad Scribam universitatis. de cæteris capitibus deputavit clarissimos viros MM. Le Comte, de Bacq. et Heuzet, viros ab omni partium studio alienos, amantissimos pacis, et in rebus Academicis exercitatissimos, qui suum de illis judicium referant ad Nationem. Normanica de professore judicium vult esse penes Rectorem Ampl. cætera capita permittit deputatis quos nominavit qui de rebus illis a se diligenter discussis, et ad Nationem relatis cum aliis aliorum ordinum deputatis conferant, ac communicent. Germanica negligentem professorem dignum censet pœnis Academicis. quod pertinet ad 2m caput ab Ampl. Rectore propositum censet de rebus in Academico Tribunali iam peractis non esse amplius deliberandum. de pensionibus verò quæ concedentur in posterum ac de reliquis capitibus nominavit deputatos qui caveant ne quid deinceps momenti gravioris fiat inconsultâ Natione, suamque sententiam referant ad Nationem.

Itaque Ampl. Rector de litteris commendatitiis, cæterisque capitibus, cum suffragiorum pluralitate conclusit de professore standum esse decretis. de

pensionibus iam concessis conclusit cum Nationibus Picardiæ, & Normaniæ rete ad proximam
Fac. deputatis omnium Nationum permittendas, qui suam deinde sententiam referant ad suas
Nationes, ut illæ videant quid sit faciendum. Tunc verò dicti M.i Pourchot & Capperonnier
declaraverunt se in suis intercessionibus perstare, earumque literas instrumenta postularunt.
Ad ultimum Supradicti quatuorviri præstito prius sacramento vix brevi conclavi ingressi, per
M. de La Vaquerie retulerunt se unanimi consensu Facultatis rectorio amplissimo Rectori
Balthazari Gibert prorogasse, atque prorogatio a Singulis Nationibus ut rogatissimo
comprobata. atque ita ab Ampl. Rectore conclusum fuit. //

Die 28 Junii in comitiis Ven. Nationis apud Harcurium domo habitis horâ circiter 7.a
post sacrum duo supplicarunt pro regentia & scholis. alter Licentiatus Tyrol. M. Marinus
Rousset qui omnium consensu admissus sacramentum præstitit: alter M. Hobey professor
in Locum M. Briout a munere docendi decessuri, a primario Mayeriano sufferens; quia
testimonium dicti primarii allatis iis verbis conceptum, quæ grata Nationi non fuerunt
cumque authoritatem in instituendis professoribus Facultas sibi vindicet ad remigialia comitia
rejectus est admonitus ut aliud testimonium ab eodem primario obtineret quod possit Natio
approbare, admittere salvâ suâ authoritate. /

In iisdem comitiis examinatores candidatorum Baccalaureatus artium electi sunt M. Le
Coq in collegio Lexovio humanitatis professor, è diœcesi Rothomagensi. M. Allais Licent.
Tyrol. è diœcesi Rothomagensi. M. Pirchel Baccalaureus Tyrol. è diœcesi Rothom.
M. Odmont è diœcesi Ebroicensi. auditores verò rationum M. Joannis Fossey quæstionis
nominati sunt & admissi M. Joannes Vadelorge, professor emeritus. M. Ludovicus le
Le Bouc in collegio Sorbonæ-plessæo professor. M. Franciscus Adam in Harcurio
professor & M. Franciscus Rousset Licentiatus Tyrologus.

In iisdem comitiis è tribus qui quæstorium munus petebant, nempe M.e Maffet Bacc.
Tyrol M.e Bonnesœur viro procuratorio, & physicæ professore in collegio Lexovio, & M.e
Renaudi Bac. Tyrologo electus est M.e Maffet Lexovius, quia videlicet
munus quæstorium hactenus ad Baccalaureos recurrebat; nec habita est ratio expostulationis M. Bonnesœur qui dixit se baccalaureum esse, & antiquissimum eorum qui
istud munus petebant, quia ex quo professor factus est, professorum quidem, non
Baccalaureorum jure gaudere debet. Duval

Cum non interfuissem comitiis præclarè artium Facultatis habitis horâ circiter 9.a apud
Mathurinenses clarissimus exprocurator munus procuratorium exercuit qui hanc posteà
mihi tradidit conclusionem; quocirca suo ordine non exarata est. quamvis autem nihil
contineat prater ea quæ superius relata sunt. hîc tamen inditio duximus apponendam.
Anno Domini 1708 die 23 Junii in comitiis almæ Facultatis artium eloquentissimam
orationem habuit Amplissimus Rector, quâ dixit (?) Pharmaciæ professori è salubriorum
Facultate concessam esse pensionem 200 tum propter æquitatem, cum propter eius, ac
illustrissimi Archiatri Regii D. Fagonii, in Academiam merita: deinde quatuor
proposuit ad deliberandum. 1.um de annuâ 200 libellarum pensione quam honoro
consultissima jurium Facultas, postulat, de quâ laudem libellarum pensione, quam
novo utriusque Pharmaciæ professori, ritè, justèque concessam salubriorum M.rum
Facultas a se remitti declaravit, si ea sit ordinibus onusta aliquid alicui, sive
privato, sive ordini justâ causâ non subinde largiendi. 2.um de pensionibus quæ
secundariis ordinibus Academicis tributa sunt, an intercedendum sit in quæstore-

generali universitatis solvantur donec per deputatos extraordinarios ab omnibus ordinibus nominandos, causâ omni earum cognitâ, et ad ordines relatâ, videant omnes universitatis ordines communi consilio quid judicent esse statuendum. 3um utrum Nationes ratum, gratumque habeant Universitati dedicari librum M. Claudii Capperonnier de Veteri linguae Graecae pronunciatione quem unanimi consensu Universitatis Deputati die 7a Maij 1707 declaraverint Academiae gratum esse, causamque deliberandi, eam attulit Ampl. Rector quod nuper cum ea legeretur conclusio, visum sit omnibus Deputatis, uno fortasse excepto, rem eam diligentius perpendi oportere, ut maturiori diliberatione, quid maximè deceat cognoscatur, agi enim de dignitate Academiae, quae non minus quam pecunia cara esse debeat. 4um de quodam Phiae professore qui suorum discipulorum pro secundo semestri catalogum ad hunc diem scribae universitatis afferre distulit, audito prosyndico qui dixit censere se a singulis Nationibus deputandos esse viros prudentes ac bonos qui res ab amplissimo Rectore propositas diligentissimè perpendant, referantque quid sibi faciendum videatur, ne quid inconsultis Nationibus fiat in iis quae ad earum ius pertinent, caveant inprimis ne suboriantur ex ea lites quae futura sint universitati perniciosissimae: in locum suum Nationes recesserunt. Ego quatuor haec capita Venerandis tribulibus proposui ad deliberandum; quibus placuit de professore judicium esse penes Rectorem Ampl. caetera capita permitti deputatis tam ante nominatis qui de rebus illis a se diligenter discussis, et ad Nationem relatis, cum aliis aliorum ordinum Deputatis referant, et communicent, ut et sic de communi omnium ordinum consilio, et judicio res tota definiatur, et sic conclusi et ad tribunal almae facultatis artium retuli.

Die quarto mensis Julii redditae sunt rationes census Vener. Nat. a M. Josset Exquaestore, et eloquentiae professore in Harcurio quaequidem rationes audiri, et discuti pro more debuissent die 29 Junii, sed ipse M. Josset aliquibus negotiis impeditus hac die referre non potuit. collatis autem rationibus accepti, et expensi debitor factus est centum circiter supra mille, librarum quas deposuit in manibus Caroli Massif fidelissimi quaestoris, Baccal. Theologi, et socii Lexovei.

Die Sabbati septimo eiusdem mensis Julii in comitiis ordinariis post sacrum habitis M. Thomas Asselin socius Harcurianus Baccalaureus Theol. supplicavit pro regentia et scholis, omniumque consensu admissus in gremium Nationis, dixit sacramentum. deinde exposui Ven. Nationi M. Carolum Massif apud se depositam habere summam centum circiter supra mille libellarum, quam propter imminentem monetae imminutionem utiliter oporteret collocari, ne iacturam pateretur Ven. Natio. adjeci M. Joannem Des Authieux Baccal. Theol. socium Harcurianum, in tertio ordine collegii Harcuriani professorem, missam solemnem de Beatâ Mariâ quotannis celebrandam fundasse, et a tribus annis erogasse viginti libellas quoque anno pro illius celebratione, nunc vero pro suo erga Ven. Nationem studio offerre summam 500 libellarum pro sorte principali, eâ lege ut ipse et sui haeredes liberi futuri essent ab omni aere persolvendo pro iure emortui mancipii, seu ut aiunt, amortizationis, et alio quovis onere. ex aliâ parte M. Vadelorge emeritum professorem, virum procuratorium amulantem ipsius M. Des Authieux studium erga Ven. Nat. mutuam dare velle summam 500 libellarum, subinde impendendam ad fundationem quandam, si ita videretur Ven. Nationi. his autem tribus summulis collectis posse effici summam bis mille librarum ad redimendam partem sortis principalis propter quam usuram quotannis persolvit Ven. Natio M. Thomae Durieux

Doctorie è Societate Sorbonicâ et primario collegii Sorbonæ-plessæi. re missâ in deliberationem
censuit Ven. Natio actis gratiis duobus tribulibus persolvendam Mo Durieux
Summam bis mille Librarum Si eam velles accipere, et inquirendum quantùm pecuniæ
exigeretur pro jure mortui manûpii, atque ita rem procuratore concludendum Dr Duval
Quatuor prodiit in deliberationem missa sunt primum an opus M. Caperonnier
recitati Thol. de Vetri Linguæ Græcæ pronunciationi sub nomine et auspiciis Universitatis
Paris. in Lucem prodire deberet, deinde quod autor consuetudinem pronunciandi in Academia
dudum jam receptam confutaret. Secundum an Juriam Antecessoribus annua pensio ex
ærario Academico concedenda (ii quippe eandem Summam 200tt quæ Pharmaciæ
professori concessa fuerat sibi tribuendam contendebant Tertium de pensionibus
concessis in Tribunali Academico a Deputatis, mox dubitatum de quarum de-
pensione attributa novo Pharmaciæ professori, quod Saluberrima Med. facultas
remittebat Universitati conclusionem quâ ducentarum Librarum annua pensio concessa
fuerat, si ea pensio sit occasio gravandi Academiam, aliùsque ordinibus eandem præbeat
aliqd ex ærario Academico, alicui sive privato, sive ordini sine legitima causa
tribuendi. rogatis sententiis censuit Ven. Natio de primo capite, non posse Academiam
sine suo dedecore dedicationem operis supradicti acceptare, proindeque repudiandam. de
secundo Juris Antecessores debere scripto profiteri rationes quibus subnixi pensionem
postularent, ut illæ rationes a Ven. Natione perpenderentur. de tertio capite nihil
definitum est, quod Deputati ad id negotii maturè nondum examinassent quomodo
concessa fuerint illæ supradictæ pensiones in Tribunali Academico. de quarto capite
censuit Ven. Natio reddendam ejus conclusionem Salubrrimæ facultati Medicinæ
de novo confirmando pensionem 200 tt instè, utpotè concessam, indeque statuendo ne
qua imposterum pensio concedatur sine legitimis rationibus, atque ita rem
procuratore concludendum Dr. Duval

Die septimo Julii in comitiis Deputatorum Universitatis apud Amplss. Rectorem
de more habitis M. Doutè Salubrrimæ facultatis Decanus postulavit ut deliberaretur
de intercessione consultissimæ Juriam facultatis circa pensionem ducentarum Librarum
singulis annis præstandam novo utriusque Pharmaciæ professori, nisi radix quoad
summam ejus Facultati Juriam concederetur. ita res erat, aiebat illam pensionem ejici
a sua facultate remotam fuisse, si ea esset ordinibus occasio quicquam alicui, sive
privato, sive ordini justâ causâ non subnixo largiendi. tùm M. le Pecquier Juriam
Decanus reposuit si dicta pensio a Salubrrima facultate petita serò remittatur
suam facultatem pariter nihil de novo petere. Sin minus, juridicam facultatem perseverare
in sua intercessione. Amplissimus Rector de intercessione prædictâ consultissimæ
facultatis deliberandum proposuit, rogavit DD. Decanos Juriam, de Medicina, ut, si
quid addere aut respondere vellent, exirent e comitiis. M. le Pecquier dixit non esse
deliberandum de illâ intercessione, nec posse, nec debere se e comitiis excedere, nec se
debere sententiam ferre, quâ decreta tamen consulturam se facultatem juridicam, atque
illam quis justus judex esset suæ intercessionis. dein quâ sponte Rector Ampl.
Senatum consulendi ad proxima comitia probans vehementer ordinem a Deputatis consuti.

Die decimo octavo eadem mensis extraordinem habita sunt comitia in
Collegio Harcuriano hora post Meridiem primam ubi exposuit Ven. Nationi M. Doriat
ultro accepturum pecuniam supra memoratam 4° die quam primum daretur. itaque vellent
Venerandi tabulas ultrò acceptionem fundationem Dni des Autieux conditionibus ab
ipso propositis. re maturè expensâ utilis visa est eius fundatio et Ven. Nationi
nullatenus gravis. itaque cum gratarum actione accepta est pecunia D. des Autieux, cuius
bonitas erga venerandam Nationem animus commendatus est. nominati sunt deputati qui

instrumentum, seu contractum fundationis fieri curarent, atque ita a me procuratore conclusum est. Duval.

Die 23 recepimus a M. Billet Universitatis quaestore, et viro Rectorio certam tabularii Academici clavem quam ante quindecim annos aut circiter M. Rollin Rector a meritiss. Syndico M. Edmundo Pourchot ideo pariter receperat, ne cui ius habendae clavis fieret nisi qui ius illud antiquitus habuisset. ab initio enim tabularium Academiae, seris quinque, totidemque clavibus muniebatur, quarum una penes Ampl. Rectorem, caeterae singulae penes singulos procuratores ornatissimos erant. Rectore vero Edmundo Pourchot cum ea omnes vi quadam reseratae fuissent sexta addita est laudabili ipsius diligentia. ius tamen habendae clavis nec cum ipso, nec cum alio communicandum visum est. ac ne Rectori ipsi ideo ius auctum credatur; aut imminutum ornatissimis procuratoribus, quod haec sexta clavis amplissimis deinceps Rectoribus per manus tradenda est, placuit liberum usque ornatissimis procuratoribus fore, similem sibi clavem sigillatim parare; atque haec scribi in actis tum Rectoriis, tum procuratoriis ad conservationem iuris.

Die Sabbati quarto Augusti in comitiis Ven. Nationis ordinariis, de more habitis peracto sacro rogavi Venerandos Tribulos ut tandem decernerent aliquid de pensionibus concessis MM. Pourchot, et Caperonnier declararentque quid me referre vellent ad Tribunal Academicum in quo res illa erat definienda. Sed cum unus tantum ex deputatis quibus id negotii commissum fuerat comitiis adesset, et ille rem se nondum maturè satis examinasse diceret, nihil statutum est.

Eadem die habita sunt comitia Deputatorum universitatis apud Ampl. Rectorem in collegio Mazar in quibus Rector Ampliss. deliberandum proposuit de intercessione juridicae facultatis circa pensionem annuam 200 libellarum concessam nuper utriusque Pharmaciae in saluberrimâ facultate professori, ni eadem quoque summa solvatur juridicae facultati. rogavit idem Ampl. Rector Decanos Jurium et Medicinae, ut excedere vellent e comitiis. Mr Doute Medicinae Decanus statim exivit. Mr verò l'Ecuier consultissimae facultatis Decanus negavit se debere excedere, citavit ampl. Rector duos articulos regiarum sanctionum 13 et 14 tit. 24 quibus judices omnes cujusvis Concilii, aut Jurisdictionis vetantur omnino interesse comitiis aut judiciis cum lites ipsorum, aut eorum quos tuentur judicantur. respondit Mr l'Ecuier citatos articulos non esse praesenti negotio accommodatos, tum ipse sicut et M. Doute a dicenda sententia abstinuit. rogatis itaque sententiis placuit nullam haberi rationem dictae intercessionis facultatis Jurium, solvi deinceps ex aerario Academico annuam 200 libellarum pensionem saluberrimae facultati in gratiam novi pharmaciae professoris. quod spectat ad pensionem similem petitam a consultissimâ facultate placuit ab eâ scripto tradi suas petendi rationes deputatis qui de iis cum suis ordinibus deliberent, atque ita ab Amplissimo Rectore conclusum est.

Actum est deinde de pensionibus olim M. Edmundo Pourchot Syndico, et M. Capperonnier attributis, quâ de re rogatis sententiis Decani Theologiae, et Jurium et procurator Germaniae nomine sui quisque ordinis probarunt et confirmarunt pensiones concessas MM. Pourchot et Caperonnier. tres alii Deputati, Decanus Medicinae, procurator Gallicanae, et procurator Picardicae Nationum sic retulerunt suorum ordinum sententias. Decanus Medicinae saluberrimam facultatem confirmare pensiones attributas M. Edmundo Pourchot, nisi quod aequum sibi videatur demere dicto M. Pourchot viginti libellas doni gratuiti quas supra 600 libellas recipiebat ab Academia. quâquidem pensione sexcentarum librarum gaudebit quandiu fungetur munere

Syndici, adeo ut sequentibus Syndicis non concedatur, neque ipsis sub quovis praetextu tam ingens pensio decernatur. Galliae procurator retulit placuisse suae Nationi Sartas tectas remanere pensiones M. Pourchot. Picardiae procurator idem sensit quod Decanus Medicinae de pensionibus M. Pourchot. De Magistro autem Capperonnier sic censuerunt hi tres deputati. Decanus Medicinae dixit Saluberrimam facultatem ex summa 400 libellarum quae quotannis tribuitur M° Caperonnier detrahere 50 libellas ipsi postmodum restituendas si magis constet ipsum rite perficere id opus cuius gratiâ tam larga conceditur pensio. — Galliae procurator dixit suae Nationi visum fuisse pensionem conservari M° Caperonnier redactam ad 300 libellas in decem annos; sibi tamen vivâ voce a multis potestatem relictam esse addendi 50 libras si totidem alii ordines concederent. Picardiae procurator dixit suam Nationem concedere pensionem 300# eâ tamen lege ut ultra decem annos non extendatur, et judicio sui procuratoris permisisse addere 50 libras si ita postulet ordinum consensus. Ego verò dixi nihil a Venerandâ Natione de his deliberatum fuisse, et intercessi ne quid a tribunali Academico concludatur donec a me relata sit sententia Ven. Nationis. itaque amplissimus Rector conclusit M° Pourchot confirmari 600 libellas annui reditûs, nullâ facta mentione adempti doni gratuiti, quia nimirum M. Pourchot declaravit se ultro consentire sibi detrahi. quod spectat pensionem M. Capperonnier: cum ex unâ parte tria suffragia 400 libellas confirmarent, tria vero ex alterâ parte 300 et 50# sic conclusit amplissimus Rector confirmo M. Caperonnier pensionem 400#, salvâ tamen deliberatione Venerandae Nationis.

Die 14 mensis Augusti post primas vesperas Assumptionis Beatiss. Virginis Dei parae congregatis tribulibus exposui quae in tribunali Academico acta nuper fuerant circa pensiones; Deputatos unanimi consensu 600# tribuisse M° Pourchot, M° vero Caperonnier variatis deputatorum sententiis, concessas fuisse 400# libellas ab Amplissimo Rectore in eius gratiam concludente (salvo tamen suffragio Venerandae Nationis. censuerunt Ven. tribules concedendam M° Pourchot summam 600# annui reditûs adempto dono gratuito, et M. Caperonnier 50 supra trecentas libellas si adhuc locus sit meae sententiae si vero nolint deputati excipere meam sententiam nihil omnino concedendum, ac intercedendum a me quominus erogentur illae pensiones, cum nulla legitima ratio compareat Ven. Nationi illas concedendi; atque ita a me procuratore conclusum, omnibus tamen invitis concedentibus illas pensiones, et dolentibus cedendum tempori propter consensum aliorum ordinum.

Die vigesimo secundo eiusdem mensis in comitiis Deputatorum universitatis, propter instantes ferias in antecessum habitis apud Ampl. Rectorem. Ego retuli sententiam Ven. Nationis de pensionibus a Tribunali Academico concessis tam M° Pourchot, quam M° Caperonnier; confirmari nimirum a Ven. Natione M° Pourchot 600# annuatim, detractis solummodo 20 libellis quas percipiebat propter antiquum et modicum syndici honorarium (60 libellarum) idque iis conditionibus quibus Saluberrima facultas, et Picardorum Natio concesserunt. M° vero Caperonnier quinquaginta libellas e quadringentis quas accipiebat detrahi; trecentas et quinquaginta relinqui conditionibus a fidelissima Natione in superiori conclusione impositis. tum amplissimus Rector conclusit M° Caperonnier tribuendas quinquaginta supra trecentas libellas annui reditûs conditionib. supra memoratis.

Die 10 mensis octobris congregata de More in Harcurio ven. Natio elegit quadrumvirum M. Joannem Des Autieux.

Horâ decimâ matutinâ in comitiis apud Mathurinenses habitis quatuor viri matutinis horis eiusdem diei, electi intraverunt conclave

Die 6° octobris in comitiis ordinariis ven. Nationis supplicavit pro regentia, et scholis M. Hobey in collegio Marchiano professor designatus. omnium consensu admissus, sacramentum pro more solito dixit.

Die 15 eiusdem mensis convocati de more Gymnasiarchi et professores collegiorum pleni, ut aiunt exercitii ut suam quisque pecuniarum enunciatibus redeuntium partem acciperet, adfuerunt in collegio Harcuriano horâ circiter post meridiem primâ. tum fidelissimus nunciatuum quaestor acceptam pecuniam repraesentans in comitiis, quaesivit quid sibi agendum de parte clarissimi viri M. Duhamel emeriti philosophiae professoris, ipsine eroganda esset? re in deliberationem missâ, dictisque sententiis placuit dicto M. Duhamel nihil solvi, utpote qui pinguis beneficii seu canonicatûs in Ecclesiâ Cathedrali Paris. licet nondum pacificus, ut aiunt, professor fructus tamen percipiat.

Die verò 24 eiusdem mensis habita sunt extra ordinem comitia ad rem eandem expendendam ubi omnes priorem conclusionem censuerunt esse confirmandam; et ita a me procuratore conclusum est. Duval

Die 27° eiusdem mensis habita sunt comitia censoria apud Mathurinenses horâ septimâ in quibus communi omnium tribulium suffragio censor creatus est vir clarissimus M. Le Febvre Licentiatus Theologus.

Die 24 mensis Novembris post primas vesperas de S.ta Catharina lectum est instrumentum, seu contractus fundationis M. Joannis Des Authieux prout hic jacet idque a Venerandâ Natione comprobatum.

Par devant les Notaires soussignés furent presents. M.e Jean Des Authieux du diocèze de Rouen, Bachelier en Theologie de la faculté de Paris, de la Maison et societé d'Harcour, docteur ès arts, professeur de la troisième classe audit college, cy devant procureur, et sous principal dudit college, Receveur des Messageries de la Nation de Normandie fondée en l'Université de Paris, ancien questeur, censeur, et procureur de ladite Nation, d'une part Et Venerables, discretes et scientifiques personnes, Claude Duval Licentié en Theologie de la Maison et societé d'Harcour procureur de ladite Nation. Nicolas L'air ancien Recteur de ladite université, professeur emerite de Rhetorique a Harcour, Doyen de ladite Nation: Michel Le Febvre Licentié en Theologie de la maison de Sorbone, ancien procureur, censeur en charge de ladite Nation: Charle Massif Bachelier en Theologie de la maison et societé de Lizieux questeur en charge de ladite Nation. François Guenon, Licentié en Theologie de la maison, et societé d'Harcour, professeur emerite a Lizieux en Philosophie. ancien procureur, et censeur: Gille Roussel, Bachelier en Theologie de la maison et societé de Sorbone, professeur emerite de philosophie a Harcour, ancien procureur et censeur: Guillaume Le Melorel professeur emerite, regent de philosophie a Harcour, ancien procureur, et censeur: Jean Vadelorge professeur emerite de Troisième a Lizieux, ancien procureur, censeur, et questeur: Charles Fortin professeur emerite, regent de quatrième a Harcour, ancien procureur de la Nation: Michel Le Blond, professeur emerite de quatrième a Beauvais, ancien procureur: Estienne de la place, Bachelier en Theol. de la maison, et societé d'Harcour, ancien procureur, censeur, et questeur: Guillaume Laisné Bachelier en Theol. chanoine de S.t Estienne de Grecs, cy devant Regent de quatrième a la Marche ancien procureur, et questeur: Gille Le Blond

Bachelier en Theologie de la maison, et Société d'Harcour, professeur emerite, Regent de philosophie a la Marche: Jean Couture ancien Recteur, professeur emerite de Rhetorique au College de la Marche, et professeur d'Eloquence au college Royal, ancien procureur: pierre Touraine Licentié en Theologie de la maison et Société de Navarre ancien procureur, et censeur. Jaques Lavoisé professeur emerite de cinquiéme a Navarre, ancien procureur, censeur, et questeur: Jessé Le Duc ancien Regent de seconde a Harcour, avocat en parlement, et procureur gnal du conseil Souverain de Quebec en la nouvelle France: Loüis Le Sauvage Bachelier en Theologie de la maison et Société d'Harcour, professeur de philosophie au college de Navarre: Nicolas Morain professeur emerite, Regent de Rhetorique au college Mazarin, ancien procureur: Ambroise plaine, Licentié en droit, professeur emerite, Regent de Rhetorique a Lizieux, ancien questeur, et censeur: Philippe Boisnoy Chanoine de St Etienne de Grecs, professeur emerite Regent de quatriéme a la Marche: Loüis Le Bouc, professeur emerite Regent de quatriéme au plessis ancien questeur et censeur; Pierre Gayet, Licentié en Theol. principal du college de Seez, et professeur de Rhetorique a Montaigu, ancien procureur, et censeur: Alexandre de Prepetit ancien Recteur, professeur emerite, Regent de Rhetorique aux Grassins: Richard Pipon, professeur emerite de seconde au Cardinal Le Moine. Guillaume Dagoumer, professeur emerite, Regent de philosophie, et prieur des deux maisons d'Harcour, ancien procureur: Pierre Varignon de L'Academie Royalle des Sciences professeur de Mathematiques a Mazarin: Anthoine Marion, Licentié en Theologie de la maison, et Société de Navarre, professeur de philosophie aud. College: Jaques Fleury professeur de philosophie aux Grassins: Pierre Viel ancien Recteur, professeur de Rhetorique au plessis et Greffier de L'Université: Jaques Courteil professeur de cinquiéme a Montaigu, ancien questeur: Gaspar Poictevin, professeur de philosophie a Beauvais, Pierre Madeline professeur de sixiéme a Lizieux: Henry de Laizement Chanoine de L'Eglise de Roüen ancien Regent de cinquiéme a Navarre: Jean Josset professeur de Rhetorique a Harcour ancien questeur: André Dupont professeur professeur de sixieme au Cardinal Le Moine: François Adam Regent de cinquiéme a Harcour. André Asselin Regent de sixiéme a La Marche: Jean François de Croisilles Bachelier en Theol. regent de sixiéme a Harcour. François Roussel Licentié en Theol.: Michel Samson Bachelier en Theol. Regent de sixieme a Navarre: Jean Bonnesseur Licentié en Theol. professeur de philosophie a Lizieux: ancien procureur, et censeur: Loüis Nicolas Durand professeur de philosophie au Cardinal le Moine: pierre Chaumont Bachelier en Theol. principal du college de Justice: Jean Marie Regent de seconde au Cardinal Le Moine: Jean du Hamel Regent de philosophie aux Grassins: Pierre Osmont Bachelier en Theologie de la maison et Société d'Harcour: Jean Laisnel Bachelier en Theol. Regent de quatriéme aux Grassins Loüis Mustel Bachelier en Theol. de la maison et Société d'Harcour et procureur dud. College. Jean d'Herouville Regent de seconde a la Marche: François Perchel Bachelier en Theol. Gilles Thomas Asselin Bachelier en Theol. de la maison et Société d'Harcour: Simeon Hobey regent de troisieme a la Marche: tous Mrs et Suppostz de lad. Nation dûement congregées, et assemblées a la chapelle dud. College Lieu accoutumé pour traiter des affaires de lad. Nation. D'autre part

Disant Lesq parties qu'elq. Sieur des Autheux vocant que Lad Maistres
& Suppost de la Nation de Normandie s'assemblent tous les ans le vingt huit.
de Juin veille de St Pierre, aud College de Harcour pour y faire l'Election de
quatre examinateurs pour le premier examen de la maistrize d'arts, celle d'un
quatrieme, & de quatre examinateurs de comptes de la quatrieme precedente; & cependant il n'y avoit point ce jour la de celebration de Messe, ni de distribution
pour les Maistres & Suppostz qui s'y assemblent, comme il y en a dans toutes
les autres assemblées ordinaires de lad Nation; et lad. Sieur des Autheux, ayant
de l'affection qu'elle a toujours eüe, & qu'elle aura toute la vie envers lad Nation,
desirant depuis longtemps le bien de lad. Nation, l'augmentation du service
Divin, et de plus particulierement participant aux prieres qui s'y font, et s'y
feront cy apres, se seroit addressé le vingt trois Juin mil Sept cent six
aux dt. Maistres, & Suppostz, aux quels il auroit declaré que son intention
etoit de fonder une haut-messe a l'honneur de la Vierge Mere de Dieu
pour laquelle il a eu dés son enfance une particuliere devotion; laquelle
Messe seroit celebrée le dt. jour vingt huit. de Juin de chaque année a
perpetuité, auparavant l'assemblée ordinaire de lad Nation, avec Diacre,
Soudiacre, & chapiers, comme il se pratique aux Messes fondées par Mr. de
Rüeil: et a la fin de la quelle on chanteroit un libera et un De profundis
avec les oraisons pour le repos de l'ame de ses pere, Mere, &
parents; apres soy devez pour le repos de son ame, & de celles de ses pere
de Mere, & parents; ou lad Nation pourvoit ce qui seroit necessaire, et
faisoit une distribution ordinaire aux Maistres, & Suppostz, ayant voix
& suffrage dans lad. Nation: pour la quelle fondation les dt. Sieur des autheux
ne pretendoit aucuns droits d'amortissement, ni autres si aucuns etoient
pretendus pour le present & pour l'avenir: & pour cet effet auroit offert
& donné la somme de 600 une fois payée pour etre employée aux
affaires, et necessités de lad. Nation; dans laquelle attendant l'occasion favorable
d'employer lad. Somme au profit de lad. Nation, les dt. Sieur des Autheux
payeroit chaque année a commencer le 28 Juin mil Sept cent six
la somme de vingt livres pour l'execution de lad. fondation: dans quel
Maistres & Suppostz de lad. Nation, apres en avoir deliberé, conferé
plusieurs fois ensemble, & aprés avoir trouvé lad. fondation, sainte, &
profitable a lad. Nation, auroit accepté l'offre des dt. Sieur des Autheux, &
l'auroit remerciée de son affection envers lad. Nation; laquelle
auroit ensuitte donné pendant trois ans lad. somme de vingt livres
pour la celebration de cette Messe; laquelle dix huit. Juillet 1708.
les dt. Maistres & Suppostz se seroient assemblés extraordinairement
aud. College de Harcour ou ils auroient fait une conclusion speciale pour
etre plainement lad. fondation, et par la quelle conclusion ils
auroient resolu unanimement de recevoir des dt. Sieur des Autheux lad.
somme de 600tt pour aider a payer aux dt. Docteurs de la
Maison & Societé de Sorbonne, & principal du college de Plessis
la somme de deux mille livres pour le fort principal, et remboursement
de quatre vingt douze livres, treize sous six deniers a deduire sur cent
cinquante livres de rente, au principal de trois mil trois cent livres

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

qui est a raison du Denier vingt deux, restant a rachepter de quatre cents dix huit
Livres, vers lesd Srs Deniers de rente au principal de neuf milles deux cents
livres qui est a lad. raison au dernier vingt deux, constituée par lesd. Maistres, et
supposts dlad. Nation de Normandie au profit dud. Sieur Durieux, suivant, et
pour les causes portées au contrat de constitution dlad. rente, passé par
devant Lormier et son confrere, notaires a paris, le 6 oct. mil sept cents soixante
et dix huit. Et que lesd. Sieur Des Autrieux en consequence dlad. conclusion
auroit Le même jour dix huit Juillet mil sept cents huit fait et delivré alad.
Nation du contenu des parties és mains de Mre Charle Massé quelcun
dlad. Nation, cette somme de cinq cents Livres que lesd Sieur Massé auroit
declaré avoir receu dud. Sieur des Autrieux, et les avoir employés tant en
dernier dud. mois de Juillet avec d'autres deniers dlad. Nation, au
paiement dlad. somme de deux milles livres, fait audit Sieur Durieux
comme il est porté plus au long par la quittance dud. remboursement, passé
pardevant Laidequive et son confrere Notaires a paris Le dixneuf dud.
mois de Juillet 1708 avec promesse de faire mention dlad. quittance et
declaration dans le contrat dlad. presente fondation, qui devoit etre
incessamment passé entre Lesdits dlad. Nation et lesd. Srs Des Autrieux.
C'est pourquoi lesd. Maistres et Supposts dlad. Nation de Normandie,
conformant par les presentes lad. quittance et declaration; et declarant et
aboudant que lad. somme de cinq cents livres provenante dud. Sieur Des Autrieux
fait partie et est entrée dans celle de deux milles Livres qui ont servi
au remboursement fait audit Sieur Durieux, ainsi que lesd. employ et
subrogation et droit qui en resulte, servent de Surete pour la presente
fondation qu'ils font, et que fait par lesd. presentes lesd. Sieur Des Autrieux
d'une haute Messe de lad. Ste Vierge et lesd. Mrs et Supposts ont promis, et
promettent aud. nom, tant pour eux que pour leurs successeurs composant lad.
Nation, de faire dire, chanter, et celebrer par chacun an a perpetuité le 28
Juin veille de St Pierre avant l'assemblée ordinaire dlad. Nation, une
haute Messe a l'honneur de lad. Ste Vierge avec Diacre, Soudiacre, et deux
Chapiers, comme il est de la maniere qu'il se pratique aux messes fondées par Mr
de Roüen; et Loy chantera a la fin dlad. Messe un Libera et un De profundis
avec les oraisons convenables pour le repos des ames des pere, de Mere,
et parens dud. Sieur des Autrieux, et apres son decez Le tout sera dit a son
intention, et pour le repos de son ame, et de celles de ses pere, de Mere et parents.
pour la celebration de la quelle Messe lad. Nation fournira le pain, vin, luminaire
et ornemens convenables; et elle sera tenüe de faire faire a la fin d'icelle
une distribution ordinaire aux Mrs et Supposts ayant voix et suffrage dlad.
Nation, comme aussi aux Grand, Petit Bedeaux, et aux petits Bourseurs qui
aident a chanter et a servir a l'autel; et cette distribution se fera de la maniere
et suivant qu'il se pratique, et qu'il se pratiquera dans la suitte de tous les autres
aux Messes, et offices Divins dlad. Nation; et pour parer et entretenir la
presente fondation, lesd. Mrs et Supposts ont obligé, entre Les. employé et
subrogation, Les fonds, Maisons, Biens, meubles, et immeubles, presens, et avenir
dlad. Nation. pour raison de laquelle fondation lesd. Srs Des Autrieux n'en
leur ni les heritiers de paier aucun droit d'amortissement, ni autres attendu

que Lesd. M.rs de Suppostz, auesq. nom Ilz sont obligés et sobligent dlz païer Si aucuns sont pretendus pour lo present, et pour l'avenir. et pour perpetuer Ladt. presente fondation, Icelle sera inscrite dans Les registres dLadt. Nation, et Ldt. Sieur Des Antiens pourra faire mettre en lieu convenable dans La Chapelle ou d'assemble Ladt. Nation, une inscription qui contiendra en Sommaire La presente fondation. car ainsi a été convenu entre Les parties, promettans, obligeans, et renonçans. fait et passé a Paris en Ladt. Chapelle dLadt. Nation Lan mil Sept cents Sept Le vingt quatre Novembre apresmidi, ont Signé La minute des presentes, demeurée a Vatry Luz des Notaires Soussignés.

Calendis Decembris congregatis de more in Sorcuriano Sacello venerandis tribulibus exposui clarissimum virum M. Vadelorge virum procuratorium, meritum professorem in collegio Lexoveo in animo habere fundare missam solemnem annuatim, et perpetuò celebrandam pro Summa 200ti quas ven. Nationi miseras dederat mense julio; quibusdam conditionibus mihi semper tradita quas Legi coram omnibus. rogatis facere suffragiis nominati sunt deputati qui hasce conditiones examinarent, viderentque an expederet ven. Nationi illam fundationem admittere, rita ame procuratore conclusum fuit. Duval

Die prima januarii peracto sacro, habitis comitiis. iterum lecta sunt conditiones a M. Vadelorge propositæ, sed aliquantulum immutatæ prout inter deputatos, scriptum M. Vadelorge convenerat cumque omnibus fuere, acceptæ ipsaeille conditiones, et sola super illa difficultas de eligenda die quâ missa solemnis celebraretur. dixi ven. Nationem singulari devotionis affectu semper colusse BB. virginem Dei-param, omnesque dies eius festos solemniter apud nos celebrari, exceptis duobus, festo nimirum Visitationis, festo præsentationis quorum alter peligi posset si ita videretur ven. Nationi. re in deliberationem missâ multi laudarunt pretatem clarissimi viri M. Vadelorge, gratasque egerunt deinde placuit eligi diem Visitationis eo quod mense julio semel tantùm haberi soleant comitia. quâ quidem die Visitationis BB. Virginis quotannis singulis celebrabitur missa solemnis. atque ita ame procuratore conclusum fr

Duval

Prima die mensis Februarii oblati sunt cerei illustrissimis Senatûs principi, regni Cancellario et protogradi Majoris consilii, a quibus honorificè excepti sunt Academiæ deputati; sed præsertim ab illustrissimo Supremi Senatûs principe qui maximâ verborum urbanitate deduxit omnes usque ad infimum suarum ædium gradum.

Die nonâ eiusdem mensis in comitiis minoribus in Sacello Sorcuriano de more habitis. postquam Ego procurator exposui venerandis tribulibus quanti esset momenti Lustrari quotannis singula collegia, duo in deliberationem midi: primo ascenderem Lustrari debere collegia a tribunali academico, id est ab amplissimo Rectore cum tribus Decanis, et quatuor Nationum procuratoribus. altrum ne vellent ex erario universitatis singulis deputatis erogari sportulam, seu honorarium, ipsis tribus solitum. rogatis suffragiis censuit ven. Natio pernitiosum fore Academiæ collegiorum Lustrationes,

quæ fierent a Tribunali Academico secundum veterem consuetudinem, sapientissimum Universitatis decretum latum die 10 Septembris anni 1665, et Senatus-consulto roboratum anno 1666 die quarta Septembris: quoque majori cum diligentiâ fiant, singulis deputatis eandem summam tribuendam esse ex ærario universitatis, quæ in tribunali Academico ipsis tribui solet, atque ita a me procuratore conclusum est. Duval

Die 20 eiusdem mensis auditæ sunt et discussæ rationes quæstoris generalis Universitatis M. Billet viri Rectorii; cuius etsi fidem ac religionem in administrandis bonis rebus Academicis laudarem, eius tamen rationibus chirographum apponere nolui hac una de causâ quod M.o Pourchot viginti libellæ doni gratuiti solverentur contra conclusionem ven. Nationis latam die decimâ quartâ Augusti.

Die sequenti habita est extra ordinem comitia Deputatorum apud ampliss. Rectorem in collegio Mazarinæo; ubi cum de necessitate lustrandi collegia verba fecisset Rector Ampl. conditum est sapientissimum illud universitatis decretum quod videre est in commentariis universitatis, et cui postridie accessit supremi senatus authoritas. Die vero sabbathi 23 lustratum est collegium S.ti Michaelis, ut sine morâ executioni mandaretur illud decretum.

Die 2.a Martii in comitiis ven. Nationis in harcurio habitis lectus est contractus fundationis M.i Vadelorge, omnibusque probatus fuit.

Die 23 eiusdem mensis habita sunt in antecessum comitia propter hebdomadam sanctam iam instantem, in collegio harcuriano, in quibus communi omnium suffragio procurator electus est vir clarissimus M. Ægydius Le blond celeberrimus philosophiæ professor in collegio Marchiano, vir magni nominis, non philosophiæ modo, sed et eloquentiæ laude conspicuus. cum tamen esset matrimonio innetus M. ~~de~~ L'avoisé vir procuratorius et emeritus professor humanitatis in Regia Navarrâ dixit ~~contra~~ se legisse in hist. universit. tomo 6. pag. 797. locum quendam excerptum ex actis Normanicæ Nation.+ ut qui habent uxores ad procuratoriam dignitatem non evehantur; se tamen suffragari viro clarissimo M. Le Blond. deinde cum humanissimè significassem venerandi tribulis se grata habere quæ gessissem in meo magistratu quatuorvir designatus sum.

+ ex actis Norm. Nationis fol. 105. recto. et ex lib. Juratorum. uxorati privati sunt omni iure suffragii et omni magistratu. quodquidem observationem dignum putaret. ut non eligeretur vir clarissimus nisi cum hac clausulâ et conditione salvo iure Universitatis et Nationis Vener. Normanorum.

Eadem die horâ decimâ matutinâ habita sunt apud Mathurinenses præclaræ facultatis artium comitia. vix ingressus fui conclave cum aliis quatuorviris maxima voluptate prorogavimus fasces rectorios viro dignissimo M. Antonio de Bacq celeberrimo philosophiæ professore in collegio Mazarinæo.

Collegas habui in munere procuratorio. ex honorandâ Gallorum Natione M. Edmundum Pourchot virum Rectorium, emeritum philosophiæ professorem in collegio Mazarinæo, syndicum universitatis. et Claudium Andry Baccal. Theologum. ex Picardicâ Natione MM. Capperonnier Licentiatum Theol. magni nominis, et literis græcis excultissimum. et M. Magnier quondam professorem in Marchiano virum probatæ fidei et vere Academicum. ex Germanorum Natione MM.ri Perignon, Moriarthy. de Maj. et M. Morus virum Rectorium et in Regia Navarrâ Gymnasiarcham philosophorum.

Acta Venerandæ Normanorum Nationis procuratore Magistro Ægidio Le Blond Baccalaureo T. et Emerito philosophiæ professore In Marchiano. —

a Die 23.ª Martii anni 1709 usque ad Diem 24. Martij 1710.

Die 23.ª Martii habita sunt in antecessum Comitia propter hebdomadam Sanctam Tamjam instantem in Collegio Harcuriano in quibus Communi omnium suffragio In procuratorem Electus sum, Magister vero Duval Licentiatus Theologus e Societate Harcuriana Exprocurator meritissimus quadrumuir designatus est.

Eadem Die hora circiter decima matutina Rectorii fasces prorogati sunt viro Clarissimo M. Antonio de Bacq Celeberrimo philosophiæ professori in Mazarinæo.

Eadem Die Veneranda Natio supplices omnes admisit excepto Joanne Fr. Sisset

Eadem Die M. Balthasar Gibert vir Rectorius exposuit in Commentariis Censoriis Honor. Nationis scripta quæd. esse quæ sunt partim contra veritatem, partim sibi et viris quibusdam academicis injuria, quæque deleri atque emendari postulavit; Rogavitque Ampl. Rectorem qui rem totam amice Componat, tumque deputatus sum una cum M. Le Feure Censore viro facundissimo qui cum deputatis aliarum Nationum de hoc negotio inquireremus.

Die 6.ª aprilis picardiæ et germaniæ nationum deputati nomine Gymnasiarcharum et professorum utriusque Nationis oblato supplice libello postulârunt ut subsidium bis mille et quingentarum Libellarum ex ærario academico desumendum ipsis benigne Concederetur annuatim.

Eadem die M. Ferriere Turium decanus postulavit — Juridicam facultatem æquari Saluberrimæ, et illi proinde 200 libellas annuatim Concedi, quantum huic alteri Concessum fuerat. placuit de utroque capite Consuli singulos ordines atque ad tribunal academicum referri.

Eadem Die placuit Cancellari atque irrita haberi verba quædam tum picardicæ et Normanicæ Nationi, tum Saluberrimæ facultatis decano Injuria.

Die 9.ª ejusd. mensis apud Mathurin. Guillelmo de Bure Civi paris. Collatum e officium unum Librarii Typographi e 24. qui pertinent ad Universitatem

Eadem die M. Petrus du Bosc presbyter Lexov. Sacramentum præstitit in manus amplissimi Rectoris pro munere minoris apparitoris in sacra Th. facultate.

Die 11° Ejusd. mensis majoribus infulis ornatus una cum adjuncto exprocuratore meme Jussu amp. Rectoris ad Serenissimi principis palatium Contuli ejusdem principis nuper fato functi Corpus exanime aqua sacra Conspersurus.

Sequenti die Lustrata sunt Collegia Harcurianum Thesaurarium et Prælleum.

Die 3ª maii Lustratum est Collegium Choletæum.

Die 4ª M. quinot Th. facultatis Syndicus, Bibliothecæ Mazarineæ æditus et Professor in Sorbona tam suo quam aliorum Sacræ Th. professorum nomine oblato Libello Supplice postulavit, ut in aliquam pensionum Academicar. partem ipsi quoque vocarentur. re in deliberationem missa placuit dict. Libellum Supplicem Jungi cum libello Supplice a Picardis germanisque oblato, nec non et postulatis Juridicæ facultatis, atque una de illis oibus, cum patientur Universitatis opes, deliberari.

Ead. die M. petrus de Perelle Inspector redituum qui solvuntur in Basilica Urbis admissus est ad officium Nuntii Sagiensis obitu Jacobi Courtade ultimi possessoris obitu vacans.

Eadem die apud Tribunal Acad. Comparuerunt M. Stephanus Mallemens Lic. T. et Phiæ p. in Marchiano ex una parte; Ex altero vero M. Edmundus Pourchot Syndicus Univ. et Emeritus Phiæ professor de antiquitate Matriculæ ut vocant, et de prodecanatu Tribus Senonensis inter se Contendentes. re in deliberationem missa, rogatis, dictisque Sententiis placuit M. Pourchot manere prodecanum Tribus Senonensis, Decanum, ubi Casus tulerit, futurum. Idem Juris post M. Pourchot attribui aliis membris Dictæ tribus in Nationem Gallicam admissis ante 23. Jun. 1683. M. vero Mallemens habere Locum, in eamq admissum censeri a Die prædicto 23. Junii 1683. atq ut omnes in posterum ejusce modi abusus resecentur, Statutum est, ut Magistris, cum admittentur in gremium cujusvis ordinis academici, Schedulæ Matriculares ab officiariis gratis tradantur, noteturque quo die in ordinem admissi fuerint, Singulorum ordinum Commentarii Summa religione asserventur, nec cujusquam nomen omissum sine acad. authoritate restituatur. Idem Commentarii ab officiariis Magistratu abeuntibus inter unum mensem tradantur e Successoribus; ita ut Successores in sequentibus ordinis Sui Comitiis illos sibi a decessoribus sibi traditos fuisse significent

Eadem Die amplissimus Rector Exposuit multos esse pauperes academicos quibus nulla omnino Suppetat miseris hisce temporibus vivendi ratio. videndum proinde Siquid opis Scholasticis egenis Sive fratres sive alumni fuerint, Universitas ferre queat. audito M. Pourchot Syndico, re in deliberationem missa placuit rem cum Singulis ordinibus Communicari, ac deinde referri ad Tribunal academicum

Die 28° Ejusdem mensis majoribus infulis ornatus una cum adjuncto Exprocuratore ad ædes Mazarinæas me Contuli de Ludovici magni Laudibus perorantem audituras Amplissimum D. Rectorem Antonium de Bacq.

Die 7.a Junii Habita sunt Comitia extraordinaria in Sacello Harcuriano, in iisque, Lustratis et in apparto positis reditibus annuis M. Viel Scribæ Vniversitatis perpensaque lectura quam passurus est ex suppressione Literarum nominatorum [cum] unica duntaxat vice unicuique Academico distribuenda] venerandi Contribules vnanimi consensu judicarunt illi restituendam esse ex Vniversitatis ærario Summam quinquies mille Libellarum, quam ipse ex proprio suo pane et sine ulla reditus annui spe tum concesserat facultati artium, cum ageretur de scriba officio a regia taxatione redimendo.

Die 8.a ejusd. mensis Academico Tribunali placuit illam restituci Conclusionem quæ a M. Lair tum Vniversitatis Scribâ in Commentarios non fuerat relata 4.a octobris 1705.

Eodem Die M.i Pestel et [illegible] Perignon Libellum supplicem obtulerunt eidem Tribunali postulantes aliquid opis ex Vniversitatis ærario sibi Concedi. re in deliberationem missa rogatis dictisque Sententiis, Conclusit amplissimus Rector cuique supplicum concedendam esse Summam 150 Libellarum pro una duntaxat vice.

Die 12.a ejusd mensis Lustrata sunt Collegia de Torreti et Montis-acuti.

Die 16.a ejusdem mensis Tribunal academicum Lustravit Collegia Thesaurarium et Lexouium

Die 19.a ejusd. mensis Majoribus infulis ornati processimus ad ædem Dei Sacram Sub invocatione S. Joannis Evangel. in Cardinalitio

Die 22.a ejusd. mensis Habita sunt Comitia in Justiniano in quibus post Sacrum Electus est in quadrumuirum M. Nallis quæstor V. N. Lod. die apud Nathur. Prorogati sunt fasces Rectorii M. antonio de Baeq. Fisco Comitiis adfuit V. pr. de Vau[illegible] D. Genouefæ Cancellarius qui deductus in Locum Eminentiorem stetit ad Latus Dextrum amp.a Locum tenentis Syndico, habitaque elegantissima oratione postulauit in procancellarium M. Franciscum Cassé S. T. Doctorem et Gymnasiarcham in Lexouio in Locum Clar. Viri M. Stephani Milanges e Societate Nau. et Sacræ Doctrinæ ibid. professoris, qui procancellariatum abdicauerat. Dixit Syndicus nihil mordri se quominus D. M. Cassé in procancellarium admitteretur. tum a. Rector postulationem procancellarii subjecit deliberationi Nationum quæ ad deliberandum secesserunt, et Continuo procuratores retulerunt omnibus et singulis placere Nominationem D. M. Cassé in procancellarium apud S. Genouefam, atque ita Conclusit am Rector in Cujus Manib. Sacrum prostrati Nouus procancellarius. tum introducti sunt undecim supplices quorum octo admissi sunt tres uero repulsam passi, quod nimiram a Lectionibus publicis abfuissent per primos tres menses Biennii philosophici

Die 28.a ejusd. mensis habita sunt Comitia ordinaria In Collegio Nar. in quibus post Missæ Solemnia alterum

In annum prorogatus est quæstor fidelissimus V. N. M. Massif B. T. deinde nominati sunt Expunctores rationum M. Josset Exquæstor M. Desauthieux quæstor Nunciatuum M. Anger humanitatis professor in Lexouio et M. Le Jordier Lic. T. Deinde Electi sunt in Examinatores Candidatorum Baccalaureatus artium M.M. Mustel ex Roussel ambo Baccalaurei ex Diœcesi Roth. M. ~~[illegible]~~ Dherouille Ex Baj. et M. Marie ex Constantiensi

Die Martis 2°. Julii pro 3ª vice lustratum e Collegium Thesaurarii; inde processimus ad Turonense et Boissiacum

Die 3°. Ejusd. mensis ab octaua ad meridiem Lustrata sunt Collegia Hubantinum V. Laue Maria, et S. Barbaræ.

Die 6°. Lustrata sunt Collegia Cameracense, Trecorense et Prellæum.

Die 10 Ejusd. mensis Lustrata Collegia Justitianum Bajocense et Sagiense

Die 11ª. Ejusd. mensis Lustrata sunt Collegia Dormano-Bellouacum, et Dainuillæum

Die 17°. Ejusd. mensis Lustrata sunt Collegia Scotorum, Laudunense et Cenomanense.

Die 18°. ejusd. mensis Lustrata sunt Collegia Burgundicum et Aduense.

Die 22°. Ejusd. mensis in Collegio Narbonensi in quo indici Congregao solet priusquam ad Lustranda Collegia procedatur Conuocati de more adfuerunt Cum A. Rectore Antonio de Bacq Decani et Procuratores Cum Syndico Scriba et quæstore. in his Comitiis dixit A. Rector finem tandem esse imponendum ei Negotio quod ad Scribatum Vniuersitatis pertinet, quodque agitatum prius fuerat plurib. in Comitiis Cum n die 5°. februarii 1705 M. Petrus Viel tum Rector in Scribam Vniuersitatis eligeretur, ut abonere Edicti Regii Liber fieret Scribatus, expressam ab eo fuisse Necessitatem persoluendi Summam quinquies mille Libellarum. Itaque Cum nunc res Academiæ patiantur, ut ea summa ipsi restituatur, Rogasse se Sap. Decanos ornatissimosque Procuratores, ut hac de re Cum suis ordinibus agerent. re itaque in deliberationem missa, audito M. Pourchot Syndico Drogatis dictisque Sententiis, placuit Dicto M. Viel Scribæ rependi ex ære academico prædictam Summam quinquies mille Libellarum, et Scribæ Academici munus omni deinceps onere Liberandum. et ita fuit ab A. Rectore Clausum

Inde processum est ad Lustrationem Collegiorum Sorbonæ Plessæi, Longobardorum et Cornubiensis.

Die 27. Ejusd. mensis habita sunt Extra ordinem Comitia deputatorum Vniuers. apud A. Rectorem in Coll. Maz. ibi Comparuit M. Martinus Brillon Doctor & Professor Sorb. et Coll. Plessæi procurator, qui postulauit excusari se quod non Comparuisset Coram Academico Tribunali quo Die Collegium Sorbonæ Plessæum lustratum fuit.

Die 3ª. Augusti habita sunt Menstrua Comitia deput. Vrsitatis apud A. Rectorem in Mazarinæo. in his Comparuerunt ex vna parte M. Franciscus Pitet qui Libello Supplice oblato obtinuerat Licentiam In Jus vocandi Censorem et Procuratorem Gall. Nationis: Ex altera parte Magistri

Andri ejusd. Nationis et Hochet Decanus Tribus Turonensis Loco M. Gentilhomme Censoris. M. Pitet dixit se die 21. Martii 1709 a M. Caillet Collegii Grassinaei primario In phiæ professorem fuisse designatum. Die 23. ejusd. mensis stitisse se in Comitiis Dictæ Nationis, atq; ibi supplicasse ut moris est pro Regentia et Scholis. Visum a fuisse Dictæ Nationi Illam Supplicationem non admittere donec decisa Lis esset, quæ M. Caillet Illata est. Contendit a nullum inferri sibi ab hac Lite præjudicium. Unde postulavit suam Supplicationem authoritate Academ. ratam haberi, seq; in gremium dictæ Nationis a die 23. Martii admissum censeri. M. Hochet respondit M. Pitet non rejectum sed remissum fuisse a Gallicana Natione, quia incertum erat utrum Dicto Caillet Jus nominandi professores, ex quo primarii munus abdicavit. Auditis partibus, audito pariter M. Petro Billet vicegerente Syndici, re in deliberationem missa, rogatis dictisq; sententiis, placuit Rogationem M. ~~Pitet~~ Pitet ratam et validam haberi. Item Supplicationem ab eo factam 23. Martij ratam declarari, et illam ab eo die admissum Juberi. atq; ita Conclusum est ab A. Rectore.

Die 14. Ejusd. mensis habita sunt Comitia apud Mathurinenses ut moris est 7a. Matutina ad eligendos probatores Candidatorum Licentiatus in artibus.

Die ~~21~~ 17o. Augusti ab Academico Tribunali Lustrata sunt Collegia Marchianum et Attrebatense

Die Martis 27a. Augusti habita sunt Extra ordinem Comitia Universitatis in Schola Majore Collegii Maz. ad audiendum Dnum des Granges Ceremoniarum Magistrum qui pridie A. Rectorem Monuerat se eo Die et hora solemni apparatu venturum Universitatem Invitatum ad Cohonestandum sua præsentia cum cæteris primariis hujus urbis ordinibus publicum funus quod In Basilica B. Mariæ Serenissimo Principi Condæo parabatur. Sederunt deputati non quo more solet in aliis Comitiis hinc et inde circa mensam Academico tapete constratam, sed omnes una fronte sui quisq; ordinis locum retinentes. Medius Rector amp. Toga violacea indutus et in cathedra brachiata solus cæteri nigra veste cum Epomidibus suæ quisq; pariter facultatis. Vocati fuerant et Bidelli. agebatur de Negotiis Collegii prælaei cum hora ipsa sesquinona Dictus Rituum Magister proprio Curru Regii feciales et Juncti Præcones Conductis octo Curribus vecti Mazarinæum ingressi sunt. Ex Academico Tribunali deputati sunt Ornatissimi Galliæ et Normanniæ procuratores, Syndicus et quæstor qui M. Ceremoniarum exciperent, atq; in locum Comitiorum adducerent. Præibant Regii feciales quatuor induti subtus atra veste Longiore, supra vero brevi sagulo Liliis aureis ornato, capitioq; in caudæ modum a tergo promisso. Unus Clavulam argenteam, tres alii baculos Crispato serico obtectos præferebant deinde cum quatuor academicis deputatis incedebat D. Ceremoniarum Magister Amictus Lugubri pallio ad terram aliquot ulnis defluente. Manu Læva pileum quadratum, dextra bacillum nigri coloris extrema utraq;

albo Ebore instructum tenebat. pone sequebantur Iurati
praecones numero circiter 24. Induti togis nostrarum
similibus, stemmata defuncti principis hinc et inde
ad pectus et dorsum appensa, manu vero tintinnabula
gerebant argentea. illi omnes in ipso Comitiorum
Ingressu Rectorem cum deputatis salutarunt. Magister
unus Rituum iterum in media aula ac testium ubi
propius accessit ad Tribunal, eumd. accedentem Dnus
Rector sedens resalutauit. tum ei Brachiata sedes allata
e Regione D. Rectoris. quatuor a supradicti deputati ad
suas Cathedras redierunt. feciales a tergo M. Ceremoniar.
stabant recti, Iurati praecones recti quoque, sed alia ex
parte versus Ianuam. postea sedens ille, et opertum
pileo caput, aliquot verba praefatus Regias Literas
deprompsit, obtulitq;: eas excepit Scriba, et a. Rectori
tradidit, Legit ipse inscriptionem A nos tres chers et
bien amez Les Recteur Docteurs Regens &
supposts de nostre fille ainée Luniuersité de
Paris. tum Rector Scribae Litteras reddidit resignandas
atq; alta voce perlegendas. Illarum a hic erat tenor.
De par Le Roi tres chers et bien Amez voulant
rendre a La memoire de notre tres cher et tres
amé Cousin Le prince de Condé Les honneurs
~~de son~~ que sa qualité son Rang et La
proximité du sang peuuent desirer de nous
nous voulons que nos Cours assistent au
seruice qui sera fait pour Le repos de son
ame dans Leglise de Paris; Et nous vous
Mandons de vous y trouuer au Iour et a
Lheure que Le grand maistre ou maistre
des Ceremonies vous dira de notre part.
Si ny faites faute. Car tel est nostre plaisir
Donné a Marly Le 24. aoust 1709. Signatum
Loüis. Infra Phelypeaux, Inferius Luniuersité.
Vbi finem Legendi fecit Scriba, Extemplo Magister
Ceremoniarum Bacillo suo praeconibus innuit,
imperata facesserent, et statim qui inter illos 1um
Locum occupat alta voce dixit, Iuré Crieur faites
vos Charges. Illi vero oes coeperunt satis diu pulsare
suas Campanulas. vix bene desierant cum denuo
iterarunt. mox primus ille praeco alta voce, Messieurs
pries Dieu pour Lame de tres haut tres puissant
et tres Magnanime prince Monseigneur Henri
Iules de Bourbon prince de Condé premier
prince du sang premier pair et grand Maitre
de France. et subito eadem verba iterum repetiit
omisso vocabulo. Messieurs. praecones omnes, ut priua
Campanulas pulsarunt. praeco idem addidit pour
Lame duquel Lon fera Les seruices et Les prieres,
En Leglise de paris demain a 3. heures de releuée
Lon dira vepres et vigiles des morts, et Le Lendemain
a dix heures du matin sera celebré son seruice

Solennel. Sia peractoa A. Rector M.o Ceremoniarum respondit Vniuersitatem Regi fore obedientem ut assolet. postea D. Ceremoniar. M. Surrexit, et Acadiã semel salutauit. Illum abeuntem quatuor supradicti deputati honoris causa ad currum deduxerunt. Rector vero et Reliqui deputati in suis sedibus remanserunt. qui ex academia hujusmodi ritibus iam interfuerant hoc unum de nouo factum animaduerterunt, quod praeco academicos non ut prius appellãrit, nobles et scientifiques personnes, sed messieurs dixerit initio. regressis quatuor deputatis supradictis Instauratae deliberatio de Negotiis Collegii praellaei

Die Iouis 29. Aug. 1709 in Scholis Medicorum A. R. Sap. Dec. or. pr. cum suis adjunctis, officiarii Vniuersitatis et bidelli 14. Inde sub horam sesquidecimam oes induti majoribus infulis, Bidelliae opertos crispato serico fasces praeferentibus ad aedem B. Mariae processum est. in ipso Basilicae aditu Iurati praecones campanalurum pulsu salutarunt Acadiam venientem. Eamd. Excepit M. Ceremoniarum et ad destinatas sedes deduxit. venerunt postea praefectus et aediles seu corpus vrbis, deinde curia parlamenti; mox curia rationum, tum curia subsidior. hi oes induti vestibus nigris; ad ultimum quatuor Regii sanguinis principes. primam cathedram dextri lateris ad ingressu chori versus altare occupauit Dux Borbonius principis defuncti filius. Secundam Enguinaeus Borbony filius, et nepos mortui: 3am princeps Contius, 4am dux Cenomanensis; ad Illius quarti principis latus nullo medio sedebat princeps senatus, et parlamentum in sedibus superioribus et inferiorib. post vltimum senatorem parlamenti Rector et Academia in quatuor sedibus supra pariter et infra. postea sedebant curiae rationum et subsidiorum, deinde corpus vrbis in tribus cathedris e Regione Vniuersitatis. Ita vt praefectus vrbis ex aduerso responderet S. T. Decano qui ad sinistram Rectoris assidebat. rem sacram fecit Em. Cardinalis Noalius Arch. paris. praedicti 4. principes ad offertorium relicta sua sede praeeunte M.o Ceremoniarum salutarunt 1.o parlamentum, deinde curias rationum et subsidior. postea Academiam, vltimum corpus vrbis. principes per ianuam excesserunt quae a dicto latere altari proximae, parlamentum per ianuam infimam chori per quam ordines oes ingressi fuerant. curia rationum secutae principes. tres reliqui ordines, academia scit, curia subsidior. et corpus vrbis eadem ianua qua parlamentum egressi sunt. Inde in scholas medicorum rediuimus vbi honorarium accepimus duplo majus quam distribui solet in comitiis ordinariis

Die 7.o Sept. 1709 habita sunt ordinaria comitia deputator. vrs. apud A. R. in Collegio Maz. in his placuit variis supplicibus litteras nominationis concedi.

Die 10.a 8.bris 1709 habita sunt Comitia V. N. in Coll. Harc. in quibus electus e in quadrumvirum Mager Franciscus Adam Constantientis human. professor in dicto Collegio Harc. designatus est M. Renatus Ruel e Baccalaureus T. presbyter Constantiensis qui Die B. Romano Sacra Solemne Sacrum faceret in Sacello Harcuriano et de ejusdem Sancti Laudibus perororet, e designatus quoque est M. Rogerius Langlois Abrincensis Doctor Theologus e Sacra fac. par. qui pontificis et oratoris munus obiret die Immoc. Conceptionis.

Eadem Die Electus est in Rectorem M. Claudius Lorey antiquus Rector, emeritus Rhetoricæ Professor, quæ Electio grata et rata ab omnibus habita est

~~Eadem~~ Die 11.a ejusd. M. Confirmatus est Amp. Rector M. Lorey a Tribunali Academico.

Die 26. M. Guillelmus Dagoumer Phiæ professor in Harc. Electus e in Censorem V. Nationis in Comitiis ordinariis apud Mothurin. habitis.

Die 9.a Novembris in Comitiis ord. deputator. Vrs. Decreta est M. Desjardins Baic. Theologo Decano Vnius tribûs in picardica natione summa centum Librar. in hunc an. tantummodo habita ratione difficultatis tporum.

Die 6.o decembris hora post meridiem 3.a Tribunal Academicum Majoribus ornatum infulis ad Harcurianas ædes sese contulit M. Benignum Grenan de Dignitate possessos dicentem auditurum

Die 16. ejusd. mensis prorogatus est Am. Rector M. Lorey. a quodrumviris, e quorum numero fuit M. Le Bouc veneranda Nationis Tribul et human. professor in Plessæo.

Ead. Die ortum est dissidium de Sportulis inter procures Nationis picard. ad quod dirimendum deputati sunt e ven. natione Magistri Dagoumer et Guenon.

Die 17.o in æde S. Hilarii a suo pastore humo mandatus est M. Nicolaus Lair Bajocensis quem mira ingenii sagacitas et solertia, copiosa dicendi ubertas et Elegantia, moram austeritas, vitæ continentia et frugalitas singularis ad summos parisiensis academiæ honores extulerant. floruerat in Harcurio primum humanitatis postea Eloquentia professor. floruerat in Vniversitate parisiensi Creatus Rector, deinde scriba. floruerat in veneranda natione procurator, Censor quæstor, examinator, et tandem suæ Nationis Decanus agens an. ætatis 85.um e viuis excessit die 15.a Ejusd. mensis. præclara facultas artium majorib. infulis decorata præeuntibus clauigeris quatuor viris Rectoriis feretri angulos tenentibus, viri Rectorii Exequias sua præsentia cohonestare voluit. Die

Die 23.o ejusd. mensis publicum suæ pietatis vectigal eidem exsoluit et Extraordinaria habuit Comitia in Sacello Har. natio ven. In quibus solemne Sacrum pro[illegible]siia manibus sui Decani obtulit. pontificis et recentis Decani personam mira cum pietate sustinuit M. Franciscus Guenon Celeber. olim phiæ professor in Lexouio. Sub finem Sacri Domestiis et Extraneis proceribus ~~[illegible]~~ Academiæ Distributa est a quæstore ordinaria V. nationis Sportula.

Die 31. ejusdem mensis Sabita Sunt Post Missa Solemnia In Sacello Harcuriano Sabitas Sunt Comitia V. N. in quibus Magister Joannes Duhamel Licentiatus Th. et Emeritus Philos. Professor in Sorbona plessao et M. Franciscus Guenon Licentiatus Theol. et Emeritus Philo. Professor in Collegio Lexoviensi ~~fecerunt~~ ~~de~~ Decanatu V. Nationis re in ~~deliberationem~~ deliberationem missa, Rogatis dirisq; Sententiis ~~Decanatus ad inducias~~ M. Franciscus Guenon et rejectus M. Duhamel Licet antiquior, tum quia Intra Cancellos Vniversitatis non Commoratus tum quia iis occupatus negotiis per quae Stat quominus frequens Interfit Comitiis V. Nationis Juniorum Tribulium Sententiam Sua Consilio Praesentia et auctoritate Firmaturus. et ita Concluditur

Sanctitur ad conclusionem appositam Conclusione concernente Nationis lata die 21a 9bris 1720. qua approbatur hic evulsa Dnum pro conservatorem referendo ordinem comitiorum diei 31a decembris

Bouvet

Die 28 Januarii 1710 audivimus M. Theroulle Professorem Humanitatis in Marchiano de Laudibus Caroli M. Peroratem In Vi. Navarrâ. Hac in actione non minus disertum se Academiae probavit oratorem, quam eidem se probaverat dum Ingeniosum et Elegans Carmen In Marchiano recitavit die 24. Novembris 1709

Die 7o. Februarii Venerandae Nationi exposuit V. Honorabilis et Scientificus Contribul M. Andreas Enguehard Constantiensis Saluberrimae Facultatis Parisiensis Doctor ~~Clarissi~~ Celeberrimus, necnon Emeritus Suae artis Professor In Collegio Regio. Sagax hic Naturae Venator Physicus cum mira Ingenii Solertia Laborem indefessum, Cum Doctrina Salubri et experientia longa Singularem in Deum et homines pietatem, Cum Duris et austeris moribus propitam ad benefaciendum Voluntatem ita semper Conjunxit, ut de omnibus Litteratis, imprimis de Contribulibus, bene mereri paratissimus fuerit.

Die 8a Ejusdem mensis pro piis ejus Manibus preces ordinarias fudit Veneranda Natio. Die vero Decimo ejusd. mensis Solemnes Sacrum Celebrari Curarunt Singulares ejus amici, In Sacello Harcuriano

+ Eodem die post Sacrum Sabitae Sunt Comitia in Sacello Harcuriano In quibus exposuit aequissimus Censor Conclusione Latâ a Venerandanatione die 2o. Julii an. 1702 Magistrum Joannem de Le briere de Louvani Collegii Harcuriani Vigilantissimum Gymnasiarcham in Capellanum Unanimi Tribulium Suffragio Electum fuisse Ut missam Celebraret de Beata diebus Sabbati Cujuslibet Hebdomadae et die 31o. decembris pro defunctis: Eundem Magistrum Joannem Laurentium Prateolis plurimis festis Solemnibus quia M. Nicolaus Lair tum temporis Decanus huic officio se pote Laicus Vacare non Poterat. Numero M. Franciscum Guenon Decanum Cum Sacerdotem debere nomine Nationis Pontificem Agere iisdem festis Ut moris Semper fuit in Venerianda Natione

+ Conclusio de capellano

et Statutis aliarum Nationum Cautum est, cui Nationis Iuri et Dignitati Decani repugnare vult Idem Magister Joannes de Louuanci. quapropter Postulauit idem Censor ut V. Natio mores antiquos confirmet, et decernat eadem partes Sapissi Decani ut nomine Vener. Nationis operetur Sacra tum diebus Solemnibus ~~tum~~ a Venerand a natione celebrari Solitis, tam pro defunctis tribulibus ut moris est antiqui in V. Natione. re missa in deliberationem ab ornatissimo Procuratore Sap. Decanus dixit Se non obstare quominus Concordia Causa M. Louuanci Collegi Harcuriani Primarius Sacris praesit diebus Solemnibus et Deum Sacrosancto Sacrificio placet pro defunctis tribulibus, Si modo velit praesenti Conclusioni proprio Chirographo Suscribere et agnoscere Se nomine V. Nationis et de Consensu Decani has partes gerere, tumque rogatis Sententiis tribules omnes in Sententiam Sap. Decani descenderunt, et ita ab ornatissimo Procuratore Conclusum est M. Joannem de Louuanci posse nomine V. Nationis et de Consensu Decani operari Sacra tum pro defunctis tribulibus tum diebus festis Solemnibus; iis tamen exceptis diebus quibus ornat. Procurator pro more antiquo Solet annuatim nominare Pontificem de Consensu V. Nationis, atque praesentem Conclusionem eidem M. Louuanci esse offerendam ut eidem propria manu Subscribat

Die Lunae 3° februarii 1710 hora post Meridiem 1ª congregati sunt V. Nationis Primarij et Professores qui in plenii Exercitii Collegiis Docent ac profitentur, idq; de distributione trimestri pecuniarum de Dictae Nationis nuntiatibus provenientium postulante M. Joanne des Authieux Professore et hujus reditus quaestore ut accepti et expensi rationum suarum auditores & expunctores nominarentur. re in deliberaam missa rogatis dictisque Sententiis ac Suffragiis electi et in hanc rem deputati sunt, M. Franciscus Guenon Licentiatus V. Phiae professor Emeritus, M. Guilelmus Le Melorel phiae professor in Harcurio et antiquus procurator, M. Joannes de Vadelorge professor Emeritus in Lexovio et antiquus procurator, et M. Nicolaus Morin Rhetoricae professor in Mazarinaeo antiquus Procurator, M. Jacobus Courteille professor in Monteacuto et antiquus quaestor, qui cum Domino V. Nationis procuratore Magistri des Authieux rationes examinarent et approbarent, atque ita a me Conclusum est

Die 1ª Martij, an. 1710 post accepti et expensi rationes a fidelissimo quaestore nunciatuum redditas die 23 februarii coram Procuratore et Supradictis deputatis, habita sunt Comitia in Sacello Harcuriano in quibus propositum est a me quodoni genere munerandus est fidelissimus noster nunciatuum quaestor pro Susceptis per sex annos integros

Laboribus in gratiam V. Nationis. re in deliberationem missa, rogatis dictisq Sententiis, visum est V. Nationi Decernere Donum argenteum quod Constaret ducentis Libellis, quo fidelissimi quaestoris Labores re munerarentur et ita Conclusi.

Eodem die retulit M. des Authieux fidelissimus quaestor nuntiatuum V. nationis Dictum sibi fuisse diem ex In Judicium vocatum a M. Duhamel Emerito Phiae professore in Sorbonae plessaeo et B. Mariae Canonico Coram praetore Civili, ut nempe damnaretur ad iterandas Coram M. Duhamel accepti et expensi rationes quae reddiderat Coram Dno procuratore et Deputatis V. nationis die 23. februarii Juxta Conclusionem dictae nationis datam die 3. ejusd. mensis februarii, postulavitq fidelissimus quaestor quid esset agendum in Dicta Lite intentata. re in deliberationem missa placuit V. nationis professoribus hanc Litem non esse. M. Des Authieux sed professorum nomine et Impensis ubiq prosequendam, placuit et nominare deputatos qui Computis praesentes adfuerant, ut scilicet intentato vadimonio dent operam et ita Conclusum

Eadem Die retuli Conclusionem quae spectat delectum pontificis qui Sacra operetur Coram. V. naoe a me fuisse oblatam M. de Lauvanci Vigilantissimo Domus Harcurianae Provisori, ut scilicet eidem propria manu subscriberet, et revera subscripsisse. quia vero ~~addita subs~~ adhibita fuit subscriptio sub hac Clausula Pacis et Concordiae Causâ Salvisq Juribus utriusq Harcuriae Domûs, et Successorum, non placuit V. nationi talis subscriptio. facta igitur deliberatione, visum e V. Nationi nominare deputatos nempe M. Viel et M. Morin qui rem hanc Coram procuratore et Censore discuterent, atque ita Conclusi

Die Jovis 13 ejusd. mensis in Conventu fratrum Minorum Congregati sunt Academici proceres una Cum suis adjunctis, indeq majoribus infulis ornati sese Contulerunt ad Condaeorum palatium, Ibi Serenissimi Borboniorum Ducis Corpus aqua Sacrâ Conspersuri.

Die 24. Ejusdem mensis post preces fusas pro piis manibus M. Joannis Roannaei unanimi Consensu in procuratorem Electus est M. Andreas Le Soudier ~~[illegible]~~ Licentiatus Theologus, Creatus vero quadrumvir M. Joannes de Vadelorge Emeritus humanitatis professor qui Rectorios fasces prorogavit M. Lorei Amplissimo Rectori.

Testor ea omnia quae gesta st per annuum meum magistratum me dictante et approbante scripta fuisse manu mi charissimi Nepotis Joannis le Henché Licent. Theologi et contribulis ea quae me rata habere. Datum parisijs die 24.a Martij 1710

L. Blondel

Acta Venerandæ Normanorum Nationis Procuratore Magistro Andrea Le Soudier Licentiato Theologo à die 24 Martij anni 1710 ad diem 24 Martij anni 1711

Die 24 mensis Martij an 1710 post sacrum unanimi omnium tribulium consensu ego Andreas Le Soudier Licentiatus Theologus in procuratorem Venerandæ nationis electus sum in ~~collegio~~ Comitiis ordinariis, in sacello Harcuriano habitis, in iisdem M. Joannes de Vadelorge Emeritus humanitatis professor quadrumvir creatus est, quiquidem M. Lorey Amplissimo rectori fasces rectorios prorogavit

Die junii 28 an. 1710 habita sunt Comitia ordinaria in sacello Harcuriano, in quibus ut moris est post missae solemnia, ornatissimus procurator bene precatus est piis manibus parentum M. Joannis Desauthieux, à quo missa dicto die celebrari solita fundata est. tum aequissimus censor postulavit à M. Joanne Duhamel Emerito philosophiae professore, quo titulo sedere solebat inter contribules et ferre suffragium, an titulo decanatûs nec ne; respondit idem M. Duhamel non postulare se, ut in praesentib. Comitiis officium decani exerceat quia sententia de decanatu lata à propraetore parisiensi nondum fuerat denuntiata, imò professus est sibi mentem non esse exercendi illud officium, donec praefata sententia fuerit denuntiata; cujus responsionis actum ab ornat. procuratore postulavit integerrimus censor. deinde electi sunt in examinatores baccalaureandorum in artibus MM Joannes Desauthieux è diocesi Rothomagensi tertii ordinis professor in Harcurio. renatus Ruel baccalaureus theologus, Ægidius thomas Asselin Bajocensis baccalaureus theologus & socius harcurianus fromont Sagiensis baccalaureus quoque theologus, tum aequissimus censor postulavit, ut facta electione quaestoris ad vin. nat. referret quae gesta sunt in lite ortâ de decanatu, cui postulationi annuens orn. procurator in expunctones rationum accepti et expensi reddendarum à fidelissimo quaestore Carolo Massif bacca laureo theologo et socio lexoveo nominavit MM. Joannem De Laval eloquentiae professorem in Marchiano Joannem Bonnesaeur philosophiae professorem in lexoveo virum procuratorium, Joannem Le Heriché Licentiatum theologum, Joannem Laisnel quarto ordini praepositum in Grassinaeo nominavit, monuitque praedictas rationes esse reddendas die crastino, horâ secunda pomeridianâ quo facto orn. procurator retulit MM. Antonium Marion philosophiae professorem in Regiâ Navarrâ Ludovicum Rouget humaniorum litterarum professorem in monte acuto et Andream Dupont professorem in cardinalitio, viros esse quaestorio munere obeundo fidelissime obeundo idoneos, felicemque esse nationem quae habeat tot viros ultro paratos administrationi aerarii. re in deliberationem missâ, & audito integerrimo censore, majori suffragiorum numero electus est M. Andreas Dupont auditus est postea idem censor, qui primum postulavit

ni et cl. Joannes Duhamel franciscus Guenon necnon
alter Duhamel prædicti Consanguineus è Comitiis discedentes
quibus egressis seriem et exitum prædictæ Litis declarato
narravit; atque rationem interrogavit, utrum Libertas edere
Sententia Lata à proprætore pariterque adjudicatum cl. Joannis Duhamel an ab eadem Sententia
provocare ad Supremam Curiam. Re in deliberationem
missâ communi Tribulium suffragio Censuit ven. nat.
Consulendos esse patronos ejusdem Curiæ, quibus exhibe
rentur acta singula ad Litem pertinentia, qui eque
mentem suam Scripto aperirent, atque hinc negotio
Deputati sunt una cum Censore cl. cl. Nicolaus
Ellorain potens Vir ambo eloquentiæ professores, illeque
in ellazarineo hic visi in Stellico et ita ab ornatissimo
procuratore Conclusum est. Le Soudier

Die 30 mensis Junij an. 1710 circa horam quintam cum
dimidiâ post meridiem habita sunt Comitia extra ordinem
in Sacello Garenciano, et quidem Convocata de mandato
ornat. procuratoris, hic Urbis Venerandi Tribules adesse
placuit in collegio Garenciano, die crastinâ ultimâ Junij, horâ
quintâ pomeridiana nobiscum deliberaturi de re gravi nomati
in edicto. Le Soudier procurator, quod mandatum propriâ manu
subsignatum dederat die dominico 29 ejusdem mensis horâ post
meridiem secundâ, majori apparitori ven. nat. quo exparte et per
minorem apparitorem monerer singulos Tribules ut frequentissimi
adessent in collegio Garenciano die horâ in prædicto mandato
indictis; in iis Comitiis ornatissimus procurator rebus ration.
acceptis et expensis se jubente à fidelissimo questore nondum facta
redditæ, quod ideo factum dixit quia aucupatus die sabbati
circa vesperam sententiam proprætoris pariterque de declarato
Latam denuntiatum ei, ipsumque cl. Joannem Duhamel
eodem die sabbati fidelissimum questorem adiisse eique declarasse
futurum ut præsens adesset die crastino, horâ à se procuratore
designatâ rationes acceptæ et expensi auditurus, se procuratorem
ideo voluisse ut audiretur ratione, tum quia ex mutâ sorte
formidabat ne ven. natio damnum caperet si magister Duhamel
ad illas rationes audiendas jure decani admitteretur, tum quia
ex alterâ parte nolebat eundem cl. Duhamel submoveri
ne tumultus excitaretur, et pax cui imprimis consulendum
esset violaretur, contra quam agendi rationem nemo
reclamavit. Tum Censor interrogavit ut qui præsentes
adessent cl. Joannes Duhamel, franciscus Guenon et
alter Duhamel è Comitiis discederent. Sed antequam discederet
cl. Duhamel antequam conquestus est se monitum
ab apparitore de hisce Comitiis, cui querelæ respondit ibid.
Censor cum non debuisse moneri, ut pote qui ipsis adesse
non possit, tum nemine reclamante contra eadem

Comitia Censor retulit auditos fuisse duos magni nominis patronos clarissimos nos DD Baile et Guiordchesne, qui visis et lectis actis pertinentibus ad Litem declaratu ostant Censuerunt 1° debere provocari ad Supremam Curiam à sententiâ proprotoris parisiensis. 2° Speranda. Locum esse furcarum ut Curia edictum ferat, quo cauatur, ne sententia Lata soriatur effectum, donec res Supremo judicio fuerit definita illud porro patronorum judicium ab ipsis non fuisse scripto traditum, tum quia prolixior fuerat narratio Litis & rationum expositio, tum quia illud idem satis superfluum videbatur, cum ipse procurator ornat. presens adesset, una cum aliis quatuor viris fide dignissimis, quibus omnibus fuse expositis ab integ. Censore, imò Lectis quibusdam actis missum fuit in deliberatorem nem nem neverende nationi Liberet attendere ad mentem patronorum. paribus sententia dicta sunt, & majori suffragiorum numero Conclusum fuit ab ornatissimo procuratore, à prædictâ sententiâ provocandum esse ad Supremam Curiam Le Boudier Allen

In Comitiis primo sabbato mensis julij an 1710 habitis in Sacello Parisiano post missam ill. Massieb dixit vadimonium sibi datum fuisse à ill. Joanne Dubamel coram proprotore parisiensi, quo reddere cogebatur rationes auoptæ et expensi; atque duo postulauit à ven. nat primum ut rationes illas propediem redderet, alterum, ut ven. natio de illo vadimonio statueret, audiens ut integerrimus Censor qui observauit sententiâ proprotoris parisiensis nondum denuntiatâ ven. nationi non potuisse ill. Dubamel Litem movere exquestori nec potuisse postulare jura & stipendia decani, præsertim cum hoc ipsum in Comitiis habitis die sabbati vigesimo octauo julij declauauerit Cujus declarationis actum ipse Censor petierat, ad primum monuit ornat. procurator fore ut auoptum & expensum à ill. Le massieb examini subjiceretur die mercurij mensis Julij nono, ad 2um ornat procurator Communi omnium suffragio Concluserit, non tam ill. Massieb, quam venerde nationi Litem moveri, adeoque nomine & impensis ven. nationis esse ubique prosequendam.

Le Boudier Allen

Die mercurij mensis julij nono ego una cum deputatis à ven. nat designatis Conuenimus apud m. massieb exquestorem, ab ipso excepturi rationes acceptæ & expensi, in quibus exigendis ubique ejus fidem et exquisitam diligentiam deprehendimus & Laudauimus. quid nam actum

fuerit cursus atque exitus litis à prædicto cl. Duhamel
Ven. nat. pro declaratu & rationibus acceptis & expensis
ipso absente redditis immutate videre et apud Commentarios
magistri Des Authieux reditûs nuntiationem quæstoris-

Die 23 Junij an. 1710 ordinaria Ven. nat. Comitia habita
sunt in sacello Collegii Justitiani, ubi Magister Lionel Huma
nitatum Litterarum professor in Grassinæo in quadrum
virum electus est
Eodem die in Comitiis Mathurinensibus Falcot
Rectorij prorogati sunt clarissimo viro Leroy.
Le Boudier

Die 18 ejusdem mensis julij congregati sunt in Harcuriis sui
professores Ven. nat. ad percipiendos nuntiationem reditus
pro annâ è quatuor portionibus. Magr Des Authieux quæstor
Dictorum nuntiationem exposuit sibi hoc ipso die denuntiatam
fuisse à Magro Duhamel ministrumentum, quo intercederet,
ne ulla fieret eo die distributio, quod ipse non fecisset
aliorum more votatus; Secto igitur prædicto instrumento,
& pro ornatiss. procuratorem vel ad deliberandum proposita
placuit omnibus, non obstante intercessione accepta pecunia
de more distribui, & si quid eâ de re moneret clar. Duhamel
iudemnem fore Illustrem Des Authieux, ac sicut suscepit nomine
professorum atque ita pro ornatiss. prol. Conclusum fuit. Le Boudier

Primo Sabbato Mensis septembris an 1710 habito 1r Comitia
ordinaria Ven. nat in sacello Harcuriano, in quibus post
sacrum Libellus suffragia Consultissimæ facultati publicè
Lectus est ab ornatissimo procuratore, super eo audito
mutuoque sermone, ne in deliberationem mitta rogatis
dictisque sententijs concordi omnium suffragio
Conclusum fuit. æquum esse Vota Consultissimo facultati
ipsique pensionem mille Librarum, quo duobus ab
hinc annis Solutissimo facultati erogata est, nunc
esse et in posterum solvendam Le Boudier

Die 10 octobris an 1710 habita 1r Comitia ordinaria
in sacello Harcuriano, ubi post missa Henricus Petrus
Tournine Licentiatus Theologus et Approbatorio munere
perfunctus quadrum vir designatus est
eodem die hora decimâ habita 1r Comitia Comitiis
Cultrati extrinsecus apud Mathurinenses, ubi Jacobus
Robbe celeberrimus Philosophiæ professor in Mazarineo
in Rectorem electus est
postridie ibidem Comitiatus est à Tribunali
Rectorio. Le Boudier

Die 27 ejusdem mensis habita fuit comitia consoria totius facultatis artium apud matherinenses, in quibus Franciscus Roussel Lexoviensis Licentiatus theologus, concordi omnium suffragio in consorem electus est. Le Boudier

Die 16 decembris an 1710 habita sunt comitia ven. nat. in sacello justinianeo, ubi post electum quadrumvirum aquisminum consul dixit duos fratres em. Le Boudier ornat. procurat. qui tunc temporis aberat, aspirare ad gradum magistrii in artibus, supplicque ven. nat. ejus urbanitatis se liberalitatis esse, ut à solitâ pensione eos faceret immunes ingressum ornatissimi procuratoris. Hasce functiones hemmà cum dilectissimâ ac studio obeundi, ve in deliberationem missa à Magistro Le Blond ex procuratore, procuratoris vicem gerente, placuit omnibus, eos fieri immunes à solitâ pensione, eâ tamen lege, ne illorum maneat conclusio à ven. nat. latâ, anno millesimo septingentesimo septuagesimo primo.

Die 3a Januarii primo sabbato mensis anni 1711 habita sunt comitia ven. nat. apud Gabrielium, ubi præsto sacrocellr. Delestuthieux dixit edicto regio declaratum fuisse schedulas monetarias extinctum iri die 1a februarii proximè venturo neque amplius in commercio locum habituras; videretur itaq. Dni professores, quid fieri placeret de ejusmodi schedulis quas jam plurimas apud se habebat, ad non nullos professores pertinentes, seu dein quas posset allegare pro trimestri numbia tuum pensione solvendâ die 1.o Januarii 1711, addidit idem Mgr Delestuthieux sibi fidem factam fuisse à conductoribus prædictorum nundinarum, fore ut præsenti pecuniâ absque ullis schedulis monetariis persolverent trimestrem pensionem 1a die januarii an 1711 debitam, si paterentur Dni professores illam solutionem remitti ad mensem februarii proximè venturum, pro utraque ad deliberandum missâ placuit quod spectat ad schedulas jam allegatas, professorum esse ad quos pertinent, de iis curare eatque si libreriæ à Magro Delestuthieux reperiere; si cunctentur, dominium, si quod forte emergat, esse allegatarios non dum Delestuthieux, quod ad 2um caput attinet placuit quoque conditionem à prædictis conductoribus nundinarum oblatam esse allipiendam; atque ita conclusum ob ornat. procuratoris. Le Boudier

Die 19 Januarii an 1711 horâ post meridiem primâ ornatissimus procurator ita requirente Magistro Delestuthieux nundinarum quæstore professores omnes ven. nat. in harum vicum convocavit; quibus omnibus congregatis ejusdem Delestuthieux expositum fuit tempus à rege definitum quo schedulæ monetariæ nullius deinceps usûs forent

ex iis autem que superius apud se summam efficiebant bis mille trecentarum quinquaginta librarum, nempe quingentarum singulo librarum, duo ducentarum et quinquaginta, unatrecentarum quinquaginta, unadenique quingentarum, undeprodicta summa bis mille trecentarum et quinquaginta librarum conflatur. Cum vero ab alta voce professores nominatim appellarit declaraverintque quibus et quantum singulis ex prodictâ summâ debebatur, nempe Magistro Duhamel Decano octava controversiam 87. Mag. Le Blond plus 134 La Voire 132 tt 10 s. Varignon 111 tt 10 s. Lainel 111 tt 10 s. Viel, 120 tt 10 s. Le Bouc 120 tt 10 s. Caffé 102 tt 10 s. Vadelorge 91 tt 10 s. Marion 83 tt 10 s. Rouget 88 tt 10 s. Sanson 88 tt 10 s. Dagoumer 74 tt 10 s. Poitevin 74 tt 10 s. Couture 66 tt 5 s. Boisnay 66 tt 5 s. Delaval 66 tt 5 s. Croisille 66 tt 5 s. Marie 66 tt 5 s. Le Coq 47 tt 4 s. Josset 43 tt 18 s. prepetit Degrammont 30 tt 10 s. Asselin 31 tt 5 s. Le Meronel 28 tt 10 s. Adam 28 tt 10 s. Dessous 22 tt 2 s. Duhamel Griffinaco 17 tt 5 s. Lonmoncy 13 tt 18 s. Ange 5 tt 3 s. nonnisi inquos Mgr Delestitienx ex prodictâ summâ 2330 portionum ducentarum septuaginta quatuor librarum cum decem assibus in sequestrum apud se servari justa sententiam prætorii urbani Laram die 20 Junii an 1719 pottulamique deliberandi ac statui quid placeret fieri de iis omnibus schedulis et potissimum de iis que in sequestrum apud se jam habentur re per ornatissimum procuratorem in deliberationem missa placuit suprædictorum professorum rem agi in prodictis schedulis monetariis, nidcirco ipsi quid de iis fieri velint finaliter elinquant apud quæstorem detrimentum inde non in ullum Dni Delestitienx recidere; quod vero ad schedulas in sequestrum apud quæstorem jussatas placuit eas eidemmet sequestri asservari à Mgro Delestitienx usque ad visitationem si forte audiret Magistrum Duhamel Mgro Delestitienx negotium facessere ob jussatas schedulas die 5a februarii an 1711 extinguendas professores omnes jussarunt Mgrum Delestitienx esse quietum sequestro horum hoc negotium et ejus emolumentis recipere et recepturos ubi vel postulatur atque ita ab ornatissimo procuratore conclusum fuit. Le Boldisdie 12 februarii congregati sunt in hac curia professores Ven. nat. pro numeratione trimestri distributione. Mgr Delestitienx dictorum numerationum quattuor plura debitorum delimi ut annis denarii tributo verba fieri, quo audito facta deliberatione placuit fieri declarationem numerationum nomine Ven. nat. ad quam illarum omnium pertinet, ac per prædictum quæstorem exigi à Dno Vincent apocham, quâ patear suprædictum decimi denarii tributum pro numerationibus ab eo fuisse persolutum, atque ita conclusum in ab ornat. procuratore Le Boldisdie

p.o Sabbato mensis elapsi an 1711 habita fuit comitia ordinaria in sacello Sorboniano, ubi post sacrum expositis orat. procurator fidelissimam picardorum nationem insecdo quorumnus pensio mille librarum primo sabbato mensis Septembris à ven. nat. concessam juridica facultati, eidem solveretur, et juridicam facultatem postulare ab academico tribunali, in predicta nuncupatio removeretur, audito equissimo censore ac ad deliberandum missa, conclusum est judicium de illâ notificatione, neque penes nationes ullo neque penes tribunal academicum, sed ad supremam curiam pertinere. Le Boudier

Die 7.o mensis elapsi duo ex professoribus fidelissimæ picardorum nationis à ven. nat. sacello Sorboniano congregatâ cum suo quam aliorum ejusdem nationis professorum nomine oblato Libello supplice pensionem mille librarum ex ære academico flagitarunt, audito equissimo censore, ac in deliberationem missâ duo nominati sunt deputati scilicet Magister De Laval eloquentiæ professor in collegio Marchiano et magister non emeritus philosophiæ professor in collegio Lexoviensi qui una cum equissimo censore Venerando decano et ornat. procuratore supplicanem et cunctis academicis expenderent totum negotium postea ad ven. nat. relaturi, atque ita conclusum fuit ab ornatissimo procuratore Le Boudier

Die 24.o martii habita fuit comitia ordinaria ven. nat. in sacello Sorboniano in quibus post sacrum Magister Ludovicus Le Bone recentiorum professorum vice supplicanis pro munere procuratorio, quo digresso ascendit cathedram Dominus Sacræ facultatis hypodiaconus Bibliothecæ Mazarinææ præfectus et professorius Sorbonicæ qui suo et aliorum sacræ facultatis professorum nec oblato Libello supplice pensionem mille librarum ex ære academico postulavit, deinde que exposita natione picardica, quibus sacræ facultatis professores ad hanc supplicanem rite admittendam adhortabantur. Sed quia temporis angustia non patiebatur fuit de eâ deliberandi, idcirco remissa est deliberatio ad comitia Mathurinensia eodem die horâ decimâ habenda postea sanno omnium tribuum consensu et plausu ad munus procuratorium exercendum admissus est Magister Le Bone humaniorum Litterarum professor in collegio Sorbonæ plebeio qui equum moderatum in rebus agendis gerendis atque expensis judicio. Ego quoque depositâ procuratoriâ purpurâ quoddam vir clarus sum atque ita conclusi. Le Boudier

Acta Venerandæ Normanorū Nationis Procuratore M. Ludovico Le Bouc Ebroico et in collegio Sorbonæ-Plessæo Professore

a die 24. Martij anni. 1711. Vsque ad diem 19. martij an. 1712.

Die 24. Martij an. 1711. Comitijs ordinarijs manè post Sacrum habitis in Sacello Navcurciano, omnium tribulium consensu ego Ludovicus Le Bouc Ebroicus venerandæ nationis Procurator Electus sum; Et magister Andreas Le Soudier Exprocurator designatus est Quadrumvir creando vel prorogando Rectori. Le Bouc

4 Eodem die habitis apud maturinenses rectorijs præclara artium facultatis comitijs hora 10ª matutina t. Franciscus Robert Bellovacensis, qui duobus annis Logicæ studuisset physicæ autem nihil temporis in scholis Academiæ posuisset, cum supplex postularet admitti se nihilominus ad examen magisterij in artibus, unâ omnium nationū voce rejectus est. 2 Magister Robertus Le Blond Baccalaureus Theologus, et magister Beausire Baccalaureus Theologus, cum die septima martij supplicassem pro regentia et scholis, nec adesset tunc temporis censor æquissimus, audito magistro Guillelmo Dagoumer excensore, placuit tunc utrūq; inter tribules ex eo die censeri, non tamen ad sacramentum ante admitti quam auditus de iis esset æquissimus censor. Itaq; hisce hodiernis comitijs testimonium de illis censor ipse sic perhibuit, ut admissus sit ad sacramentum illudq; præstiterit mag. Robertus Le Blond ponsine multa laude: placuerit autem non prius accedere ad sacramentū magistrū Beausire, quàm tentatus fuerit ejus erga venerandam nationem animus; ea de causa denutati sunt magistri morain et Viel Eloquentiæ Professores alter in Mazarinæo, alter in Sorbonæ Plessæo. ne quid interea detrimenti patiretur magister Beausire, visum est suas ei sportulas a sequestro asservari.

3 Confirmatus est in quadrumvirū magister Andreas Le Soudier Licentiatus Theologus.

4 Fasces rectorij prorogati sunt Amplissimo Rectori mag. Jacobo Robbe.

5. Maitissimus universitatis syndicus mentionem fecit de — suprema curiæ decreto, quo vetitū est ne ad curandos — quadrumviros Amplissimū Rectorem renuntiaturos, admittantur quicūq; triginta annis ipsis solidis minores sint. Illius — decreti clausulam repetes in his commentarijs, pagina — 35ª

Le Bouc

Die 28 martij 1711 in comitiis deputatorū universitatis, propter instantia Paschatis festa habitis in antecessum magister Kelly Germaniæ Procurator Libellum supplicem obtulit in hæc verba; Amplissimo D. Rectori, SS. Decanis ornat. Procuratoribus, supplicat constantissima Germanorū natio, ut quam mille Librarū pensionem, Iurium et medicinæ facultatibus, aut eorū Professoribus concessistis, quamq; non ità pridem sacra Theologiæ facultas a vobis postulat, eamdem, seu parem fidelissimæ et constantissimæ nationibus singulis concedere velitis: secùs intercedit juxta conclusionem latam frequentibus comitiis die 24. martij 1711. Signatum, Thadæus Kelly constantissimæ nationis Procurator, dictiq; Libelli supplicis actū postulavit. Le Bouc

Die 14. Aprilis 1711. hora 7. matut. habita sunt apud Maturinenses comitia synodalia universitatis, ubi beneficiarii appellati sunt, deindè munus Academici in Castelleto Patroni vacans per obitū magistri Le Duc, collatū fuit clarissimo viro magistro Josepho Prevost Parisino, atq; ita ab amplissimo Rectore conclusū est. Le Bouc

Die 17. ejusdem mensis Rector Amplissimus dato mandato quod per compita affixum est missūq; per collegia omnesque Academicas domos, præcepit fieri ubiq; quam primū sacra et preces pro anima Serenissimi Delphini, qui aliquot ante diebus in Meudonio suo obierat. Le Bouc

Die 19. ejusdem mensis dns de Pontchartrain Regni Administer scripsit ad Amplissimū Rectorem, Primoribus hujus urbis ordinibus ac præcipuè Academiæ die 27. hujus mensis apud versalias fore copiam salutandi Regis de interitu Serenissimi Delphini; eadem de re salutandos esse pariter Serenissimos Delphinū et Delphinam, nam id nomen utriq; statim a morte Serenissimi Delphini Patris a Rege additū fuerat. Tenor autem Epistolæ hic est:

A Marly le 18. Avril 1711.

Le Roy recevra Lundi 27 a versailles a l'issüe de son diner les complimens de l'université sur la mort de feu monseigneur, et ensuite monsieur le Dauphin et madame la Dauphine recevront chacun separement le compliment de l'université. C'est de quoy j'ay crū devoir vous avertir en vous asseurant que je suis, monsieur, entierement a vous Pontchartrain. Le Bouc

Die Lunæ 27. Aprilis 1711. Rector Amplissimus, sapientiss. Decani, ornatissimi Procuratores cum suis Adjunctis, officiariis universitatis et Bidellis omnium facultatum ac nationum, circa meridiem profecti sunt versalias ad salutandos Regem Patrem, et Delphinū filiū ac Delphinam,

Apud quos audientia dicta fuerat nisi post prandiū non futura; Bidelli 14., conducto essedo publico præmissi sunt, nos delati Rhedis quinque, quas ut honestiores haberemus, quam conductæ solent esse, ab amicis civibus eramus mutuati. Perventū est versalias circa horam tertiam solis revertentis, descensūq; in conventū Patrum Recollectorum. deindè in regio palatio locus datus est in uno e tribus cubiculis viduæ Principis Condææ, ubi et curia magni consilij, et Academiæ linguæ francicæ, illa in interiore, hæc verò in exteriore, ut nos inter utramque mediū cubiculum, ubi lectus erat Principis, haberemus. postquam omnes ibi togas et insignia nostra induimus, et Bidelli suos fasces atratis sericis uestierunt, adfuerunt D.D. de Pontchartrain Regni administer, Dreux magnus magister, et des Granges magister rituū, qui primū prædictam curiam magni consilij, ac deinde universitatem, 3º loco francicam Academiam deduxerunt et reduxerunt, nam salutato uno Principe, non ibatur continuò ad alium, sed in assignatum nobis locum redibatur. Eundi autem ac redeundi talis ordo servatus est: præcedebant Bidelli bini demissis ad terram fasciū capitibus; tū D. Rector, cujus utrūq; latus cingebant hinc decanus, inde Adjunctus Theologiæ: sequebantur decanus et Adjunctus juriū: mox decanus et adjunctus medicinæ: postea procuratores Galliæ et Picardiæ; postea normaniæ et Germaniæ: deinde prædictarum nationū adjuncti bini pariter: deinde Syndicus, Scriba et Quæstor universitatis. Aulici cubiculum Regis tanto numero compleuerant, ut ex eo ordine nihil inter alloquendū Regem, mutari potuerit. multū fuit quod bini ingredi, penetrare ad Regem et stare potuerimus. idcircò Bidelli ab ingressu cubiculi prohibiti sunt, ut primū in conspectu rex fuit, illum D. Rector et cæteri prono corpore salutavimus; Iterū cū a Rege D. Rector abesset sex admodū aut quinque pedes, unde locutus est; orāōem habuit ad Regem, brevissimam illam quidem, sed tenerrimorū affectuū adeò plenam, ut etiamsi Rex nihil respondisset, ipso tamen vultu satis indicasset moveri se; et Aulici sua admurmurāōe applauserint. Cum autem finitâ orāōe D. Rector ac deputati, demisso corpore salutarent, quasi abituri, Jussit Rex propius ad se accedere, et plena hæc humanitatis verba addidit: Je suis fort content de la part que vous prenez tous a ma douleur, et de vous en particulier. J'ay toujours aimé l'université et luy donneray des marques de ma protection en toutes les occasions. Nec minore benignitate erga universitatem aut serenissimus delphinus, aut serenissima Delphina usi sunt. deniquè depositis nostris Insignibus in eodem cubiculo condææ Principis, Rhedas quisque suas repetiit ac rediit Parisios.

Le Bouc

Die 2ª mensis maij habita sunt comitia in collegio Harcuriano, ubi audito magistro Gulielmo Dagoumer, Phiæ Professore, a veneranda natione deputato cum magistro Delaval Rhetorices Professore, super libellis supplicibusque die 7ª martij fidelissima Picardorum natio, et die ejusdem mensis 24ª sacra facultas, ipsi venerandæ nationi obtulerant, postulantes sibi ex fundo universitatis concedi annuam mille libellarum pensionem, qualis consultissimæ et saluberrimæ facultatibus concessa est, audito, inquam, magistro Dagoumer super ea re, conclusio hæc communi omniū suffragio facta est

Cum ærariū universitatis commune sit omnibus et singulis, tū facultatibus, tū nationibus, patrimoniū; veneranda natio libentissime concedit sacræ facultati in stipendium suorū Professorū actu docentiū; et fidelissimæ Picardorū nationi in stipendiū suorū Professorū, eamdem mille librarū pensionem annuam quæ consultissimæ et saluberrimæ facultatibus concessa est, ut tandem et singulæ facultates et singulæ nationes pari in fundū academicū jure fruantur. quapropter dictam pensionem ea conditione et lege concedit, ut nequidquam deinceps ex censu academico, vel in gratiam cujusquam privati, vel in amplificaōem pensionū ordinibus attributarū, derogetur, vel subtrahatur quacūq; ex causa, nisi prius æqua portio singulis aliis nationibus ex prædicto universitatis fundo concessa fuerit. qd si secus fiet, ex præsenti conclūoe intercedit, et præterea postulat totam hanc suam conclūoem describi in decreto qd tribunal academicū de re in deliberaōe missa facturū est. Le Bouc

Eadem die habita sunt comitia deputatorū universitatis apud D. Rectorem in Mazarinæo, ubi magistri Rabeuf et Sencier e picardica natione postulaverunt deliberari tandem de pensione mille librarū quam e fundo universitatis ~~sub~~ fidelissimæ Picardorū nationi in stipendiū suorū Professorum, libello supplice jamdudū petierunt concedi. Re in deliberaōe missa, magister de la Rocque theologiæ decanus dixit sententiam sui ordinis esse ut petitioni Picardorū indulgeatur, simulq; conclūoes sacræ facultatis ea de re, scribæ vrsitatis tradidit. Procuratores nationū Normanicæ et Germanicæ dixerunt quoq; nationes suas indulgere postulaōi Picardorū, et conclūoes pariter ea de re ab ipsis nationibus suis factas, scribæ universitatis tradiderunt At magistri Collesson juriū, et Douté medicinæ decani dixerunt se nondū super ea re ordines suos consuluisse. Et magister Moreau Galliæ Procurator dixit consultū ordinem suū censuisse supersedendū huic deliberaōi, donec academicū ærariū augeatur. magister de Bacq Picardiæ Procurator a dicenda sentia abstinuit. Rector Ampl. conclusit cū theologica facultate et nationibus Normanica et Germanica concedi fidelissimæ Picardorum nationi in stipendiū suorū Professorū summam mille librarū annuatim ex ærario Academico, secundū postulata persolvendam simul et servari deinceps conditiones in dictis conclūoibus comprehensas. Magr Quinot doctor et sacræ facultatis syndicus parem pensionem postulavit in stipendiū ~~suorū~~ professorū theologiæ. Picardica Normanica et Germanica nationes ejus petitioni annuerunt atq; cū iis conclusit Ampliss. Rector. Intercessunt magistri collesson juriū et Douté medicinæ decani, et Moreau Galliæ Procurator.

Le Bouc

Die 9.a mensis maij Constantissima Germanorū natio — Libellū supplicem venerandæ nationi obtulit his verbis conceptū:
Ornatissimo Procuratori et venerandæ normanorū nationi supplicat Constantissima Germanorū natio, ut quam annuam mille Libellarū pensionem aliquibus Academiæ Parisiensis ordinibus jam concessistis, eandem seu parem Constantissimæ Germanorum nationi concedere velitis, cū Ærariū universitatis commune sit omnibus et singulis tū facultatibus, tū nationibus patrimonium, cujus æqualis pars aut portio æquo jure ad singulas pertinet die 9.a maij 1711. (Inferius autem scripta sunt nomina cū appendicibus) Marchand Procurator Const. n. Roussel — Constantissimæ nationis Censor. Morus decanus nat. const.

Eadem die habitis post sacrū comitiis ordinariis in sacello Harcuriano, eadem Constantissima Germanorū natio, qd supra per Libellū supplicem postulat, idem vivâ voce per virum clarissimū D. Morus decanum suū postulavit. Cum re in deliberaōem missâ, veneranda Normanorū natio communi omniū suffragio, supplicationi Constantissimæ Germanorū nationis indulsit. Le Bouc

Die 6.a mensis Junij 1711 in comitiis ordinariis deputatorū universitatis apud Ampl. Rectorem habitis in Collegio Mazarinæo magister Antonius de Bacq proprocurator Picardiæ postulavit removeri intercessiones a facultatib.us Juridica et saluberrima nec non a natione Gallicana postremis comitiis factas pensioni annuæ ex ærario Academico concessæ in gratiam Professorū suæ nationis, et reposuit tribus raōibus allatis a mgro Colleson Juriū Decano in superioribus comitiis, et dixit 1.o Longè æquius ēe prædictam pensionem Picardiæ Professoribus quam juridicæ facultatis Antecessoribus concedi, tū quia Picardiæ Professores nondū quicquam ex ærario Academico perceperunt; Licet æquale sit jus nationis suæ et juridici ordinis in cōia academiæ bona, tū quia Longe major ē numerus Picardorū Professorū, quam juridicæ facultatis, et singuli Antecessores viritim in singulos annos pro honorario suo percipiunt summam sexies mille Librarū, cū Picardi Professores non nisi tenue admodū stipendiū habeant. 2.o Lectis quatuor postremarū raōum a magro Billet Quæstore redditarū instrumentis, dixit Academiæ facultates huic oneri ferendo pares esse, et residuam fore soluta dicta pensione summam triū milliū Librarū et amplius. 3.o reposuit nihil ēe timendū ne aliqdo patrimoniū Academiæ minuatur, cū ex inspectis raōibus annorū posteriorū constet ejusmodi patrimoniū in dies crescere; qd si tamen casus ille contingeret, tū codices Academicos perpensis oībus, qd æquum videretur, definituros. Magister Quinot Doctor Professor et Syndicus facultatis theologicæ postulavit quoq removeri intercessiones factas pensioni concessæ suis Collegiis, atq adhæsit momentis a magro de Bacq adductis. Mgr Colleson respondit conclusionem de prædictis pensionibus facto, non jure latam ~~de pra~~ fuisse. iteravit intercessionem suam donec ordinem suum de præsenti negotio juridicè consuluerit propter raōes tempore et loco aferendas, ac postulavit quicquid lectū fuit in hisce comitiis, edi sibi

et actū postulavit, qui concessus est. Magr Doulé
medicinæ Decanus dixit se nihil novi habere dicendum nisi
qd egerit de postulatis pensionibus cū facultate saluberrima,
et nominatos fuisse sex deputatos qui nondū eam rem
perpenderint. Mgr moreau Galliæ Procurator dixit nationem
suam perstare in sua intercessione, expendisse se vires
Patrimonij academici, et comperisse opes Academiæ prædictis
pensionibus esse exhauriendas, atq si concedantur, ordinariis
impensis deinceps non factū iri satis. Magr de Bacq iterū
postulavit irritas haberi dictas intercessiones. Idem et mgr
Quinot postulavit. Audito magro Edmundo Pourchot syndico,
qui dixit censere se concedendū oībus ordinibus, prius tamen
expendendas esse vires Academiæ. re missa in deliberaōem
placuit removeri intercessiones prædictas, et deinceps persolvi
Professoribus Picardiæ et Theologiæ concessas pensiones servatis
conditionibus quæ in concluōe postremorū comitiorū
continentur, atq ita ab Amplissimo Rectore conclusū fuit
de sententia et consensu Ornatissimorū Procuratorū Normaniæ
et Germaniæ. Le Bouc

Eadem die 6.a Junij an. 1711. habitis mane post sacrū comitiis
ordinariis in Collegio harcuriano, duo ab æquissimo censore
proposita sunt. 1. ut singulæ concluōes, quæ deinceps fient
a veneranda natione, proximè sequentibus comitiis recitentur,
iisq sapientiss. Decanus, aut eo absente, tribuliū qui aderunt,
antiquissimus nomen suū antè subscribat, quam exarentur
in commentariis veneranda nationis. re in deliberaōem missâ,
æquissimi censoris postulaō communi tribuliū suffragio comprobata
est, atq ita fieri oportere conclusit orn. Procurator.
Alterū spectat Magrum Beausire de cujus negotio postulavit
æquissimus censor juxta sentiam deputatorū, ut ante consulantur
juris periti, quam quid definiatur. re in deliberaōem missa
ita fieri ex coī tribuliū suffragio placuit, atq ita conclusū est.
L. Le Bouc

Eadem Die in Comitiis ordinariis deputatorum Universitatis apud
Ampl. Rectorem habitis in collegio Mazarinæo, M. Ant. De Bacq
Proprocurator Picardiæ postulavit removeri intercessiones a
facultatibus Juridicâ et saluberrimâ, nec non Natione Gallicanâ
postremis comitiis factas, pensioni annuæ ex Ærario academico
concessæ in gratiam professorum suæ nationis, et reposuit tribus
rationibus allatis a M. Collesson Jurium Decano in superioribus
Comitiis: et dixit 1.o longe æquius esse prædictam pensionem
Picardiæ professoribus, quam Juridicæ facultatis antecessoribus
concedi, tum quia Picardiæ professores nondum quicquam ex
Ærario academico perceperunt, licet æquale sit jus nationis suæ,
et Juridici ordinis in communia academiæ bona: Tum quia
longè major est numerus Professorum Picardorum, quam
juridicæ facultatis, et singuli antecessores viritim in
singulos annos pro honorario suo percipiunt summam
sexies mille librarum, cùm Professores Picardi non nisi tenue

admodum

admodum stipendium habeant. 2°. Lectis quatuor postremarum rationum a M. Billet Quæstore redditarum instrumentis, dixit Academiæ facultates huic oneri ferendo pares esse, et residuam fore solutâ dictâ pensione summam trium millium librarum et amplius. 3°. Reposuit nihil esse timendum, ne aliquando patrimonium Academiæ minuatur, cùm ex inspectis rationibus annorum posteriorum constet ejus modi patrimonium in dies crescere, quod si tamen casus ille contingeret, tum codices* Academicos, perpensis omnibus, quod æquum videretur, definituros. M. Quinot Doctor, Professor et Syndicus facultatis Theologiæ postulavit quoque removeri intercessiones factas pensioni concessæ suis collegiis, atque adhæsit momentis a M. DeBacq adductis. M. Collesson respondit conclusionem de prædictis pensionibus, facto, non Jure latam fuisse: iteravit intercessionem suam, donec ordinem suum de præsenti negotio juridicè consuluerit propter rationes tempore et loco afferendas, ac postulavit quidquid lectum fuit in his-ce comitiis edi sibi, et actum postulavit, qui concessus est. M. Douté Medicinæ Decanus dixit se nihil novi habere dicendum, nisi quod egerit de postulatis pensionibus cum facultate saluberrimâ, et nominatos fuisse sex deputatos qui nondum eam rem perpenderint. M. Moreau Galliæ procurator dixit nationem suam perstare in sua intercessione, expendisse se vires patrimonii Academici, et comperisse opes Academiæ prædictis pensionibus esse exhauriendas, atq. si concedantur, ordinariis impensis deinceps non factum iri satis. M. DeBacq iterum postulavit irritas haberi dictas intercessiones: idem et M. Quinot postulavit. Audito M. Edmundo Pourchot Syndico, qui dixit censere se concedendum omnibus ordinibus, prius tamen expendendas esse vires Academiæ. Re missa in deliberationem placuit removeri intercessiones prædictas, et deinceps persolvi professoribus Picardiæ et Theologiæ concessas pensiones, servatis conditionibus, quæ in conclusione postremorum comitiorum continentur: atq: ita ab Ampl. Rectore conclusum fuit de sententia et consensu ornatis. procuratorum Normaniæ et Germaniæ. Le Bouc

* 6 ordines

Die 16.a Ejusd. mensis in comitiis extraordinariis habitis in Aula majore collegii Mazarinæi ad excipiendum D. Des Granges Regiarum Ceremoniarum Præfecto, qui Academiam vocaturus erat ad solemnes Exequias Serenissimo Delphino in æde Sandionysiaca et Basilica Parisiensi reddendas; Mgr. Morus Germanicæ Nationis Decanus rogavit Ampl. Rectorem, ut de pensione Academicâ mille librarum annuatim a Natione Germanicâ jampridem postulatâ, deputatorum universitatis suffragia colligeret. tum Mgr. Moreau Galliæ procurator postulavit

deliberari

deliberari pariter de simili pensione ordini suo concedendâ. ambobus egressis audito Syndico, prius quam utrumque negotium deliberationi permitteretur, Ampl. Rector postulavit a Deputatis, utrum ordines academici fuissent consulti. reposuerunt omnes novum sibi esse negotium Gallicanæ nationis, nec de eo quicquam ordines suos audivisse. plures verò ex iisdem Deputatis dixerunt se cum ordine suo egisse de postulatione Germanorum: Quapropter ampl. Rector dixit unum negotium ab alio dividendum. Rogavit Deputatos ut postulationem Gallorum cum suis ordinibus communicarent. Cum vero matura esset res Germanorum, eam misit in deliberationem. M. De la Roque Theologiæ Decanus dixit facultatem suam favere votis Germanorum. M. Barrierre Jurium prodecanus dixit sedere se loco Mgri. Collesson Decani absentis, et nihil habere dicendum de præsenti negotio. Mgr. Douté Medicinæ Decanus dixit ordinem suum hâc dere consultum nominasse Deputatos, qui rem nondum perpenderint. Mgr. de Bacq Picardiæ Procurator dixit nationem suam ritè congregatam annuisse postulationi Germanorum. Mgr. Le Bouc Normaniæ Procurator idem dixit. Itaque Ampl. Rector secundum pluralitatem suffragiorum conclusit concedi Germanicæ nationi annuam mille librarum pensionem ex ærario academico, servatis conditionibus, quæ fusiùs continentur, quibus Picardiæ nationi indulgetur. Mgr. Petrus Billet Quæstor postulavit num plaueret sportulas erogari singulis academiæ proceribus quo die justa persolventur serenissimo Delphino: Re missa in deliberationem placuit singulis proceribus qui aderunt, sportulam quinque et viginti assium distribui.

2 Subscriptus est ab omnibus Deputatis contractus quem academia inierat cum nobil. viro D. Dehantefort quo lis antiqua de tribus in longitudinem fundi pedibus in prato Clericali amicè componitur, qua in re studium et diligentia Mgri. Edmundi Pourchot Syndici multa enituit.

3 Exceptus est D. Desgranges Ceremoniarum Mgr. solemni comitatu stipatus: ex academico tribunali deputati sunt Mgr. Quinot Doctor et Syndicus facultatis Theologiæ, et Mgr. Edm. Pourchot Universitatis Syndicus, qui Ceremoniarum Magistrum exciperent, atque in locum comitiorum adducerent. Præibant Regii feciales quatuor induti subtus atrâ veste longiore, suprà verò brevi sagulo liliis aureis ornato, capitio que atergo in caudæ modum promisso. Unus clavulam argenteam, tres alii Baculos crispato Serico obtectos præferebant. deinde cum duobus academicis deputatis incedebat dictus D. Desgranges amictus lugubri pallio ad terram aliquot ulnis defluente, manu lævâ pileum quadratum, dextrâ Bacillum nigri coloris extremâ utrâq; parte albo ebore instructum tenebat: Pone sequebantur jurati

præcones

praecones numero circiter quatuor et viginti induti togis nostrarum similibus, stemmata defuncti Principis hinc et inde ad pectus et dorsum appensa, manu vero argentea tintinnabula gestabant. Illi omnes in ipso comitiorum ingressu Rectorem cum Deputatis salutarunt; Mgr. vero rituum iterum in medio aulae, ac tertium, ubi propius accessit ad tribunal; eumdem accedentem D. Rector sedens resalutavit: Tum ei brachiata sedes allata è regione D. Rectoris, ~~quo~~ duo autem supradicti Deputati ad Cathedras suas redierunt: Feciales ab ejus tergo stabant recti, jurati praecones recti quoque, sed alia ex parte versus januam. Postea sedens ille et opertum habens pileo caput aliquot verba praefatus regias literas deprompsit, obtulitq;, quas scriba ab ejus manu excepit, et ampl. Rectori tradidit, qui legit ipse inscriptionem. A Nos tres cheres et bien amez les Recteur, Docteurs et suppots de nôtre fille aisnée l'Université de Paris. Has litteras resignavit, et scribae recitandas tradidit; illarum autem hic erat tenor.

De Par le Roy. tres cher et bien amé nous avons resolu de faire celebrer un service solemnel dans l'église de l'abbaye Royalle de St. Denis, et un autre dans l'église metropolitaine de nôtre bonne Ville de Paris pour le repos de l'ame de feu nôtre tres cher et tres amé fils le Dauphin, et voulant que ces Ceremonies soient faittes avec la decence convenable, Nous vous mandons et ordonnons de vous y trouver en corps aujour et aux heures que le grand maistre ou le maistre des Ceremonies vous dira de nôtre part, s'y ny faittez faute; car tel est nôtre plaisir. donné a Marly le quinzieme Juin 1711. Signé Louis. Plus Bas Phelippeaux. tout au bas l'Université.

Ubi finem legendi fecit scriba, extempto Mgr. Ceremoniarum bacillo suo praeconibus innuit imperata facesserent, et statim qui inter illos primum locum occupabat altâ voce edixit. Jurez crieurs faittez vos charges. Illi vero omnes caeperunt satis diu pulsare suas campanulas. Vix bene desierant, cum denuo iterarunt. mox primus ille Praeco altâ voce. Messieurs priez Dieu pour l'ame de tres hault tres puissant et tres magnanime prince Monseigneur Louis le Dauphin: et subito eadem iterum verba repetiit, omisso vocabulo, Messieurs. Praecones omnes, ut prius, campanulas pulsarunt. praeco idem addidit. Pour l'ame duquel l'on fera les services et les prieres en l'église de St. denis a tel jour, et ensuitte dans la Chathedrale de nôtre bonne ville, aujour que nous jugerons a propos. Jis peractis D. Rector Mgro. Ceremoniarum respondit universitatem dicto fore regi obedientem, ut assolet. postea dictus D. Desgranges surrexit et academiam semel salutavit: illum abeuntem duo supra dicti deputati honoris causa ad currum deduxerunt, Rector vero et reliqui deputati in suis sedibus remanserunt.

Le Bouc

Die 18.a Ejusd. Mensis hora octava matutina Rector ampl., sapientissimi Decani, ornatissimi procuratores cum adjunctis suis, officiariis Universitatis, et Bidellis omnium facultatum ac Nationum è Mazarineo Sandionysium rhedis profecti sunt ad Exequias Serenissimi Delphini, et in conventum Monialium Visitationis Beatæ Mariæ, quæ Domus fuerat a Mgro. ceremoniarum Universitati assignata, descenderunt. Inde nostris insignibus ornati, horâ circiter decima ad Basilicam Monachorum Sancti benedicti processimus. consedimus in quatuor Ultimis Sedibus tam Superioribus quam inferioribus immediate post curiam parlamenti secundum antiquum morem, ita ut D. Rector post ultimum Curiæ Senatorem assideret, decanus Medicinæ in Sede abbatis Sancti Dionysii. funus duxerunt Serenissimi Principes Delphinus et Dux Biturigum filii defuncti Principis, et Dux Aurelianensium. Sacrum fecit Archiepiscopus Remensis. Concionem funebrem habuit Episcopus Andegavensium. in hac pompâ nihil accidit novi, nisi quod adjuncti facultatum Theologiæ, Jurium et Medicinæ ausi sunt occupare locum ornat. Procuratoribus debitum in Scamno intermedio. adversus quos D. Rector egit amicè primùm, ac deinde projure suo, ut ne antiquum ordinem perturbarent, nec tamen ulla ratione potuerunt ab incæpto dimoveri. Itaque DD. Procuratores, ne suboriretur quid majoris tumultûs, iterum atque iterum contestati sunt, et instrumentum, quo tempore et loco uterentur, postularunt. Moneo posteros unius rei, ut sint in eo, cum se dederit occasio, diligentes; Nam chorus Sancti Dionysii, ex quo Monachi illum cancellis ferreis pro ligneis veteribus sepserunt, imminutus est quatuor ex utraque parte sedibus, quarum quæ post curiam parlamenti Universitati debentur ex jure, illas hac vice DD. De Pontchartain et Desgranges curarunt reponi, nec detrimenti quicquam passi sumus. In posterum tamen non fuerit Academicorum quoque ea cura inutilis. Le Bouc

Die 19.a Ejusd. Mensis D. Rector in Scholis exterioribus Sorbonæ cumulatissimè satisfecit fœderi pacto urbem inter et Academiam de Panegyrica oratione Regi dicenda, quam inopina morte Delphini paratam, jam recudi, et uno circiter mense differri coegerat. Superstitis quidem parentis laudibus, ita discrete, mortui filii laudes attexuit, ut cum Eminentissimorum Cardinalium Estræi et Noallii Episcoporumque præsentium, tum cæterorum ex omni ordine virorum nobilium plausibus exceptus sit. Le Bouc

Die 22.a Ejusd. Mensis celebrata sunt comitia Centuriata apud Mathurinenses horâ octavâ matutinâ: supplicatio fuit ad Divi Ludovici in insulâ. Le Bouc

Die 23a Ejusd. mensis habitis post Sacrum in Collegio Justitiano comitiis ordinariis, Ego Procurator Superiorum comitiorum conclusiones recitavi, tum que postulavi ut absente Sap. Decano, is qui inter tribules antiquissimus tunc aderat, recitatis conclusionibus suscriberet pro ut definitum erat; ex communi tribulium sententia ab hoc conclusionum recitandarum et suscriptionis Decani excipiendae onere, deinceps immunis declaratus sum. Le Bouc

Deinde Quadrumvir Electus est vir clarissimus M. Durand Philosophiae professor in Cardinalitio. Le Bouc

Eadem die comitia Rectoria Praeclarae artium facultatis habita sunt apud Mathurinenses, ubi confirmatus est in Quadrumvirum M. Nicol. Durand Philosophiae professor in Cardinalitio. Ex supplicibus unus rejectus est nomine Renauld Diaconus Pictaviensis, qui dixit se, cum Philosophicum cursum jam in universitate Pictaviensi perfecisset, venisse parisios, ibique in collegiis academicis triginta iterum menses in Philosophia posuisse, ita tamen ut annos duos Physicis rebus insumpserit, sex vero tantum postremos menses rebus moralibus anni illius qui logicae debebatur; futurum fuisse ut ab initio Logicis quoque daret operam, nisi accidisset ut morbo detentus non posset nomen suum Catalogis primi illius semestris inscribere. Itaque postulavit admitti se nihilominus ad examen Magisterii, atque hoc magis, quod peracto jam Theologiae cursu, unica hac mora prohiberetur ne ad baccalaureatum in Sacra Facultate quamprimum perveniret; rejectus est inquam supplex ille donec sex iterum menses Logicae reddiderit.

Amplissimo Rectori fasces Rectorii unanimi omnium consensu prorogati sunt. Le Bouc

Eodem die hora post Meridiem quinta habita sunt extraordinem comitia Deputatorum Universitatis apud ampl. Rectorem in Mazarinaeo ubi 1° nobilissimus Abbas De Broglio junior cleri Gallicani procurator postulavit illustrissimum parentem suum subrogari contractui facto a D. De Catinat de Domo quam conduxerat ex academia et cujus conductionis a tribus annis contractum in novem annos renovarat: Re in deliberationem missa, placuit illustrissimum D. De Broglio anteponi caeteris qui dictam domum postulabant, et cum eo iniri contractum prorogationis iisd. conditionibus quibus initus fuit cum D. de Catinat, atq; ita ab ampl. Rectore conclusum fuit.

2° Mgr. Antonius De Bacq Proprocurator Picardicae nationis conquestus est quod adjuncti facultatum Theologiae, Jurium

ac Medicinæ, in Exequiis apud Sanctum Dionysium Celebratis nuper pro Serenissimo Delphino sedem DD. Procuratorum occupassent: Sed cum inciperet de procuratorum jure consuetudine antiqua, et conclusionibus Academicis confirmato differere, Mgr. Donté Medicinæ Decanus, præfatus sibi mandatum a Saluberrima facultate ne de ea re in Academico tribunali disceptaret, statim exiit e Comitiis: Itaque Mgr. De Bacq suæ conquestionis instrumentum petiit, quod ipsi concessum est.

Le Bouc

Die 3.a mensis Julii Celebratæ sunt in Basilica hujus Urbis exequiæ Serenissimi Delphini eodem plane ritu, quo et apud Sanctum Dionysium nuper. funus iidem principes cohonestarunt. Sacrum fecit Eminentissimus Cardinalis Noallius Archiepiscopus Parisiensis. Academia suos honores, suas sedes retinuit. observes id modo Sapientissimos Decanos et ornatis. Procuratores suis adjunctis hâc vice caruisse. nam cum DD. Procuratores, oblato Libello supplice, conquesti fuissent apud cognitores Regii Juris, nimirum Illustrissimos Advocatos et Procuratorem Catholicos (Le Parquet) de vi sibi in templo Sancti Dionysii illatâ ab adjunctis facultatum Theologiæ, jurium, ac Medicinæ, Citatæque partes utrimque causam suam disceptassent; prædictis Illustrissimis Judicibus placuerat, per modum provisionis nullos aut facultatum aut nationum adjunctos hac vice exequiis interesse; cui Judicio fuit utrinque obtemperatum. Sederunt igitur in quatuor superioribus sedibus: DD. Rector post ultimum senatorem Parlamenti, deinde Decani Theologiæ, Jurium ac Medicinæ: tum vero in Scamno intermedio quatuor DD. Procuratores, in inferioribus autem Syndicus, Scriba et Quæstor. Reliquas sedes in margine atque alibi passim in quibus adjuncti sedissent, occuparunt quidam tam in Theologia quam in artibus Doctores nigris induti vestibus: eadere per Notarios publicos confectum est quod sequitur instrumentum.

Aujourd'huy troisieme de Juillet mil sept cens onze sept heures du matin, est comparu pardevant les con.ers du Roy nô.res au châtelet de Paris soussignez, et en l'étude de Savigny l'un d'eux M.re Godde Licentier en Theologie et Quæsteur de la nation de Picardie, Demeurant dans la communauté des Prestres de la paroisse de S.t Severin au nom et com.e procureur de M.re Nicolas Moreau Procureur de la Nation de France, M.re François de Bacq Procureur de la nation de Picardie M.re Loüis Le Bouc Procureur de la nation de Normandie, et M.re Jean Marchand Procureur de la Nation d'allemagne fondé de leur pouvoir sous

Seing privé en datte de cejourdhuy demeure annexée a la minutte des presentes. apres auoir esté certifié veritable par le d.t S.r Godde paraphé de luy et des nations soussignées lequel adit qu'au premier Service qui se fit a S.t Denis le 18.e de Juin de la presente année pour feu Monseigneur le Dauphin, les Docteurs adjoints des facultés de Theologie, Droit et Medecine, troublerent lesd. Sieurs procureurs des nations de France, Picardie, Normandie et Allemagne dans la Possession ou ils sont d'auoir la presseance au Service des princes audessus desd. adjoints, Surquoy lesd. S.rs Procureurs ayants presenté leur requeste au parlement, et l'ayant signifiée auxd. adjoints et Doyens desd. facultés, les parties ayant esté entendües au parquet de Messieurs les gens du Roy le premier de ce mois, Messieurs les gens du Roy firent consentir lesd. Doyens et Procureurs a ne point mener d'adjoints avec eux au Service qui se doit faire aujourdhuy pour Monsieur le Dauphin en l'église de Notredame pour cette fois seulement, et sans prejudice du droit des Parties qui viendront incessament pour estre reglés sur le fonds de leurs contestations; C'est pourquoy led. Sieur Godde aud. nom a requis lesd. nottaires soussignez de se transporter presentement avec luy en l'église de Notredame pour dresser procez verbal de la seance de ceux qui representront l'université aud. Service, pour la conseruation de leurs droits, dont et de ce que dessus led. Sieur Godde a requis et demandé acte aux d. no.res soussignez qui luy ont octroyé le present pour servir auxd. Sieurs procureurs en temps et lieu. En l'étude dud. Savigny: et a signé la minutte des presentes demeurée aud. Savigny l'un des No.res soussignez: a esté scellé led. jour auec paraphe, ensuitte la teneur dud. Pouvoir. Nous soussignez Procureurs des Nations de France, Picardie, Normandie, et Allemagne: attendu qu'au dernier Service qui se fit a S.t Denis le dixhuitieme Juin dernier pour Monseigneur le Dauphin, les Docteurs adjoints des facultés de Theologie, Droit, et Medecine nous troublerent dans la possession immemoriable ou nous somes d'auoir la presseance au Service des Princes audessus desd. adjoints, Surquoy ayants presenté nôtre requeste a nos Seigneurs du Parlement, et l'ayant signifiée auxd. adjoints et Doyens desd. facultés, les parties ayant esté entendües au parquet le premier de ce mois, Messieurs les gens du Roy firent consentir lesd. Doyens et Procureurs a ne point mener d'adjoints avec eux au Service qui se devoit faire le 3.e du present mois a Notredame pour Mgr le Dauphin pour cette fois la seulement, sans prejudice du droit desd. parties qui viendront incessement pour estre reglées sur le fond

de leurs contestations. Nous Susd. Procureurs avons donné pouvoir aux S.rs Charles Godde Licentier en Theologie et Questeur de la Nation de Picardie de se transporter avec deux No.rs a Notre Dame ce jourdhuy pour estre dressé procez verbal de la Seance de ceux qui representent l'Université aud.e Service, pour la conservation de nos droits. Fait a Paris ce 3.e Juillet 1711. Signé Moreau Procureur de la nation de France, François de Bary Procureur de la nation de Picardie, Louis Leboux Procureur de la nation de Normandie, Marchand procureur de la nation d'Allemagne, et en marge est escrit Certifié et paraphé suivant le Procez verbal fait par les susd.s No.rs soussignez ce jourdhuy 3.e Juillet 1711. Signé Godde avec le moins et Savigny no.rs a costé est un Sceau en Cuelle ce jour R. S.t avec paraphe au bas Lemoine avec paraphe, Le Savigny avec paraphe.

A l'Instant Sur la requisition dud.t S.r Godde, aud.t nom, nous no.rs susdits soussignez nous Sommes transportés en l'Eglise de Notredame, ou estant, nous Sommes monté accompagnez dud.t S.r Godde dans Le Sous Voutes au main gauche de la nef de l'Eglise, ou a esté transporté le Cœur de lad.te Eglise accause de la construction du maistre autel, et de la avons remarqué que les trois premieres Stales Superieures en descendant de l'hôtel du costé droit en entrant dans le chœur estoient occupées par Mgnr. Le Dauphin, Mgnr. Le Duc de Berri, et Mgnr. Le Duc d'Orleans, après lesquelles estoient deux Stales vuides: après lesquelles estoient notfigures du Parlement tant dans les Stales hautes que basses. Les quatre dernieres Stales Superieures qui finissoient a l'angle estoient occupées Scavoir la premiere par Monsieur le Recteur de l'Université en robbe violette et en manteau hermine avec une grande bourse pendante, La seconde par Le Doyen de Theologie en fourure, La troisieme par Le Doyen de droit en Robe rouge, et La quatrieme par le Doyen de medecine aussy en robe rouge doublée de peau blanche en gride, auderant desd.s quatres places estoit un banc Sur lequel estoient assis quatres personnes vestues d'une mesme maniere, Scavoir d'une robe rouge dont le colet et les manches estoient doublées de peau de lapin mouchetteé et nous estant informés qui estoient ces quatre personnes on nous a dit estre les S.rs Procureurs desd.s quatre nations. Dans les quatres Stales inferieures et Sur un banc en bas estoient Six personnes en robe noire des nous de lesquelles nous estant informés de ceux qui estoient

autour de nous, et nayants pu nous ledire ne les connoissants
pour, a cedessaut ledt Sieur Godde nous adit que lere
six personnes estoient lere S.re Louchon Syndic de
l'Universite, Viel Greffier, Biller Recteur, Leullier
Docteur en Theologie et grand maistre du College du
Cardinal Lemoine, Leffol Censeur de la nation de Picardie
et Jadder Docteur en Theologie. Les autres Saleres
superieures suivantes au nombre de Sept, Luc banc
et Salere inferieure jusqu'a la porte du Chœur estoient
occupees par les Chanoines de nôtre dame, dont et
dessus que dessus ledt S.r Godde audt nomie, a requis
et demande acte audt no.re Soussigné qui luy ont le
octroyé le present pour luy servir et valoir et tenir et
lieu de cequi de Raison: dans ledt Sou-voûte de notre dame
l'an mil Sept cent Onze ledt jour 7.e Juillet avant
midy, et a signé La minutte des presentes, estant
ensuitte de celle du Procez verbal des autres parts, le
tout demeuré audt de Savigny d'un desd.s no.res Soussignez
a costé est un Sceau rouge. Veillé ledt jour et an
R. S. un paraphe, aubart et le moine un paraphe,
et de Savigny un paraphe.

Le Bouc

Die 2.a Junii Mensis Julii Mgr. L. Le Bouc et Natio
Normanica in Sarravio congregata Nicolao Parent Civi
Parisiensi contulerunt officium magni nuntii, vacante per obitum
Petri Chinon pro Archiep. Rothomagensi. Le Bouc

Die 4.a Jusd. Mensis habita sunt comitia ordinaria ~~degratulatoria~~
~~Procuratoris~~ ~~agenda audit. Rectorem~~ ~~Rectorem~~ in Collegio
Sarravio Ebi ornat. Procurator mentionem fecit de libello supplice
quem ipsi in manus tradidit ornatissimus Gallia procurator
qui libellus hisce verbis conceptus est. Ornatissimo D. Procuratori,
Sap. Decano Cæteris que viris Academicis Venerandæ normanorum
Nationis. Exponunt vobis Procurator et Deputati honorandæ
Gallorum Nationis, omnes suas cogitationes, omnia sua
in Parens ac tranquillitatem Universitatis semper collineasse, seq;
defore suo identidem denuntiasse, ut litium causas in radice amputarent;
sine factum esse, ut cum ante aliquot menses ageretur de
incremento dd. earum Libellarum juridicæ facultatis professoribus
quo amice concedendo, maluerint ipsi rerum postulatis annuere,
quam perniciosa inter academicos ordines ob levem summam
pati dissidia. Sed quod sacra facultas, nullis libellis suis
professoribus, et fidelissima natio parem summam suis, atq;
earum exemplo constantissima natio sibi tantumdem ex
Erario Academico singulis annis persolvi postularunt, in
honorandam Gallorum Nationem non mediocriter commovit:

Non quod ipsis non libentissime voluerit gratificari, sed quod verita est, ne fundus Academicus penitus exhauriretur, et ipsa Universitas ad eas redigeretur angustias, quas ante aliquot annos experiebatur; itaque intercessit, quominus ea summa mille Libellarum deinceps ulli ordini Academico ex proventibus annuis Universitatis attribueretur, donec singulis ordinibus parem summam singulis annis suppeditare possint academiae facultates.

Cum vero Primarii fidelissimae nationis proceres inito calculo compererint vires academiae huic oneri sustinendo pares, nec quicquam detrimenti in academiam hinc vergere posse, palam in academico Tribunali die 6 hujus mensis Junii testati sint, illorum fidem secuta honoranda Gallorum Natio, quae plurimos habet magistros, quibus res domi angustissima est, summam aequalem mille Libellarum singulis annis in suorum subsidium a vobis per suum procuratorem et deputatos postulat, ut quae ordine prima est inter nationes, ea non sit in percipiendis communis parentis beneficiis postrema: hanc gratiam si concesseritis, aequi bonique consulueritis. Die 20.a Junii anni 1711. Infra scripta sunt nomina N. Moreau honor. Nat. Procurator. Hochet honor. Nat. Decanus et Censor. Artus Deput. hon. nationis.

Ea re proposita et in deliberationem missa placuit deputari duos ex Tribulibus qui cum duobus quoque ex Gallicana Natione deputatis rem prius expendant, quamquid ad Libellum supplicem respondeatur Le Bouc

Die eadem habita sunt comitia ordinaria deputatorum Universitatis apud Ampl. Rectorem in Mazarinaeo, ubi Mgr. Moreau Procurator hon. Gallorum Nat. dixit, in comitiis habitis die 16.a Junii postulavisse se nomine dictae suae nationis pensionem annuam mille Librarum similem ei, quam et Theologica facultas, et Nationes Picardica et Germanica postularunt, atque in eam rem Libellum supplicem die praedicto 16.a Junii tradidisse scribae universitatis, qua dere petiit in praesentia deliberari: Mgr. de La Roque dixit in facultate Theologica nondum actum esse de Libello supplice honorandae nationis, Mgr. Collesson dixit pariter nondum consultum fuisse ordinem Juridicum, Mgr. Douté dixit deputatos esse de his rebus ab ordine suo viros peritos, quibus placuit nondum agi de Libello supplice ejus modi, donec natio Normanica similem Libellum porrexerit: Mgr de Bay dixit Nationem suam in postremis comitiis suis de postulatione Mgri Moreau deliberasse, atque censuisse remittendum oblatum sibi Libellum supplicem, tum quod

cum censore suo non fuerit communicatus tum quod fuerit oblatus non vi conclusionis factae in comitiis generalibus honorandae nationis, sed vi conclusionis factae in conventu quodam aliquot procerum Quod. nationis, addidit fidelissimam Nationem de Gallorum negotio non deliberaturam, nisi prius datus fuerit libellus supplex cum Instrumento conclusionis in generalibus comitiis factae, et ab officiariis nationis rite subscriptae: Mgr. Le Bouc dixit se in comitiis Venerandae Nationis proposuisse ad deliberandum praedictum libellum supplicem, placuisse suo Ordini tum deliberari, cum duos e suis honoranda Natio nominaverit, quibus cum deputati Venerandae nationis agere possint. Mgr. Marchand dixit constantissimam Nationem acturam de ea re, cum honoranda natio duos Deputatos nominaverit, qui cum suis Deputatis academiae vires praesentes expendant. Le Bouc

Die habitis in collegio harcuriano comitiis post sacrum ordinariis exposui ortam de Bidellis contentionem, quo tempore Mgr du Pont des Cottiz Venerandae Nationis Quaestor fidelissimus rationes quaesturae suae redderet; cum scilicet ad eos articulos ventum est in quibus mentio est de summa pecuniae Bidellis in prandium soluta, notatum est totam summam quae est duarum libellarum, fuisse soli majori bidello solutam contra veterem consuetudinem, nam ex rationibus ante viginti aut triginta annos redditis innotescit eam duarum libellarum summam exolvi solitam esse in prandium amborum Bidellorum, non vero in solius majoris Bidelli. praeterea cum ad eum articulum ventum est ubi mentio fit de pecuniae summa quae Bidellis solvitur pro redditione rationum quaesturae, notatum est tres libellas quae olim ita dividebantur ut ex iis pars duplex, scilicet asses quadraginta, majori Bidello: pars vero simplex hoc est, viginti asses, minori Bidello exsolvi solerent; tres inquam illas libellas soli majori Bidello tributas esse; idcirco rationum examinatoribus placuit ea dare ad Vener. Nationem referri. Itaque Re in deliberationem missa ex tribulium sententia conclusum est jus minori Bidello ita esse servandum, ut sua ei portio pro veteri consuetudine solvatur viginti videlicet asses singulis vicibus: asses vero majori Bidello quadrageni in prandium et pro redditione Rationum Quaesturae, asses quadrageni. Le Bouc

Die Lunae 20a Julii anni 1711, convocati de more Gymnasiarchae et professores Collegiorum pleni, ut aiunt, exercitii ut suam quisque Pecuniarum

Die Sabbati undecima Julii praesentis anni, Universitas in Conventu majore fratrum Franciscanorum, qui locus ab ampl. Rectore fuerat electus, funeris justa serenissimo Delphino persolvit, tantâ hominum celebritate ac frequentia, ut capiendis omnibus angustior multo fuerit ipse chorus Ecclesiae. Interfuere ex —

omnibus ordinibus Academicis ingenti numero Doctores ac Mgri. suis trabeis insignes, quibus singulis erogata est ex aere Academico sportula quinque et viginti assium: Franciscani quidem nihil omiserunt, quo suam observantiam erga Universitatem testarentur. Ut primum in loco suo DD. Rector assedit, adfuere complures ad salutandum, ex quibus unus orationem habuit perpolitam, eique DD. Rector benigne juxta et graviter reposuit. Caeteri omnes cantandi arte et modestia pietatem Academicam excitarunt. Rem sacram peregit Sapient. Theologiae Decanus, Vices Diaconi Mgr. Chandoisel, Subdiaconi Mgr. Coignou Doctores Theologiae obierunt. Scriba nominatus ab amplissimo Rectore funebris orationis munere defunctus est: Academiae vero publice privatimque datum est laudi, quod avitae simplicitati usque insistens, noluit parietes templi aut stemmatis ornari, aut pannis atratis vestiri, resectamque ex hac mani impensâ pecuniam contulit in subsidium pauperum ex Academiâ Scholasticorum. Le Bouc

Die Lunae Ejusd. mensis convocati de more Gymnasiarchae et Professores Collegiorum Pleni, ut aiunt, exercitii, ut suam quisq; pecuniarum è nunciatibus redeuntium partem acciperet, adfuerunt in collegio Harcuriano horâ circiter post meridiem primâ. tum Mgr. Joannes Desautheux nunciatuum dictorum Quaestor exposuit sibi iterum litem coram praetore Parisiensi intentatam fuisse a Mgro. Joanne Duhamel Beatae Mariae Canonico, et ab eodem Praetore dictum M. Duhamel (quia ipse M. Desautheux se non stiterat) sententiam obtinuisse, quâ dictus M. Desautheux teneretur rationes suas jam redditas, referre rursus dicto M. Duhamel tanquam Venerandae Nationis Decano; Petiit que idem Quaestor quid ea in re agendum foret. Re in deliberationem missa, dictisque sententiis placuit unanimi consensu hanc causam nomine Gymnasiarcharum et Professorum esse quoque iterum suscipiendam, et ubique persequendam, ut pote quae non sit M. Dicti Desautheux, sed Dictorum Gymnasiarcharum et Professorum causa. atq; iidem duo Contribules, ad ejus modi negotium antea deputati, MM. scilicet Nicolaus Morin, et P. Viel Rethoricae Professores, nominati sunt, ut eidem, dictorum Gymnasiarcharum et Professorum sumptibus, conficiendo prorsus consulerent: et ita ame Venerandae nationis Procuratore conclusum fuit. Le Bouc

Die 27.a Julii habita sunt extraordinem comitia in collegio Harcuriano Primâ post meridiem horâ, ubi rem exposui non levis momenti, quae ad honorem et jura pertinet Rectoriae Dignitatis; quaeque tota est Rectorem Ampl. inter et Cancellarium Sanctae Genovefes. ea res ita se habet e-

Schola philosophica Mazarinaea Duo selectissimi qui Rectori philosophicae pro consequendo artium Laurea distincte diebus publice tueantur ac propugnent. Utrique actui praesidebit Rector amplissimus. ad utrumque actum invitatur Magnificus Cancellarius, ut suo Cancellarii munere sub finem congruenter praemonitus autem in actibus hujus modi usum hunc servari solitum, ut dum adest Rector amplissimus, eo praesente Cancellarius pro authoritate Apostolica qua fungitur in hac parte, facultatem candidato tribuat legendi, docendi, interpretandi hic et ubique terrarum, deinde Apostolicam benedictionem impertiatur: tum vero Rector amplissimus utpote praesens universitatis primeps, capiti ejusdem candidati Lauream artium pro suo duplici jure imponat. Sic inquam praemonitus Cancellarius, subita responsione minatur ex non ita dudum futurum, sequeque propterea aut actui non adfuturum omnino, aut si aderit, nolle licentiam docendi, et benedictionem Apostolicam una et Lauream artium tribuendi, jure et potestatem sibi uni esse attributam. Ea res in deliberationem missa tum fuit. Haec est Venerandae Nationis sententia, ut si Cancellarius aderit aut Procancellarius, solito jure statuo, hoc est Conferat Potestatem legendi et Apostolicam benedictionem impertiatur; si autem non permittatur potestate praesente Ampl. Rectore Lauream imponendi capiti Candidatorum; Jus enim illud ad Dignitatem Rectoriam pertinere. Si vero neque Cancellarius ipse aderit neque procancellarius, Tum primus inter Examinatores legendi potestatem una cum Benedictione Apostolica Conferat; Rector deinde Lauream capiti Candidatorum Imponat: Monendo interim accuratius Examinatores, ut loco designato ad finem suo munere fungantur. Le Boüic

Die Mercurii Augusti habita fuit Comitia post sacrum ordinaria ubi Venerandae Nationi Exposui quam graviter ac solide Mgr. de Barg fidelis. Nationis Exprocurator causam coram illustrissimis quatuor Viris Regiis dixerit pro Nationum Procuratoribus contra adjunctos facultatum Theologiae, Jurium et Medicinae Doctores, qui praeter jura et consuetudinem supra ornat. Procuratores sederant in solemnibus Exequiis, quae in Aede Sandyonisiaca pro refrigerio animae Serenissimi Delphini die 18.a Junii proximi Elapsi celebratae sunt. Tum Censuit Veneranda Natio Deputandos esse qui gratiae agant Mgro. de Barg Viro Clarissimo pro eâ operâ quam impendit in gratiam ornat. Procuratorum, atqui ita Conclusum et Actum est. Le Boüic

Die Lunae Comitia ordinaria in collegio Mazarinaeo habita fuere, ubi cum delegerentur conclusionem praecedentium comitiorum, Mgri. Colleges Jurium Decanus nomine suae facultatis interfuit conclusioni factae in Academico Tribunali die 18.a Junii mensis Elapsi, ne Nationi Germanicae Nationi persolveretur annua pensio mille librarum —

2°. DD. Rector dixit Candidatos aliquot discipulos suos absoluto cursu Philosophico Theses ~~pt~~ publicas pro Laurea artium esse propediem in Mazarinæo se præsidente propugnaturos: Rectorum autem id esse jus ab omni memoria retentum, ut quoties intersunt actibus ejus modi postquam cancellarius benedictionem Apostolicam nomine Pontificis candidatis impertivit, ipsi regio nomine pileum imponant Magistralem. Cancellarium tamen Beatæ Genovefæ, contra id quod ille ipse fecit ante quatuor annos Rectore Magro. Petro Billet; nuper declarasse se vel ad prædictas Theses non venturum, vel cum Apostolicâ benedictione, Pileum quoque, præsente etiam Rectore, impositurum. Quadere audito Mgro. Edmondo Pourchot Syndico, de consensu omnium DD. tam Decanorum, quam Procuratorum, placuit, Cancellarium intra limites officii sui contineri, Rectoria Jura sarta tecta conservari, et si qua lis ea causâ, suboriatur, suscipi illam impensis ac nomine totius Universitatis.

3. Oratori qui serenissimum Delphinum apud franciscanos Die 11ª Julii, funebri Laudatione prosecutus est, placuit honoris causâ per Quæstorem Universitatis offerri summam Decentarum Librarum, similemque 200tt. summam per eumdem Quæstorem pauperibus scholasticis erogari.

4 Deinde ut compertum magis esset in vulgus quis sit usus universitatis erga eos, qui cum spe sola futuræ successionis ad academica munera eliguntur. Re in deliberationem missâ placuit communi omnium consensu declarari, usum hactenus fuisse constantem Universitatis, ut succenturiati quandiu non suo sed titularium nomine stant, nihil juris ad academica Privilegia adipiscantur. Le Bouc

Die 14ª Ejusd. mensis augusti horâ septimâ matutinâ in comitiis præclaræ artium facultatis apud Mathurinenses habitis ad eligendos novos Examinatores Licentiandorum in artibus Natio Gallicana elegit pro examine apud B. Mariam M. Joannem Bapt. DeLaPlace Baccalaureum Theologum; Picardica M. Nicol. Sancier Classicum Cardinalitium; Normanica M. Joannem Vadelorge Emeritum e Lexoveo Professorem; Germanica M. Desse Hybernum Baccalaureum Theologum. Pro examine apud B. Genovefam, honor. Natio Elegit M. Bernardum Imbault Professorem Cardinalitium; fidelissima, M. ant. DeBacq virum Rectorium Philosophiæ professorem in Mazarinæo; veneranda, M. Ambr. Plugne Rhetorem Lexoveum, Constantissima, M. Dan. Mucgane Procuratorium; qui omnes coram Procancellariis renunciati sacramentum in manibus ampl. Rectoris præstiterunt. Le Bouc

Die 29ª Ejusd. mensis augusti 1711. habitarunt in collegio Mazarinæo comitia deputatorum Universitatis in antecessum

pro mense Septembri propter instantes ferias.

Ubi Mgr. Michael Morus Decanus Germanicæ Nationis dixit Mgrum. Collesson Jurium Decanum, in comitiis habitis, 1.° augusti intercessisse conclusioni factæ die 16.a Junii quæ prædictæ suæ nationi concessa fuit annua pensio mille librarum similis ei quæ Picardicæ nationi et facultati Theologicæ prius concessæ fuerant: honorandam quidem nationem, a sententiis illis de pensionibus ejus modi, nuper ad Curiam provocasse; verum cum similes intercessiones ab eodem M. Collesson interpositæ adversus Picardicam nationem, et facultatem Theologicam, ab academico Tribunali remotæ fuerint, postulavit eam quoque removeri, quæ adversus Nationem suam facta fuit, ut sit illius, in pendente apud Curiam Lite, jus et conditio par ac Nationis Picardicæ et Theologicæ facultatis. Re missâ in deliberationem placuit conditionem Germanicæ Nationis de concessâ pensione annuâ mille librarum, esse in prædictâ apud Curiam Lite eamdem ac Picardicæ nationis et Theologicæ facultatis. atq; ita ab amplissimo Rectore conclusum fuit. Le Bouc

Die 7.a octobris 1711. Comitia Centuriata habita sunt apud Mathurinenses. Supplicatio fuit ad Divi Ludovici in Collegio Mazarinæo. Le Bouc

Die Sabbati 10.a ejusd. mensis habita sunt post sacrum comitia ordinaria in collegio harcuriano, ubi Electus est Quadrumvir ad creandum Rectorem. M. Joan. Des Authieux Vir Procuratorius Grammaticæ Professor in collegio harcuriano. Oberrim. Le Bouc

Eadem die Comitia Præclaræ artium facultatis apud Mathurinenses habita sunt horâ decima matutinâ ad creandum Rectorem. Ubi M. Marchand conquestus est Germanicæ Nationis Quadrumvirale munus quod ad se sua vice recurrente, pertinebat ex statutis, fuisse tamen in matutinis comitiis collatum M. Martinot. M. Morus Dictæ Nationis Decanus respondit M. Marchand in prædictis comitiis ne unicum quidem Tribulium suffragium habuisse. in statutis quidem vices observari, sed ita, ut nulla culpa candidato objici possit. M. autem Marchand reum esse non improbitatis aut malitiæ, sed imprudentiæ gravissimæque negligentiæ. M. Marchand, iis vicibus sibi fieri injuriam dixit et instrumentum postulavit. Re in deliberationem missâ Judicium Germanicæ Nationis confirmatum est, in quadrumvirum confirmatus est M. Des Authieux vir procuratorius, in Rectorem Electus est M. Guillelmus Dagoumer vir Procuratorius Celeberrimus in collegio harcuriano Philosophiæ professor Emeritus, vir vere academicus et omni laude superior.
Le Bouc

Die Lunæ 12a. Iunii mensis hora septima matutina habita sunt apud Mathurinenses comitia Deputatorum universitatis, in quibus interfuerunt M. Guill. Dagoumer Rector novus, M. Robbe ex-Rector, M. De La Roque Theologiæ, M. De Ferrieres Juriun, M. Doute Medicinæ Decani MM. Berrierre Gallicanæ, De Barq Picardiæ, Le Bouc Normanicæ, Jentzen Germanicæ facultatum Procuratores, officiarii universitatis et Bidelli omnes omnium facultatum ac nationum, actum est de instruendo seu, ut aiunt, confirmando Rectore novo. Ampl. Rector M. Guill. Dagoumer, qui per schedulas, de more ipso Sabbato Electionis suæ datas, Deputatos ad hæc comitia convocarat, dixit se a præclara artium facultate creatum fuisse Rectorem; Clarissimus ex-Rector de Landibus ampl. Rectoriæ Lauea pro temporis angustiis præfatus, de negotiis quæ in suo Rectoratu perfici non potuerant disseruit: tum Sapientissimi trium facultatum Decani, et quatuor ornatissimi Nationum Procuratores distinctis suffragiis cum ingenti consensione dixerunt se gratam et ratam habere electionem Clarissimi viri M. Guill. Dagoumer in Rectorem, atque ita ab ampl. Rectore Conclusum fuit.

Le Bouc

Die 17a. Iunii mensis hora septima habitæ sunt apud eosdem Mathurinenses comitia præclaræ artium facultatis ad creandos Censores novos. Dimissa nationum ad deliberandum et Censores nominandos, per ornatissimos suos procuratores retulerunt, Censores creatos fuisse, in honoranda quidem natione M. Claud. Andry virum Procuratorium, in Picardicâ M. Joannem Le Boucher Baccalaureum Sorbonicum, in venerandâ M. Joannem Joffet Rhetoricæ professorem Sarcurium, in Germanica M. Merik virum Procuratorium. Tum M. Marchand accessit ac de creatione M. Merik conquestus est, eo quod viros emereretur tribûs continentium, unde ille non est, atque intercessit quo minus eo munere fungeretur. M. Morus repositus in tribu continentium duos ad modum esse tribules, atque adeo secundum statuta in illam tribum adscitos fuisse tres ex insularibus, e quibus unus est dictus M. Merik: Rector ampl. Conclusit cum nationibus, et M. Marchand actum sua intercessione concessit. Le Bouc

Die 7a. Mensis Novembris habita sunt comitia Deputatorum universitatis apud ampl. Rectorem in Sarcurio, ubi M. Ant. Tarion Parisinus et M. Joannes D'Ervi Atrebatensis in artibus Magistri supplices postularunt, per universitatem dicti sibi aperiendi Pædagogii, et juventutis instituendæ potestatem, ac referri se inter Magistros quos eo nomine Academia tueatur ac protegat. M. Hardy a MM. Gymnasii Pædagogiorum

Die x. novembris apud venerandos Patres in collegio Navarriano fidei Quæstor exposuerunt controversiam, quo die Rationes quæsturæ exhiberi reddebar decretum est, quod M. Dubamel ven. Nat. Decano et si intra cancellos universitatis non habitanti duplicem portulas tribuerat, quæstor propterea quod foris ab se veneranda Nat. Decanus vellet, tum concredidit, quæ gratia probatum est. Quæstor fecerat, atque ita fieri deinceps statuit. Le Bouc

deputatus ac presens, de supplicis utriusque moribus ac doctrina testimonium dedit. Iis deinde egressis auditus est M. Edm. Pourchot Syndicus, qui dixit pro re academica nihil morari se quominus utrique indulgeretur, vidisse se literas Magisterii in artibus, Praeterea Testimonia Pastoris Ecclesiae Sancti Sulpitii pro Joanne d'Ervy, et Vicarii Ecclesiae Sti Benedicti pro antonio Tarior. Re missâ in deliberationem placuit admitti supplices, ea conditione ut ne quem puerum in Paedagogio suo privatim doceant, quos docebunt in Scholas academicas mittant, ac statuta ab Universitate tradita senatusque consulto confirmata observent.

De Re Libraria placuit ad Illustrissimum Galliae cancellarium adire per amplissimum Rectorem Deputatos, eidemque Memoriale de Juribus Universitatis, quod paratum habebunt descriptumque (si videbitur in rem academicam propensius) offerri, atque ita ab ampl. Rectore conclusum fuit. Le Bouc

Die 5.a Decembris habita sunt comitia Deputatorum universitatis

Die 25.a Novembris habitis post sacrum in collegio harcuriano comitiis ordinariis, postulavit Aequissimus Censor ut nova toga purpurea conficiatur ad usum ornat. Procuratoris: Ex Vetusta autem procuratoris purpura, sarciatur Toga ad eorum usum qui pro Veneranda Natione Magisterii artium candidatos in actibus Philosophiae publicis ritu solemni tentabunt. atque ita ex communibus tribulium suffragiis conclusum est ab ornatissimo procuratore. Le Bouc

Die 5.a Decembris habita sunt comitia Deputatorum universitatis apud Ampl. Rectorem in collegio harcuriano, ubi M. Joannes Baptista Clerambourg Praesbiter Parisinus supplicavit admitti se more solito in fidem ac clientelam Universitatis, eoque nomine licere sibi Paedagogium habere, ac Pueros et adolescentes privatim instituere: M. Edm. Pourchot dixit exhibitas fuisse dicti Clerambourg literas Magisterii in artibus authenticum diploma oblatum a M. DeBacq tum Rectore, a Vigilantissimo Pastore Paraeciae Sancti Germani altissiodorensis, atque aliud a Professoribus Mazarinaeis. Re missâ in deliberationem placuit Praedictum supplicem iis conditionibus admitti, quae praecedentibus appositae fuerant. Le Bouc

Die 15.a Ejusd. mensis habita sunt comitia Centuriata universitatis apud Mathurinenses horâ 8.a matutina. Supplicatio fuit ad Aedem franciscanorum majoris conventus. Le Bouc

Die 16.a Ejusd. mensis comitiis Ordinariis post sacrum habitis in collegio Justitiano Quadrumvir Electus est Mgr. Asselin

Classicus Marchianus ad creandum vel prorogandum ampl. Rectorem. Le Bouc

Eod. Die Comitia Rectoria apud Mathurinenses habita sunt hora 10.a matutina, ubi Rector ampl. potenti oratione praeclaram artium facultatem ad quam academica praecipue pertinent collegia, certiorem factam voluit, interna tecta collegiorum, si Gymnasiarchae praefectique statutorum generalium articulum 7.um observent, a tributo decimi denarii exempta fuisse declarata Judicio declarato nuper apud Regium consistorium simul et honorificam habuit mentionem illustrissimorum Judicum et eximiam Academicorum nonnullorum qui gratia qua valent operaque sua in eam rem incubuerunt, voluntatem commendavit, imprimis M. Rollin antiqui Rectoris et Gymnasiarchae in Dormano Bellovaco. Videndum igitur admonuit ne ~~[illegible]~~ adversus praedictum 7.um articulum causa detur in posterum ejus modi tributi conquisitoribus nostras immunitates attentandi. Confirmatus est in Quadrum Virum pro Veneranda Natione M. Asselin Classicus Marchianus. Deputati sunt qui ampl. DD. Rectori grates agerent quam amplissimas pro feliciter gesto negotio decimarum. Ampl. DD. Rectori ~~[illegible]~~ Mgro. Dagoumer fasces Rectorii prorogati sunt. Le Bouc

Anno Domini 1712. Die 2 Mensis Januarii habita sunt Comitia deputatorum universitatis in Collegio Harcuriano ubi ampl. Rector dixit Gymnasiarchas et procuratores Collegiorum ad se vocatos venisse, ac scribâ Universitatis coram se excipiente, rationem locorum et cubiculorum quae in interiore sui quisque Gymnasii per se locant, edidisse atq; apposita syngrapha confirmasse in pluribus quidem quae spectant ad inquilinos, observari statuta diligenter; in aliquibus tamen hospitio conducto excipi quos statuta vetent in collegiis habitare. quadere ne tributorum conquisitoribus ansa praebeatur immunitates academicas attentandi quas Illustrissimi Judices Regii consistorii nuper conservatas voluerunt, deputatorum sententias exquisivit. M. Edm. Pourchot Syndicus legit articulum 7.um appendicis ad statuta et pro munere suo postulavit emitti quam primum e Collegiis omnes quos ab iis arcent statuta, atque in Gymnasiarchas praefectos et procuratores poenis academicis animadverti, qui quacumque de causa praedicto articulo septimo appendicis parere neglexerint. Re missa in deliberationem dictis que sententiis, placuit unanimi consensu statuta, imprimis articulum septimum appendicis ubique observari, nulla mora inter posita eliminari collegiis omnes cubiculorum aliorum que locorum conductores quos ab iis arcent statuta, denunciari nomine Syndici per singula Collegia Gymnasiarchas

Prefectos et Procuratores si qui parere distulerint omni in Academia privilegio omni jure, ut aiunt, tam activo quam passivo privatum iri, illosque suo damno prestaturos quidquid ex ipsorum negligentia detrimenti academiæ immunitatis patientur. Le Bouc

Die 16a Januarii anni 1712. habitus in collegio Harcuriano comitiis ad percipiendos de more reditus nuncupatuum, — quæstio proposita est, an M. Fortin Emerito professori Harcuriano exolvenda sit pensio communis, ut pote qui canonicatum obtinuit cujus reditus annui ultra mille libellas proveniant. Re in deliberationem missa, placuit in Deputatos nominare dd. Guenon Gener. Nationis procuratorem, M. de la Val et M. Courteil qui eam rem expendant et prosequantur. Le Bouc

Die 6a Februarii 1712. in gremium Venerandæ Nationis post supplicationem de more factam admissi sunt et sacramentum præstiterunt M. Ludovicus D'Hostel Rothomagensis; M. Petrus Le Mesnager Abrincensis; et M. Thomas Constantiensis. ad sacramentum quoque accessit et præstitit M. Beaufils qui fidem suam testimonio propria manu suo scripto obligavit sic vocibus concepto, Je Soussigné Grand Boursier du College d'Harcourt Bachelier en Theologie reconnois n'avoir jamais eu aucune part a l'appel fait par M.r de Louvency proviseur dud. College, de la Sentence de M.rs Le lieutenant Civil touchant la procez entre la Venerable nation de Normandie et M.r Le proviseur dud. College, et renonce aud. appel. Fait a Paris ce 6.e Fevrier 1712. Infra scriptum, Beaufils. Le Bouc

Die 7.a Martii supplicavit pro Regentia et Scholis Mgr. Deffriches, qui inter Tribules admissus sacramentum de more præstitit in collegio Harcuriano Rabi ipso sacrum comitiis ordinariis. Le Bouc

Die 19a Martii habitus in Collegio Harcuriano comitiis post sacrum ordinarium, supplicavit pro munere procuratorio M. Franciscus Rousset sacræ Theologiæ licentiatus, vir morum integritate, sagacitate ingenii, sedulitate ac solertia, aliisque dotibus egregiis non commendabilis. Jus omnium condendum ad hoc munus electus est. Ego Magistratu decidendo, Quadrum vir creatus sum; sicque confirmatus apud Matthurinenses ubi fasces Rectorii viro Clarissimo et Mgro Guill. Dagoumeo prorogati sunt.

Le Bouc

Die dominicâ 8. martii 1712 Rector Amplissimus solemni equitatu stipatus ad salutandum Regem de reditu Serenissimi Delphini Illustrissimique Delphinæ obiit, vexillaque prostrata sunt. vos tota privata est eo fere ordine qui descriptus est pagina 213. nisi quod Rex solus salutatus est, et quod in procedendo, cum quidam de Academia francica eo ad videndum irruperet, ut universitatis anteirent, Amplis. Rector vim sustinuit gradum pluvia propulsato, ad januam cubiculi Regii arreptum pallio magistrum Regnier de Academia francica unum, qui prior ingredi parabat, tandem retinuit, donec Rex ipse consultus, universitatis priorem vocavit. Cum Rector Amplis. una cum comitatu (si Bidellos excipias) ingressus, ad Ludovicum magnum oratorio Gabriel Laconicam quidem, qualis tunc erebat sed suis in ipsa brevitate modulis, sustinuitque libratam pondebus, cum ut sed sonorificus

Auctorum plausus excepit, Et Ludovicus ipse Magnus splendidis sua in Universitatem benevolentia Significationibus, Sponsione Luculentas adjunxerit amoris studiique erga ipsam sempiterni. Le Bouc

Ex Redditibus Nuntiatarum residuae erant in fidelissimis Quæstoris manibus Schedulæ, quæ vocant, monetarum, ad Summam bis mille et centum librarum; de quibus Schedulis unus semel deliberatum est quid fieret: at tandem ex Communi Sententia placuit ad Erarium Regium eas deferri, transigi ij; Venerandæ Nat. nomine Contractum in eorum commodum, quorum illæ essent. Notandum autem Mag. Coffin in Scholâ Collegij Bellovaci Secundæ professorem, quanquam natione Gallum, rogasse sibi ut liceret in suum contractum Schedulam monetariam inferere Decentarum librarum, atque hoc ei concessum esse. Itaque adjecta Decentiæ fuit libellis, Summam factam esse bis mille et trecentarum Librarum. initus coram magistro Boisseau tabulario ~~prothonotario~~ publico contractus est consensu eorum quorum Schedulæ sunt; Comitatusque post hæc fuit comitiis ordinariis in Collegio Lexoviano habitis Die 19a Martii. tum Venerandæ natio nihil in eo contractu Contineri, quod fraus fit: eorum vero quorum nomina designata sunt totum hoc esse Decuntiavit.

Nomina autem singulorum et summa, quam in tabulis singuli habent, hæc sunt.

Mgr. Joan. Duhamel ~~Gallus~~ Venerandæ nationis Decanus habet in hisce tabulis ducentas et septuaginta quatuor libras cum decem assibus quæ summa asservatur a sequestro ex Sententia ~~Curiæ~~ Parisiensi Prætore lata die Vigesimo Junii anni 1709 ob controversiam inter Venerandam nationem et dictum Magrum Duhamel ortam de Editibus nuntiatarum. 274

Habet insuper idem Mgr. Duhamel in iisdem tabulis octoginta et septem libras quæquidem de summa nihil disceptatum. 87

Mgri Michaël Le Blond, Ludovicus Le Bouc, et Petrus Viel Summam habent trecentarum septuaginta et quinque librarum. 375

Mgr. Jacobus Lavoisé centum et triginta libras. 130

Mgr. Petrus Varignon centum et decem libras. 110

Mgr. Joannes L'Hermel centum et decem libras. 110

Mgr. Michael Sanson centum libras. 100

Mgr. Michael Le Fèvre nonaginta libras. 90

Mgr. Ant. Marion octoginta libras 80

Mgr. Lud. Regis septuaginta et quinque libras. 75

Mgr. Guil. Dagoumer septuaginta libras. 70

Mgr. Gasp. Poitevin septuaginta libras. 70

Mgr. Joan. Couture sexaginta libras. 60

Mgr. Joan. Courillard de Laval sexaginta libras. 60

Mgr. Joan. Marie sexaginta libras. 60

Mgr. Joan. Fran. de Croisilles quinquaginta libras. 50

Mgr. Guil. Le Maloel quadraginta libras. 40

Mgr. Joan. Josser quadraginta libras. 40

Mgr. Nic. Morain triginta et quinque libras. 35

Mgr. Al. de Prepetit triginta et quinque libras. 35

Mgr. andr. Asselin triginta libras. — 30 ll

Mgr. andr. DuPont viginti libras. — 20 ll

Mgr. Joan. Duhamel Grassineus quindecim libras. — 15 ll

Mgr. Joan. Louvency tredecim libras cum decem assibus. — 13 ll 10 s

Mgr. Franc. Adam decem libras. — 10 ll

Et tandem M. Coffin Natione francus ducentas libras. — 200 ll

ita Conclusum die 19 martij an. 1712 in collegio Harcuriano comitiis ordinariis Le Bouc

ACTA PROCVRATORIA

M. FRANCISCI ROVSSEL presbyteri LEXOVIENSIS, LICENTIATI THEOLOGI,

A DIE 19. MART. 1712. AD DIEM 24. MART. 1713.

Die sabbati 19. martij pridie dominicæ palmarum anni 1712. comitijs ordinarijs post sacrum habitis apud Harcurium ~~habitis~~ unanimi omnium tribulium consensu ego Franciscus Roussel presbyter Lexouiensis Licentiatus Theologus in sacra facultate parisiensi et antiquus censor factus sum venerandæ nationis procurator, magister vero Ludouicus Le Bouc exprocurator electus in quadrumuir

Roussel

eadem die 19. martij 1712. horâ decimâ matutina in comitijs præclaræ facultatis Artium apud Maturinenses Rectorij fasces cum summâ gratiarum actione prorogati sunt M. Guillemo Dagoumer celeberrimo philosophiæ professori in collegio Harcuriano.

Roussel

die 2a aprilis in Harcurio apud Amp. Rectorem habita sunt comitia ordinaria deputatorum uniuersitatis in quibus comitijs cum dixisset Ampl. Rector qui supplicant pro litteris nominationis jure magisterij in artibus et quinquennij, sæpe accedere ad supplicationem insalutato Amp. Rectore, fieriq. etiam identidem ~~et~~ qui procul in prouincijs absunt per amicos parisijs supplicent, ut tollatur omnis fraus et dolus, et quid

R.

Amp. Rectori debetur honor servetur; placuit jn posterum supplices non admitti, nisi saltem triduum ante supplicationem Amplo. Rectorem convenerint. Roussel

Die 5ta aprilis apud maturinenses habita fuit comitia — synodalia, beneficiarij suo quisque ordine appellati fuere, quibus cum gratiarum actione dimissis, Stephanus Gosseaut qui superioribus comitijs ad exercendam artem librariam admissus fuerat, sacramentum universitati praestitit. Roussel

Die 31. martij 1712. hora post meridiem prima gymnasiarcha et professores ven. normanorum nationis justu procuratoris ornatissimi per apparitorem vite convocati, apud Carcerium convenerunt. Deputati super lite inter praedictos gymnasiarchas et professores et M. Joannem Duhamel ejusdem nationis nunc decanum, canonicum Beatae Mariae Parisiensis, vertentem coram Lidem supremo senatus judicio pro hac die ellectum referente justegervino senatore Domino Dreux, dirimendam videndum autem quid aequum sit respondere argumento cuidam novo quo M. Duhamel videtur innixi praecipue de M.M. Roussel et Conturae professoribus emeritis. quod enim antea penitus ignoratum fuerat et ab ipsis M.M. Roussel et Conture sedulissime pernegatum, jn instrumento tamen nomine dicti M. Duhamel die 8.a julij significato pro vero asseverari fuit illos opimis beneficijs ecclesiasticis, deorum illorum beneficiorum nomina, sedes enuncientur, quive et ipsis reditus, qui summam mille Librarum annuatim affirmentur excedere. praeterea M. Fortin de quedeville Emeritus quoque professori, ante decem circiter menses, parisijs jn ecclesia S.ti Germani a Altissiodorensis beneficio Canonicatum, cujus fructus actus percipiat nunc igitur cum docendi munus a Remigialibus proxime elapsis abdicaverit, videndum de illo pariter num sit jn posterum admittendus jn partem reditnum ex nunciatibus, re per curandum ornatissimum procuratorem propolita ad deliberandum dictis sententijs placuit jd per accensum Forensem denunciari M.M. Roussel et Conture ut intra quindecim ad summum dies declarent ex animi sui conscientia, fundorumq. locationibus an sit jd verum quod a M. Duhamel jn supradicto instrumento de annuo reditu suorum beneficiorum asseritur nec ne: si praedicti reditus excedant revera summam mille librarum aut ipsi, quod negantur, intra praedictos quindecim dies declarare neglexerint, nullam eis tribui partem deinceps reditnum, qui provenient ex nunciatibus. 2.o partem eorundem nunciaturum quae spectat ad M.rum Fortin de quedeville, quando quidem ejusdem beneficio fruitur, apud quaestorem nunciaturum reservari aidem cum fide restituendam, si quando, lite intervenienta a supradicti canonicatus possessione depulsus fuerit. 3.o praesentem hanc conclusionem M.ro Desnotteignes nunciaturum quaestori, ut ipsi pareat, significari, atque sta ab ornatissimo procuratore conclusum fuit. Haec conclusio sub loco et ordine

R.

descripta non occurrit quia ubi primum facta est, tradenda
fuit D. Ducornet patrono Bajusce. Litis, et statutum per
aliquem forensem denunciaretur. Magr Roussel, Couture
et Sortin. /. Roussel

Die 14. aprilis apud Garcuriam extra ordinem habita fuit co-
mitia universitatis ad audiendum D. Decanum Summum
Ceremoniarum et Magistrum qui pridie scripserat Amplissimo D.
Rectori de eo die 14. circa horam decimam matutinam solemni
apparatu venturum universitatem invitatum ut sua presentia
cum ceteris primariis urbis parisiensis ordinibus Cohonestaret
publicum fasces quod in Basilica S.ti Dionysij in urbe
Sandionysiaca Serenissimo Delphino, simul et Serenissimæ
Delphinæ gravabatur; sederunt deputati more hinc et inde ad circa
mensam tapete academico constratam, ut solet in aliis Comitijs,
ad omnes una fronte sui quisque ordinis locum
retinentes; medius est Rector togâ violaceâ vestitus et in
Cathedra brachiata solus, ceteri nigra veste juduti cum
capmidibus sua quisque præter Facultatis; aderant et
apparitores; in fisci comitijs interrogati ab et. Rectore
Decani et procuratores quid statutum fuisset in Comitijs
particularibus suarum Facultatum et nationum de retinendâ
decima parte illarum pensionum quæ annuatim quibusdam
ordinibus, aliis q: privatis hominibus ex ærario academico
solvuntur; Magr De La Roque theologiæ, Magr Barbier
juris, Magr Doulé medicinæ decani; Magr vero Benière
gallicæ, Magr De Baeq picardicæ, Magr Roussel
normanicæ et Magr Coffy germanicæ procuratores
Respondérunt suo quisque ordini re in suis facultatibus
et nationibus ad deliberandum proposita placuisse
retineri decimam partem illarum pensionum, factas q:
unanimi consensu super ea re conclusiones, quæ ad scribam
universitatis delatæ fuerant; re igitur per Amplissimum
Rectorem in deliberationem missâ placuit ex omnibus
pensionibus quas ex fundo academico pendit quæstor
universitatis detrahendam esse decimam partem, ea
quemadmodum fit apud ceteros Regni civitates et juxta
quorum Res familiaris et reditus aliqua pensione aut
quovis tributo annuo premuntur. Deinde captum erat
agi de aliis negotijs academicis, cum horâ sesquidecimâ
supradictus Summus Rituum Magister proprio curru
vectus Regijs fecialibus et præconibus sequentibus
Garcuriam ingressus est. ex academico tribunali deputati
sunt syndicus et quæstor universitatis, qui Magrum Rituum
excipérent et in locum comitiorum adducerent; qui eó
paulo post lento gradu venit, præibant Regij feciales quatuor
juduti subtus nigrâ veste longiore, supràque brevi sagulo
lilijs aureis distincto, capitibq: in caudæ modum a tergo

R.

promisso, annus clamulam argenteam, tres alij baculos insignato—
rios innolutos præferebant; deinde cum nostris deputatis—
incedebat summus Ceremoniarum Magister amictus Lugubri—
pallio ex humeris ad terram aliquot ulnis defluente, manu
lana pileum quadratum, dextra baculum nigri coloris extremâ
utraque parte albo ebore instructum tenebat, quem sequebantur
jurati pedanei indutis togis nostrarum similibus, stemmatis—
defunctorum Delphini et Delphinæ à pectus et à dorsum—
appensa; manu vero sinistra gestabant argenteas, illi—
omnes in ipso Comitiorum ingressu D. Rectorem, cum decanis
et procuratoribus salutarunt; magister verò Rituum unus in
media aula incedens, iterùm salutavit deinde tertium ubi—
propius ad tribunal accessit; eundem accedentem D. Rector,
Decani et procuratores resalutarunt, tum ei unus è bedellis
quatuor ex bracchiatam sedem assurrexit à Regione D. Rectoris
qui deputati sunt ad suas Cathedras redierunt; fecialis hinc
et inde ad latera magri Ceremoniarum stabant recti, jurati
pedanei recti quoque, postea sedens ille aperto capite, —
sedentibus etiam D. Rectore, decanis et Procuratoribus, capitibus—
pariter apertis, aliquot verba præfatus Regias litteras deposuerat
obsignatas: eas excepit fecialis, et amplissimo Rectori tradidit, qui ipsas
legit inscriptionem: a nos très chers et bien amez les Recteurs
Docteurs, Regens et suppots de nostre Fille aînée l'Université
de Paris, tems Litteras resignavit, easq: fecialis altâ voce—
Legendas reddidit; illarum autem ja vat tenor. De par le—
Roy, très chers et bien amez, nous avons resolu de faire celebrer
une Messe solemnel dans l'Eglise de l'abbaye Royale de S.t Denis
et une autre dans l'Eglise metropolitaine de nostre bonne ville—
de Paris pour le Repos des ames de nôtre très cher et très—
amé petit fils Le Dauphin et de nostre très chere et très amée
petite fille La Dauphine son epouse, et d'autant que ces—
Ceremonies se font avec la decence convenable, nous vous—
mandons et ordonnons de vous y trouver en l'ordre accoutumé,—
aux jours et aux heures que le grand maistre, ou le maistre des
Ceremonies vous dira de nostre part si n'y faites faute. Car tel
est nôtre plaisir, donné à Marly le 13. avril 1712. Signatum
Louis, infra Phelypeaux inferius l'université; ubi finem
Legendi fecit fecialis, extemplo magister Ceremoniarum
baculo suo præconibus innuit; imperata faciebant et statim
qui inter illos primum locum occupabat altâ voce dixit
jurez Orient vos faites vos Charges. illi vero omnes capiunt
satis diu pulsare suas campanulas, sine desinerent cum demum
jterarunt, mox primus ille præco, datâ voce Docteurs et
scientifiques personnes, quæ primis verbis statim atque audivit
amplissimus Rector præconem inter pellant, monuitq: ne dicerent
Docteurs et scientifiques personnes, sed nobles et scientifiques
personnes, sic semper salutatam Universitatem, tum præcepit
præco, prier Dieu pour l'ame de très haut, très puissant et
très magnanime prince et Monseigneur M.r Louis Dauphin et
pour l'ame de très haute, très puissante et très magnanime
princesse marie edelaide de Savoye son épouse, et subito

eadem verba subdita repetita omissis his vocibus nobles et
et scientifiques personnes predictes omnes ut prius campanulas
pulsarunt, prout eidem addita, pour les ames des quels ne seroit les
seruices et les prieres dans L'Eglise de saint Denis et en suite
dans l'eglise de nôtre dame de Paris; his peractis D. Rector
respondit universitatem dicto Regi obedientem, ut movis est,
postea dictus D. de Breuc. Summus Ritumus et Major suscepit et
academiam semel atque iterum salutauit; illum absentem supradicti
deputati honoris causa ad curiam deduxerunt, Dominus vero Rector
Decani et procuratores in suis sedibus remanserunt.

Roussel

Die 18. mensis eiusdem horâ septimâ matutinâ Rector et nup.
sapientissimi Decani, procuratores ornatissimi cum adjunctis suis
officiarijs universitatis et apparetoribus omnium facultatum et
nationum ex sorboniano Sandionysiano Regedio processit simul
ad exequias ss. Delphini et ss. Delphinæ et in conventum
monialium visitationis B. mariæ descenderunt; ibi postquam sua
quisque sumpsit insignia, quia continuo et Largæ pluebat
currus iterum conscendimus et ad fores atque ecclesiæ S.ti
Dionysij processimus tum relictis Regedis eadem sublimi or-
dine quo solet in supplicationibus, ubi autem ad fores
chori venimus adjuncti theologiæ, juris et medicinæ, Relictis
Decanis liberam dederunt accessum procuratoribus qui
quatuor sederunt in scamno superiori intermedio; in inferioribus
vero cathedris consederunt adjuncti theologiæ, juris et medicinæ
et ante eos sedem habuerunt super scamno in plano posito
adjuncti quatuor procuratorum; Consedimus autem omnes
tam in superioribus quam in inferioribus sedibus proxime
et immediate post Curiam parlamenti secundum antiquum
morem, ita ut D. Rector sederet in cathedra et abbatis
S.ti Dionysij, Decanus vero medicinæ post ultimum
Curiæ senatorem. Hunc duxerunt Serenissimi principes
Dux Biturigum Frater defuncti principis, Dux
aurelianensium et princeps Carolidorum et Condæus Stirpis
dictorum et femina princeps Ducissa Biturigum, Ducissa
Borbonia et altera principissa ex Condæa domo, cum
sacrum fecit Episcopus Metensis, ~~orationem~~ orationem
funebrem habuit Episcopus Ebroicensis nomine mandati.
in hâc exequiis nulla exorta est controversia inter ornatissimos
procuratores et adjunctos theologiæ, juris et medicinæ, quia die
sabbati superioris 16. mensis aprilis intervenerat contradictoriarum
supremi senatûs judicium quo datur et defertur primus consessus
ornatis procuratoribus supra adjunctos theologiæ, juris et medicinæ
subjicitur exemplar hujusce senatus consulti. S. Roussel

Extrait des registres du parlement.

Entre M.re Pierre Benière, François de Brey, François Roussel,
et Hugues Coffy procureurs des nations de France, ——

R.

Picardie, normandie, et Allemagne fondées en l'université de Paris demandeurs en requeste du treze du present mois d'avril a Cujas commission leur fut delivrée a l'effet de faire assigner en la Cour les deffendeurs et autres qu'il appartiendra pour voir dire et ordonner qu'ils auront acte de ce qu'ils prennent pour trouble a la possession dans laquelle ils sont de la preseance sur les deffendeurs dans les ceremonies publiques, l'entreprise des dits deffendeurs au service fait a S.t Denis pour mons.r le Dauphin le deux juin 1711. voir dire que les P.t demandeurs y seront maintenus et gardez avec defenses de plus attenter les y troubler et pour l'avoir fait les condamner aux dommages et interest des demandeurs et aux depens et cependant attendu que la matiere requiert celerité ordonner que par maniere de provision et sans prejudice des droits des parties au principal les demandeurs auront la preseance sur les dits deffendeurs aux services qui se feront incessamment a S.t Denis et a notre Dame pour monsieur le Dauphin et madame la Dauphine d'une part maitre Gerceau curé de S.t Landry syndic et adjoint de la faculté de Theologie m.e Barriere doyen de la faculté de droit, maitre Colbon docteur et adjoint de droit et m.e affortty docteur et adjoint de medecine deffendeurs d'autre, apres que guillet de Blaru advocat des procureurs des quatre nations et Gondoin advocat du syndic de theologie, de droit et de medecine ont été ouis ensemble Chauvelin pour le procureur general du Roy La Cour sur le fond des contestations des parties ordonne qu'elles auront audience au premier jour et cependant par provision sans prejudice des droits des parties au principal ordonne que les procureurs des quatre nations prendront place et seance a la prochaine ceremonie qui sera faite a S.t Denis Lundy prochain seulement immediatement apres les doyens des facultez de theologie, de droit, et de medecine et precederont les adjoints des dites facultez fait en parlement le seize avril mil sept cens douze Signatum Lorne. post collationé infra le seizeme avril 1712. signifié a Sevrien, juferius Blandin

hoc autem decretum supremi senatûs obtinuimus egente praesertim et procurante magistro Antonio de Baq antiquo rectore, philosophiae professore in collegio Navarrae qui cum alias bene, tum eâ in re de praedictâ artium facultate quam optime meritus est

Roussel

Die 20. aprilis 1712. congregati fuerunt apud Harcurianum gymnasiarchae et professores venerandae nationis de portiuncula de more pecuniam exinunciaturam reditibus provenientem Lecta sunt instrumenta quibus M.tri Roussel de Coutance

et Lortin emeriti professores conclusioni latæ die 31. martij mensis
elapsi, ijsq. denunciatæ respondevunt, in quibus instrumentis —
singuli talentur unum sibi beneficium Ecclesiasticum obvenisse.
Contendunt autem ellgri Roussel et Couture non debere se
ideirco privari parte sua prædictorum nunciatuum, etiam si
è beneficijs suis plus quam mille Libras annuatim perciperent
cujus rei subdunt quartas protextus 1°. quod cum beneficia sua
gradibus universitatis non obnoxia aliunde adepti sint, nullius
gradus Locum occupent 2°. persequuntur inera multa quibus —
eadem beneficia sua premuntur, portiones, ut vocant —
Congruas, annuas pensiones, decimas, subventiones Ecclesiasticas
et alia id genus unde probant ex beneficijs jisdem ad se redire
multo minus quam mille libellas annuatim: magister autem Lortin
Respondit se a sex tantum mensibus docendi munus reliquisse —
ut notum est, multaq. alia Laudatus est ut ostenderet se ad
hanc diem ex beneficio suo nihil percepisse. postea deputati —
super eo negotio auditi sunt, qui dixerunt nihil esse certius
ex acta constanti venerandæ nationis et statutis aliarum —
nationum quam emeritos professores actu non regentes —
ubi fruuntur beneficijs ecclesiasticis annui reditus supra mille
libellas excludi parte nunciatuum, quocumodo illa beneficia —
sint consecuti. et sane majoribus nostris, cum suam ipsi —
portionem decurtantes, emeritos, quorum in edicto regio nulla
mentio est, in partem vocarent nunciatuum, eam fuisse —
mentem ut alendis in senectute emeritis provideretur. perinde
autem provideri seu beneficia patronorum benignitate conferantur
seu ex gradibus universitatis obtineantur. refelli igitur ac vejici
oportere protextus illos quos ellgre Roussel et Couture in
capite suorum responsorum adhibuerunt. inerum autem quæ in
suis instrumentis deduxerunt non eandem habendam esse —
rationem, nam quod dicunt de tributis, quæ clero pendantur,
decimis et subventionibus vejiciendum pariter ac refellendum. fuisse
enim beneficia ejusmodi tributis obnoxia jam tum, cum de
ideiscendis emeritis latæ sunt Leges in quibus nihil cautum est
de decimis, portiones vero congruas, annuas pensiones et —
cetera id genus equius esse imputari, si vera sunt quæ super
ab ipsis enunciata; illorum responsa significanda esse ellgre
Dufamel, ut si fraudem subesse suspicetur, ipse suis —
sumptibus inquirat; quod si quando compertum erit falsa —
fuisse allegata, eosdem statim parte nunciatuum privandos.
in præsentia vero, quoniam lis erget adversus ellgrum —
Dufamel, nec potest sine magnis impensis inquisitio fieri
in locis tam distantibus, et aliunde ellgri Roussel et
Couture innocentia vitæ, honestate, doctrina sua meriti
sunt quibus fides habeatur, illos in partem nunciatuum —
admittendos, quando quidem apparet illos, detractis legitimis
emeritis minus quam mille libras annuatim ex beneficijs
suis percipere; quod spectat ad ellgrum Lortin inquiri —
facilius esse, ad id q. nominandos esse deputatos, re per

R.

j

ornatissimum procuratorem ad deliberandum propositâ, placuit retineri pro lege certa in veneranda natione consuetudinem privandi reditu nunciatuum emeritos actu non regentes qui fruentur beneficijs Ecclesiasticis annui reditûs supra mille libellas quo quo modo illa beneficia obtenta fuerint, atque adeo rejici ac refelli quæ in prima responsione Mgrorum Roussel et Couture allegantur. non admitti pariter Rationem de decimis ac tributis quæ Clero pensitantur. quod spectat ad alia onera, significari Mgro Duhamel Responsa Mgrorum Roussel et Couture, ut ipse, si libeat, suis sumptibus inquirat num sint ea vera quæ enunciarunt. si detexerit esse falsa, statim prædictos Mgros Roussel et Couture privari parte nunciatuum; de Mgro fortin quoniam inquisitio facilior deputati sunt Mgri Morain et viel ut inquirant, interim eundem hac vice pariter admitti in partem prædictorum nunciatuum; nulli tamen prædictorum Mgrorum Roussel, Couture et fortin suam partem persolvi prius quam præsens hæcce conclusio ipsis denunciata fuerit atque ita ab ornatissimo procuratore conclusum fuit

Roussel

Die sabbati 7. maij 1712 Mager Duhamel professor Rhetorices in Collegio grassinæo nonnulla proponere voluit in comitijs apud Harcurium post missam habitis sed quia prius ornatissimum procuratorem et æquissimum censorem non convenerat, ut cum ipsis, de jis quæ proponenda habebat, communicaret, nulla habita est ratio illius postulationis imo parum abfuit quin multaretur tanquam Legum et institutorum violator./.

Roussel

Die 9. maij 1712. post sacrum in Harcurio proposui ego procurator a quatuor circiter annis impensâ et sumptu universitatis Locari grande aliquod cubiculum quo sese recipiebant plurimi sacerdotes ex hybernia; pro Locatione hujus cubiculi annuatim solvi a quæstore universitatis triginta Libras, duos ex illis presbyteris die sabbati superioris 7. maij accessisse ad tribunal Academicum suppliciter deprecantes, ut illud idem beneficium in ipsos hoc anno conferretur, idq. illis ex templo concedendum fuisse nisi lata fuisset Lex et conclusio in nationibus præsertim in veneranda natione quâ vetatur quidquam erogari et concedi sub quovis prætextu inconsultis nationibus addidi ego etiam illos presbyteros causâ religionis patriâ exules, nostris in regionibus sæviente bello vitam omni ope et auxilio destitutam trahentes dignissimos esse in quos veneranda natio piam se et munificam præberet; re igitur ad deliberandum propositâ omnibus omnino placuit hoc etiam anno liberaliter agi cum illis presbyteris et solvi triginta libras a quæstore universitatis pro conductione dicti cubiculi atque ita conclusi ego procurator

Roussel

R.

Die 10. maji 1712 è Scholis medicorum et. Rector. ll. Decani, procuratores ornatissimi cum suis adjunctis, officiarijs universitatis, et apparitoribus opertos crispato serico fasces præferentibus circa horam sesquinonam omnes induti majoribus jucalis ad ædem Beatæ Mariæ processerunt ut exequijs Serenissimi Delphini et Serenissimæ Delphinæ justo honori sermo jn ipso Basilicæ jngressu juxta ritum campanularum venientem salutarunt academiam, eandem excepit magister Cæremoniarum et ad destinatas sedes deduxit quam honorificentissimæ; post ultimum Parlamenti Senatorem sedem habuit et. Rector, deinde Decani Theologiæ, juris et medicinæ procuratores ornatissimi sederunt jn scamno superiori jntermedio jn reliqua parte scamni superiores sedes habuerunt quoque ornat. procuratorum adjuncti, jn jnferioribus vero scamnis sederunt adjuncti Theologiæ, juris et medicinæ, jn duobus vero seminis jn planis positis considerunt jo Iudicus, scriba et quæstor universitatis officiarij deinde apparitores quatuordecim cum suis fasceibus crispato serico jmmolatis; adjuncti Theologiæ, juris et medicinæ qui evadimonium deseruerant; quique licet semel atque jterum vocati se sistere coram supremo senatu noluerunt ut controversia jnter ipsos et ornatissimos procuratores exorta ultimo finiretur judicio, nullam ornat. procuratoribus crearunt molestiam, sed descendendo fasti sunt eadem ornatissimis procuratoribus superiores, sibi vero jnferiores tantum deberi catheedras, jn illis exequijs omnia peracta sunt eodem planè modo, quo et apud Sanctum Sulpitium die 18 mensis aprilis 1712. ut videre est folio Recto 229. Cum duxerunt eadem principes viri et fœminæ, sacris operatus est Eminentissimus Cardinalis Antonius Noallius archiepiscopus Parisiensis.

Rousset

Die 4ª Junij 1712. habita sunt comitia ordinaria nat. apud sacerdotium jn quibus electus Petrus Bonnejoye Rothomag. qui designatus fuerat a D. Cast. et collegij Lexouij gymnasiarcha vigilantissimo ut jn eodem collegio philosophiam doceret, supplicauit pro Regentia et Scholis, admissus est, sed placuit cum non recipi ad sacramentum nisi primâ die octobris proximæ futuri, ut ex eo tantum tempore cooptetur jn numerum tribulium nat. qui publicè docere capiet.

Rousset

Die martis 4ª Junij 1712. hora X matutina universitas jn conventu majore dominicanorum qui locus ab etmp. Rectore designatus fuerat, juxta, perbolvit serenissimo Delphino et serenissimæ Delphinæ conjugibus sanctæ celebritate et hominum multitudine ut capiendis omnibus

R.

augustior fuerit testudo Ecclesiæ ubi pavimentatum est, ad fuerunt ex omnibus academicis ordinibus frequenti numero Doctores et magistri cum suis insignibus, erogata est jis tantum qui de gremio alicujus facultatis erant ex ære academico sportula viginti quinque sterlinorum; præterea ven. natio jussit ex ære suo distribui suis tribulibus qui apud ipsam jure suffragij gaudent, sportulam viginti quoque sterlinorum. Dominicani jn omnibus suam observantiam et reverentiam erga universitatem testati sunt, ut duo jn Loco Consedit D.D. Rector, plures Dominicani adfuerunt ad salutandum ex quibus unus orationem Gabriel elegantem et officiosam ei D.D. Rector humanè admodum et graviter respondit; sacris operatus est sapientissimus Decanus Theologiæ D. De La Roque; funebris Laudationis munere summâ cum laude functus est M. Mgr Joseph Prelat professor Rhetoricæ jun Garcensis, qui ad id nominatus fuerat ab otimpl. Rectore, quinquaginta ducentas Libellas ex ære suo erogari voluit pauperibus quia universitas./.

ROUSSEL

Die 18. Junij 1712. D. Rector guiellemus Dagoumer jun exterioribus Sorbonæ Scholis Ludovico magno panegyricum dixit tam diserte, tantâq. eloquentiâ ut Eminentissimi Cardinalis noallij, aliorumq. Episcoporum, tum Caterorum ex omni ordine nobilium virorum plausibus exceptus sit

ROUSSEL

Die 23. Junij 1712. Habita sunt Comitia ordinaria ven. nationis jn collegio justiniano ubi postquam bene precatum est jnjs manibus Mgri Joannis Roanuei, ut assolet, Mgr Renaud Baccalaureus Theologus electus est nomine refragante quadruum vir qui et. Rectorem electum aut prorogat./. ROUSSEL

Die 23. Junij 1712. Comitia Rectoria præclaræ facultatis artium habita sunt apud matturinenses horâ decimâ matutinâ, jn quadruumviratum confirmatus est Mgr Renaud Baccalaureus Theologus, jn his Comitijs rejecti sunt duo supplices qui parisijs per biennium sunum philosophicum Logicæ tantum studuerant; tum otimp. Rectoris unanimi omnium consensu fasces rectorij prorogati sunt./. ROUSSEL

Die 28. Junij 1712. Habitis Comitijs ordinarijs apud Bavariam horâ sextâ matutinâ postquam bene

R.

precatum est piis manibus parentum Mgri Joannis des Authieux humanitatis professoris in Harcurio qui missam in hisce comitijs celebrandam fundavit; Loco Mgri Dupont humanitatis professoris in Cardinalitio qui quæsturâ decedebat, in quæstorem ven. nationis electus est, frustra reclamantibus Baccalaureis non regentibus, Mager Bonnesoeur Baccalaureus et philosophiæ professor in Lexovio, qui pluralitatem suffragiorum habuit; tum a me procuratore nominati sunt et a ven. natione approbati qui excipiant Rationes Mgri Dupont quæsturâ abeuntis, Mger scilicet Joannes de La val professor Rhetorices in collegio marchiano, Mger franciscus Adam professor humanitatis in Harcurio, Mger Robertus Barençon professor humanitatis in Lexovio, Mger marinus Roussel Baccalaureus theologus: deinde nominavi etiam ego procurator probante ven. natione Mgrum Ricardum Bausire presbyterum, Mgrum Ludovicum d'Hautel diaconum, Mgrum Thomam Renatum de vouges, Mgrum Petrum Le menager omnes quatuor Baccalaureos in theologia. pot tentent eos qui aspirant ad magisterium in artibus./.

Roussel

die 29. Junij 1712. fidelissimus quæstor Mger Dupont suas rationes reddidit quibus non interfuit sapientissimus Decanus Mger duhamel licet præmonitus./.

Roussel

die 2°. Julij 1712. habitis post sacrum comitijs ordinarijs apud Harcurium Mger Tiberge qui designatus fuerat a d. Durieu collegij sorbonæplessæi gymnasiarchâ vigilantissimo ut in quarto ordine doceret Loco Mgri Le Bouc qui sponte munus docendi abdicaverat, supplicavit pro regentia et scholis; postea dixi ego procurator die jovis proxime elapso 30. Junij mihi per accensum forensem significatum fuisse instrumentum quoddam quo Licentiati et Baccalaurei Theologi tribules ven. nat. non regentes intercedunt electioni Mgri Bonnesoeur Baccalaurei et philosophiæ professoris apud Lexovium in quæstorem ven. nationis, factæ scilicet die 28. Junij 1712. addidi ego procuratoris esse pacem et concordiam fovere inter tribules, jurgia et Lites, quantum potest, arcere, quod præstare nequit, nisi caveat ne in detrimentum quorumdam tribulium a consuetudine et institutis recedatur; quapropter ut accepi intercessionem d. Licentiatorum et Baccalaureorum non regentium videre me voluisse utrum jure an immeritò

R.

conquiverentur, num revera mos esset, quemadmodum contendunt ipsi, eligere alterna vice ex Baccalaureis non regentibus et ex professoribus qui omnia ven. nationis munera exercerent, evolvisse nos commentarios ven. nationis et compertos esse a multis annis alternis vicibus ex Baccalaureis non regentibus et ex professoribus electos esse, qui questoriam munus, uti et cætera ven. nationis munera obirent; imo invenisse nos conclusionem latam die 28. Junij 1708. quâ rejectus est idem Mgr Bonnetocur Baccalaureus regens qui munus questoris petebat, cum recurrerent vices Baccalaureorum non regentium, quia ingaii conclusio, ex qua factus est professor, jure professorum, non Baccalaureorum gaudere debebat; deinde Rogari Baccalaureos non regentes et professores, ne patiantur ven. nationem jurgijs et litibus exagitari, sed potius cogitationes pacis cogitent, sedulo esse vivos, qui cæteris exemplo modestiæ et charitatis præire debent, ita inter se dimicari; Baccalaurei non regentes pro bono pacis suâ intercessione desistant et unanimi consensu feratur conclusio, quâ statuatur primâ vice eligi Baccalaureum non regentem in questorem ven. nationis; deinde alternis vicibus ex professoribus et Baccalaureis non regentibus assumi ad obeunda ven. nationis munera; ita ut qui Baccalaureus factus fuerit professor, jam non Baccalaureorum, sed professorum jure gaudeat. re igitur in deliberationem missâ placuit 1°. removeri intercessionem et ratam haberi electionem Mgri Bonnetocur Baccalaurei et philosophiæ professoris in Lexovio ad munus questoriam ven. nationis, 2°. eligi primâ vice Baccalaureum non regentem in questorem ven. nationis, deinde assumi alternis vicibus ex professoribus et Baccalaureis qui omnia venerande nationis munera exercerent, ita ut qui Baccalaureus factus fuerit professor, non amplius Baccalaureorum sed professorum jure gaudeat, nec in ven. natione de numero Baccalaureorum, sed de numero professorum esse censeatur, 3°. admitti Mgrum Tiberge qui publice doceat; atque ita ego procurator conclusi: huic conclusioni Mgr de la val professor Rhetoricæ in collegio marchiano dixit se privato suo nomine intercedere, et actum suæ intercessionis postulavit. deinde Mgr Bossel professor Rhetoricæ in Harcuris et

R.

Hanc conclusionem suo Doct. subscribere abbas Sanc.

dies 9. julij. 1712. — Habita fuit comitia professorum apud Garevianum pro distributione pecuniæ nuncupatum jn quibus comitijs cum deputati jnservegati fuissent de voditu — canonicatus egri. fortin desponsi de eligo si el nondum sibi per tempus licuisse de voditu illius canonicatus jnquirere placuit admitti ejusdem fortin jn partem — distributionis donec — deputati acurate edilygen thr jnquisiverint de — voditu canonicatus D. fortin et ita ego conclusi. Roussel

Centor ven. nationis dixit se quoque jnterfuisse, nec quid fieret contra Libertatem ven. nationis: statim alta voce a notario jnstrumentum sponsionis egri Bonnefoeur ven. nationis questoris Lectum est et a tota ven. natione receptatum, tum datæ illi per syngraphum a me — procuratore, sapientissimo decano, alijsque tribulibus subscriptam procurandi negotia ven. nationis potestas; denique egr. Fiberge sacramentum præstitit./.

Roussel

dies lunæ #horâ post meridiem primâ.

dies 11. julij 1712. habita fuit comitia extraordinaria ven. nat. apud Garevianum jn quibus dixi ego procurator statim a morte serenissimorum principum gallicarum Delphini et Delphinæ omnibus communitatibus et collegijs mandasse ut D. Rectorem ut pro illorum principum animabus preces ad Deum funderent; huic mandato paruisse exemplo collegia, paulo post idem præstitisse cæteros academiæ ordines, facultates nimirum theologicam, juris et medicinæ, nos quoque, quibus non minus quam cæteris acerba fuit tantorum principum jactura, hoc pio officio jampridem defunctos fuisse, nisi expectandum credidissemus, donec universitas jn unum congregata Curissimis suis principibus justa persolvisset solemni pompa et apparatu; quamobrem hæc judixisse mea comitia ad deliberandum quando die, quo apparatu et ritu oporteret nos parentare jis principibus qui dum vivebant, non modo delicia sed spes regni dulcissima fuerunt; addidi ego hæc verba ex S.t Augustino; necesse est ut tristes simus quando nos moriendo deserunt quos amamus: sed tristiam reprimat fidei gaudium, et meminerimus pompam funeris, agminaque exequiarum, sumptuosam diligentiam sepulturæ, monumentorum opulentam constructionem vivorum esse qualiacunque solatia, non adjutoria mortuorum, orationibus vero sanctæ ecclesiæ, et sacrificio salutari et eleemosynis quæ pro eorum spiritibus erogantur, mortuos adjuvari ut cum eis misericorditer agatur a domino; re igitur jn deliberationem missa placuit jis serenissimis principibus quam pijssimæ parentari die 16.ta ejusdem mensis julij — horâ decimâ matutinâ jn sacello Garevriano, idque — denunciari majoribus programmatis omnibus ven. nationis doctoribus et tribulibus ut adsint suis quisque insignibus ornati, 2° rem divinam fieri a cegro Joanne du Gamel ven. nat. decano archipresbytero et pastore — vigilantissimo S.t Mariæ Magdalenæ jn civitate, 3° amita simplicitati jussisti, nec pariter flemmatis ornari, aut

R.

pannis stratis vestiri, nullumq: extrei paratum funebrem
sd exigisti Libellus ex ere venerande nat. conferri ju-
bsidium pauperum ex etrademia scolasticorum, q°. sportulam
decem assium erogari emnibus qui ad eruat venerande
nationis tribulus. postea cum negocijs de etate Domini Ludouici Delphini
venerande Normanne mille ere aliter libellorum diuit aliquis generum prodeundum deberi sibi honestissimum predecessorum
prodeundi, cum certum priuilegium per quartos reddi, sibi honestissimum predecessorum
Normanie, sortis principalis possit ut cum alij nobilissimum
Normanie, circumstantiam libellorum de quo relatione natis
ejus pro cum pauperibus
Ludouici

Dies 16 julij 1412 post quam pijs manibus Serenissimi
Die 18a Junii 1714. Initus est Locationis Contractus ad vitam nuntiatus utriusque urbis Augensis, ville et Conte d'eu) dioe Rothomagensis cum honesto viro petro de la Court regis pocillatore dno de horseaux et aliorum locorum pro suo filio mathao de La Court absente qui hac et illa superioris Conclusionis acta eiusdem filii absentis nomine approbavit et fideiussorem se dedit quique se et nomine serenissimi ducis Coenomanensis a provocatione ad supremam Curiam parisiensem Judicii in Castelleto inter Comitem augensem et ven. nationem lati abdicavit. praedictus petrus de La Court suum elegit domicilium apud Susannam de La Court suam filiam manentem parisiis in vico des petits Champs Juxta victoriarum aream parrochiae S.ti Eustachii, huius nuntiatus acta instrumenta Confecta fuerunt et die et anno praedictis Celebrata apud Notarium Regium vatry qui ea acta a nobis et ab altero notario regio manu et syngrapha munita servat

Die 19 Junii 1714 litterae provisionis pro utroque nuntiatu augensi dioe Rothomagensis supradicto petro de la Court uni e pocillatoribus regis expeditae fuerunt per me procuratorem et solemne Jusiurandum pro more praestitit

Die 20 Junii 1714. huius supradictae abnegationis instrumentum mihi denuntiatum reposui mag. des aulhieulx nuntiatuum v. nationis receptori

Extrait du desistement dappel fait au nom de monseigneur le Duc du maine dun Jugement rendu au Chatelet de paris au profit de La nation de normandie touchant les messageries de la ville d'eu

a la requeste de Louis auguste de bourbon prince souverain de Dombes, et d'aumal Conte d'eu demeurant a paris dans L'arsenat soit signifie et declaré aux sieurs principaux regents et suposts de La nation de Normandie au domicile de m.r Des fauvis procureur de La dite nation demeurant au College de Justice scis rüe de la harpe en parlant au portier qui n'a voulu dire son nom de ce interpellé suivant L'ordonnance que mon dit seigneur le Duc du maine c'est desisté et se desiste par les presentes de L'instance qu'il a contre les dits sieurs de la nation pour raison des deux messageries de la dite ville d'eu apartenant a la dite nation n'entend point la leur contester sauf au dit seigneur du maine a se pourvoir contre les heritiers gyrard ainsy qu'il avisera bon être contre lequel son altesse serenissime se reserve ses droits et actions dont acte signé gilloreau comme

pro

Comme ayant charge de son altesse monseigneur le Duc du maine.

Lan mil sept cent quatorze le dix neuf Jour de Juin la presente Coppie dacte cy dessus transcritte a été signifiee et dyelle donné Coppie a messieurs les principaux regents et suppots de la nation de normandie au domicille de mons.r Desfaueris au College de Justice scis rue de la harpe en parlant au portier qui na voulu dire son nom de ce interpellé suivant lordonnance a ceque du contenu ils ney ignorent par moy Jean le moine huissier a cheual au chatelet de paris y demeurant rue de la tisseranderie paroisse st Jean en greuve soubz signé le dit Jour et an que dessus et laissé la Coppie. Le moine

Die 20.a Junij Deo optimo maximo pie supplicaturi proessimus ad aedem Deo sacram sub Invocatione sancti stepani de Egressu ubi Dnus navarre doctor orationem habuit omnibus numeris absolutam.

Juxta conclusionem a ven. normanorum natione de utroque augensi nuntiatu in comitijs ordinarijs in harcurio die Junij 13.a latam, initus est contractus die 15.a eiusdem mensis apud notarium Regium vatry inter magistros v. n. ad hoc deputatos et petum de la Court de praedicto nuntiatu augensi qui pro praesenti mille librarum summa quam promiserat, mihi praesentibus et mag. ~~ma~~ deputatis procuratori dedit schedulam mille librarum latori solvendam die 30.a Julij sequentis, quam summam mille librarum mag.r Joan. Des authieux ven. nationis nuntiatuum receptor die augusti sequentis 9.a a petro de la Court actu et de facto recepit, quare ego ven. nationis procurator qui hac schedula mille librarum cum omnibus eiusdem rei instrumentis in praedicto contractu procuratorio nomine oneratus eram, nunc ab illo schedulae mille librarum onere alijsque eius rei instrumentis omnino ~~lib~~ immunis, liberatus declaratus sum uti apertum est apud notarium regium vatry et in primario eiusdem contractus exemplari patet.

Die 23.a Junij hora sexta matutina post sacrum in Collegio Justitiano ut moris comitia ven. nationis habita fuerunt in quibus mag.r franciscus Roussel philosophiae professor in harcurio, communi omnium suffragio quadrumuir electus est ad propagandos fasces rectorios aut novos creandos uti assolet ita ut litterae regis christianissimi ad universitatem missae de quibus infra nec litterae illustrissimi comitis de pontchartrain regi a secretioribus consilijs ~~missae~~ eo nomine missae hucusque vener. nationi ignotae fuerint

Eodem die 23.a Junij 1714 hora x.a habita sunt apud maturicenses ordinaria totius universitatis comitia in quibus mag.r franciscus Roussel philosophiae in harcurio professor confirmatus fuit quadrumuir a ven. natione in Collegio Justitiano mane electus candidati omnes admissi sunt

&c

1714

Subito dimissis atque é loco Comitiorum pulsis
quicumque non erant academici, Magister Edmundus
Pourchot dixit antepridie se hoc ipso mense Junio
Epistolas, unam a Christianissimo Rege ad Universitatem
alias duas ab Illustrissimo Comite de Pontchartrain
Regi a Secretioribus Consiliis, alias autem Epistolas
ut Ipse praesentia legat Juin ædes Sorbonicanenses
quando quidem Rector amp. Ipse pro urando praetur-
am Facultatem deprecatus est ne sibi nolenti et
non aequo Fasces amplius Rectorii prorogentur.
Declaratum est undique, quidquid a Rege venit
Rem utique Sacram Universitati non debere
occultari aut ignorari; Epistolas igitur Syndicus
prolegeret. Ille se nihil unquam dissimulatum
Fabricæ contestatus legit primo Regis Epistolam

A nos Tres Chers et bien amés les Recteur
docteurs, Regents et Suppots de notre fille
aineé L'Université de Paris de par le Roy
Tres Chers et bien amés estant Informés que
vous deués proceder le 27. de ce mois a l'Election
du ~~Recteur~~ Recteur de L'Université Comme
vous pouriés suivant votre Usage ordinaire
et cy Conseqüeme De l'arrest du parlement
du 14 mars dernier Continüe une seconde fois
dans ce poste le Sr godeau qui en est actuellement
pourveu Nous vous Escrivons Cette lettre pour
vous dire qu'ayants de Justes Sujets d'être
mecontents dudit Sieur godeau nous ne voulons
point qu'il soit continué et qu'ainsi notre Intention
est que dans votre prochaine election vous
faciés Choix d'un autre Sujet pour remplir
la Place de Recteur, Si ny faites faute Car
tel est notre plaisir donné a Rambouillet
ij Juin 1714. Signé Louis et plus bas Phlippeaux

Regia Exclusio M.r Godeau.

qua pretimui Sedia godeau dixit manifestiorem
sibi nunc esse voluntatem Regis quam ut vel
uno puncto temporis Ingratus principi se
Rectoreu gereret. Extemplo purpuram atque
alia Rectoris Insignia deposuit ac privatus
exiit é Comitijs. Stabat ad eius dextrum
latus ex nostra Consuetudine magister Jagomet
praesor Sorbonicanus proximus Rector ne
academia sine Capite destituerentur ubi necesse est
apud nos purpuram Induit ac Rectorem Egit.
Tum perrexit Syndicus legere Epistolas Illus-
trissimi Comitis de Pontchartrain In quarum
ultima non tantum de magistro godeau Rectore
dimouendo sed etiam de Substituendo ejus nomi-
natim In Locum eius Rectore nouo praecipiebatur
qua de re nobis Eminentissimus princeps et
Sr Cardinalis Rohannius Voluntatem Regis ut
aperiret. addidit Syndicus se pridie Sere-
nissimo ab eodem Serenissimo principe et Cardi-
nali de Rohan aeresitum Ubique designatum
magistrum proprie, quem Rex vellet esse Rectorem

Poyrier aus.e regia
Dictus Rector.

pro

Cum vero dominus Rector dixit ex relatione Syndici lectisque
litteris praelatae Facultati Constare de vera voluntate Itaque
non esse Electioni locum Sed obedientiae qua quo fuerit alacrior
hoc ei futura sit honorabiliar Universitati vigere usque In
Academia Spiritum illum quem hausit illo tempore Cum ante
tot Secula ex Regibus nascerentur, ut Singuli atque Universi
Doctores ei magistri Commodae sibi ad Instituendum Juventes
non minus exemplo quam praeceptis edocerent Regi post Deum
parere ac subesse ex animo; Cum igitur amantissimus
noster Rex Ita velit Insignia Victoris ad magistrum
posset esse deferenda Continuo Simulatum ab omnibus,
obsequimur Regi, paremus Regi: Cumque e quatuorviris
unus gallicanae nimirum nationis ad Clarissimum Rectorem
accedens dixisset habere se edocti ab eodem Eminentissimo
Cardinali de magistro posset mandata Scripta qua sibi non
liceret nisi In Ipso electionis loco declarare, Ingrediendum
Igitur quatuorviris In Conclave quo mox fiunt Electiones:
Clarissimus Rector Respondit nunquam se Rei tantae
In qua nota sit Voluntas Regis Electionis alex am Solvi
permittendum quatuorviros Deputatos nationum non plus
ad Eligendum Rectorem habere Juris et Suffragii quam
quantum ipsis Suae rationes Crediderint, adesse autem
Collegae In Unum quatuor nationes quae Unanimi Voce
Clamitent obediendum Regi: Deinde Interrogant num
quis quid Contra haberet dicere, ne dum autem quisquam
Unus Contra assurgeret, Vedintegrata ab omnibus
quatuorviris et Procuratoribus et Procuratoribus aliis prima
Suffragatio est, obtemperandum Regi: quamobrem magister
Posset praesens Jussus est accedere ad Solemne
Sacramentum quod Ubi praestitit In manibus Clarissimi
Rectoris Indutus Rubra Ut mos est, Veste Habuit ex
Suggesto politam ac bene Compositam orationem ac deinde
In Marchianum deductus est.

Die 24ta Junij apud nationes ab Rectore Facultatum
decanis et nationum procuratoribus Institutus et Confirmatus
fuit Rector amp. D. Professor philosophiae In marchiano
professor

Die Junij 28. matutina post Sacrum In Gazario habita sunt
Comitia In quibus a me procuratore Expunctores designati
Sunt Nationum Hujus anni Venerandae nationis Scilicet mag.r
Quenoy Licentiatus Theologus et philosophiae professor In Lexovio
Emeritus et prodecanus. guill. Laisne Vir procuratorius, quaestorius
et Sti Stephani de Egresse Canonicus Ambrosius Pleyne Deprocu-
rator et Rhetoricae In Lexovio professor. Joannes de Saulchieux
Vir procuratorius et Grammaticae In Gazario professor et
Andreas Du pont de Coltis Vir quaestorius et In Cardinalitio
professor. deinde quatuor a me nominati sunt Examinatores qui
Candidatos In artibus tentent: nempe mag. Thibaege In Sorbona-
plesseo professor Rothomagensis, D. Bonneville philosophiae professor
In Lexovio Rothomagensis, D. Simon baccalaureus theologus Lexoviensis
Sagiensis et D. bellanger baccalaureus theologus Lexoviensis.
In ijsdem Comitijs proponenda fuit, ut mos est, Electio
quaestoris, duo advenerunt huius muneris quaestorii Supplices
D. Joannes de Spreches Gaber Rothomagensis et baccalaureus

Ego

pro

Theologus et mag. n. Darencey humaniorum litterarum professor Ty Lexoues qui maioris tribunuy partis suffragio nominatus et electus fuit. Cuius electioni Intercessit mag. Dussanus des Friches tam suo quam aliorum baccalaureorum noy regentium nomine, Cuius Intercessionis actum Extat presentibus omnibus tribulibus et ex templo petijt quod Ipsi a me procuratore postulanti ex officio fieret.

Die 29 Junij 1714. audita sunt Vationes ven. nationis et probata Ty Collegio Lexoueo pro anno Integro et Completo a die 29 Junij 1713. ad Lundeum usque diem 1714. quas exhibuit accurate mag. Cornesseur baccalaureus Theologus et philosophiæ Ty lexoueo professor et quæstor fidelissimus In quibus adfuerunt mag. procurator, prodecanus, Censor quæstor Ty artis et quatuor mag. Ty Conclusione Superiori a me procuratore nominati et ad id deputati

Die Sabbati Julij 7ª matutinis horis post sacrum Ty Iarerio habita sunt Comitia ordinaria In quibus n. Ronelle uber Rothomagensis baccalaureus Theologus supplex pro regentia et scholis Communi omnium suffragio admissus fuit, quia fidelissimo quæstori Congrerenti quindecim tantum libellas Soluerat Cum debeat triginta Soluere vti a ven. natione Supra statutum fuit. huic supplicis repulsa Intercessit mag. Dussanus Des Friches tribulis et baccalaureus tam suo q. et certum Jus Intercessionis petijt.
Eodem die Ty ijsdem Comitijs lectus fuit alta voce presentatus tribulibus libellus supplex mihi procuratori hesternis serotinis horis vbi accensum Forensem denuntiatus quo mag. Dussanus Des Friches suo et baccalaureorum ven. nationis nomine non regentium Ty Judicium vocat ad Superiores Judices apud Supremam Curiam omnes tribules professores et ven. nationis Emeritos ut decretum feratur quo mag. tribules professores et ven. nationis Emeriti ex una parte et Certos baccalaureos noy regentes omnibus officijs prærogatijs ac dignitatibus ven. nationis altioris vicibus ut moris est bona fide pro tempore solitam ex ven. nat designatum fruantur, ita ut Inter tribules professores et Emeritos et baccalaureos noy regentes antiquior absque vlla ambitione et plene Jure electus et nominatus et a ven. natione designatus fuerit Juxta Conclusionem vltimam a ven. natione die 28 Junij 1713. latam et alias supra prædictus libellus supplex post lectionem tantam ex eodem tribulium Consensu fidei mag. n. Durand ven. nationis Censoris et philosophiæ Ty Cardinalitio professoris Communis fuit.
Eodem die Sabbati 7ª Julij gratum et acceptum habuit veneranda natio Sanctonensis honestum Virum Vincentium de Cogne Commutonum magistrum qui habitat Ty vico Septem viarum parrochiæ Ste Stephani de monte pro mag. n. Bataillon humaniorum litterarum Ty Lexoueo professore et quæstore ven. hat. nunc designato.

pro

Die Sabbati Julij 7.a hora j.a post meridiem habita sunt In marchiano Comitia vniuersitatis ordinaria apud amp. Rectorem proxime progrediendo In quibus Comitijs omnes supplices ad preces litteris nominationum admissi sunt preter unum N. Boursaium collegij Cardinalitij qui cum suis Condiscipulis Ludovici Collegij burtavijs ex animo abfuit nec Comparuit cum amp. Rector godeau cum omnibus deputatis vniuersitatis idem Collegium de professo Lustrauit die maij 28. 1714. quod In Contemptum amp. Rectoris venire et certo certius Conijcitur. quare Eiusdem burtarij Supplicatio pro litteris nominationum In aliud tempus remissa fuit

Die Sabbati 14. Julij hora ij.a matutina 1714. In Collegio marchiano apud amp. Rectorem Excepius est D. Dreux magnus Ceremoniarum magister Solemnij Comitatus stipatus a mag.r ex academico tribunali deputatis Theologa Syndico et vniuersitatis Procuratore Syndico qui cum exeundum Ad Locum Comitiorum In quibus omnes Quatuor facultatum deputati Cum amp. Rectore aderant, addiderunt. precedebant Regij Curiales quatuor Indutj atris pro more Vestibus, tres alij Bacculo Crispato Serico obtecto precedebant. Deinde cum duobus Superadditis deputatis Incedebat D. Dreux amictus Lugubri palio ad terram aliquot Ulnis defluente, manu locum pileum quadratum, dextera Basilium nigri Coloris extrema utraque parte ebore albo Instructum tenebat: prope Intequebantur Juratj precones Regis ad hoc Indutj argentea tintinabula gestantes: Illi omnes In Ipso Comitiorum Ingressu amp. Rectorem Cum deputatis Salutauerunt, magnus vtrum magister Cum propius accessit ad Tribunal, cumdem accedentem amp. Rector Sedens Salutauit: tum ei bracchata Sedes parata Est, duo autem Superadditi deputati ad suas Cathedras redierunt, Curiales Regij ab eius tergo stabant stabant Verij, Juratj precones Verij quoque Sed alio ex parte, postea Sedens Ille et aperto habens pileo Caput aliquot Libros praefatus, Regia ab illis deprompsit obtulitque vniuersitatis Syndico quod ab eius manu Excepit et amp. Rectori tradidit qui legit Ipse Inscriptionem hanc

a nos tres hers et bien amez les Recteur, docteurs et Supposts de notre fille aimée L'vniuersité de paris.

has litteras vniuersitatis scriba alta voce recitandas tradidit; Illarum autem tenor In vniuersitatis Commentarijs reperietur. vbi scriba finem legendi dedit enterrupto magnus Ceremoniarum magister bacillo suo praecombus Innuit, et Impetrata Salutatione, et statim Inde eos qui primum occupabat alta voce edixit, Sortes voix Cl'arges, Illi vero omnes Coepernt salus diu Sulcare sicut Campanellas, vix bene recesserant Cum Denuo Ituerunt, Statim primus Ille praeco alta voce dixit messieurs priez Dieu pour l'ame de tres haut tres puissant et tres magnanime prince mon seigneur r. Le Duc de berry. precones omnes Cumulatim et antea pulsarunt, Deum praeco addixit, et dum L'ame Duquel by Leva les mains et preces dant L'egerie delet Plures Cundi praecauj vbi Pulsu, his precatis amp Rector magno Virtutum magistro Respondet vniuersitatem Regis mandato ut assolet absolvam. Postea praedictus mag.r D. Dreux Surrexit et academiam Sensim Salutauit Illum abeuntem duo Supradicti deputati honoris Causa ad Currum deduxerunt, amp. Rectore et Reliqui deputati In suis Aedibus Remansuerunt.

V. ff

pro

Die 16 Julij 1714. amp. Rector trium facultatum decanj
et quatuor artium facultatis procuratores cum suo quinquedecimo
Syndicus, Scriba et trium Status quastor suis Insignibus
ornati stipantibus asparitoribus adem abbatiæ Regiæ
sti Dionisij petierunt et Serenissimi ducis Biturensis
parentalibus adfuerunt suasque sedes pro more ho
habuerunt In subsellijs superioribus proximè
Jommodate et Junta Senatuum parisiensem Hart
amp. Rector sederet In sede abbatis. hijs actis
prædictis academia è Choro Egressa post curiam
subsidiorum et promiscuè cum curia monetalj.

Die 20a Julij 1714 In Harcurio habita sunt Comitia
extraordinaria professorum et Emeritorum In quibus
Census nuntiatum fuit nunc novo solito distributj
et mag. Couture professor Regius et Emeritus
ad mortem fuit per sententiam contra Regentes et
Emeritos a Prætore urbano In Castelleto latam
ut suam annuæ portionis portionem Recipiat
quibusdam Conditionibus quæ In gemellibus
huntiatum Commentarijs mag. Receptoris Des
cathieux fusius Enuntiantur.
In Isdem Comitijs post lectionem publicè et
alta voce tabulæ Instrumenti mihi procuratovi
pro alienum forensem a mag. Toussano Des
friches Baccalaureo Theologo nomine ven. nat.
Baccalaureorum prædicti Signeti quo Enuntiatur
venerent les parties par devant nos Seigneurs de
parlement Illud Instrumentum Communj omnium
Consensu traditum fuit mag. N. Durant philo-
sophiæ In Cardinalitio professorj et ven. nationis
Syndico

Die 23 Julij 1714 hora post meridiem 1a
extraordinaria In Harcurio habita sunt Comitia
professorum et Emeritorum In quibus actum
fuit de lite Inter professores ven. nat.
et Emeritos exorta pace et baccalaureos
noy Regentes eiusdem ven. nationis notâ Junta
Libellum supplicem ad Superiores Supremæ Cu-
Judices mihi pro alienum forensem die 19 Julij
huius mensis a mag. Desfriches Ur nat. Baccalaureo
Significatum, Communj omnium suffragio nominati
sunt et ad hoc deputati mag. Guill. Dagomer Rector
Collegij Harcuriani provisor et Gymnasiarcha et
mag. N. Poidevin philosophiæ In Dormano-Bellovaco
professor. quod hâc Conclusum est

Die 24 Julij amp. Rector post horam 10am matuti-
nam cum Sapientissimis facultatum decanis, ornat
quator nationum procuratoribus, meritissimis et
fidelissimis Syndico, Scriba et trium status quastore
ad hoc Convocatis è Collegio marchianano simul
In tribus Rhedis processit est. Illustrissimo
Domino Voisin de Dignitate Franciæ Cancellarij
Decens ornato Congratulatum. Cum Illustrissimus
Dnus Dargenson Comes Consistorianus Ner noy,
urbana Policia præpositus Vigilantissimus et
Cubiculo Illustrissimi Cancellarij Egrederetur,

pro

amplissimum Rectorem fortuito vidit prae nimia omnium ordinum multitudine accedere vix posse, tunc turbam quam primum perrupit Eumque urbane Exepit et rursus Cum eo Ingressus perfacilemque praebuit Locum amp. Rectori salutandi Illustrissimum Cancellarium qui amp. Rectorem Cum suo Comitatu non tantum verbis sed omnibus honoris et Summae In academiam ~~par~~ Studiorum parisiensem humanitatis Insignibus honorifice Exepit.

Die Sabbati 9a Augusti 1714 In Comitijs ordinarijs ven. nationis pro more habitis In Sacello harcuriano hora sexquisexta matutina post missam audito Latum fuisse decretum a deputatis universitatis mense novembri anni millesimi septingentesimi decimi tertij, quo statutum fuit, ne deinceps ullus professor academicus mittat, quos alit, scholasticos ad alia Collegia quam ad ea, In quibus artem suam profitetur. quaesitum est, num deputati universitatis possint novas leges Condere quae spectant disciplinam facultatum, ijs praesertim Inconsultis facultatibus. num possint disciplinam stabilire quam sequi facultates teneantur. Unanimis Tribulium sententia fuit, deputatos quidem universitatis habere Jus In Cuiuscunque facultatis supposita et Erectum fuisse Tribunal deputatorum ut Judicant auditis partibus de Controversijs, quae de re scholastica oriuntur Inter gymnasiarchas, poedagogos et scholasticos, sed eosdem nullum habere Jus In Ipsas facultates; unaniquamque nymirum facultatem esse magistram suae disciplinae suorumque morum et ab Incunabulis Ipsius facultatis praeclaram artium facultatem, quae non habet aliud Caput, non alium syndicum, non alium scribam non alios Commentarios quam Rectorem, quam et q. syndicum, scribam et Commentarios universitatis hoc Jure gaudere nihil proinde statui potuisse Ipsa Inconsulta Circa suam disciplinam et suos mores adeoque placere ut venerandae natio postulet libello supplice a supremo parisiensi senatu Rescissionem non quidem eius quod decretum est (nec enim quaerit num quod aequum est per istud decretum, sancitum fiat) sed Ipsius decreti quatenus latum est ab ijs quorum non est nec fuit leges ferre de disciplina facultatum sub hac Clausula ne Imposterum syndicus universitatis Coram deputatis ab universitate de rebus agat ad facultates pertinentibus sed de Controversijs duntaxat quae oriuntur Inter gymnasiarchas, poedagogos et scholasticos de re scholastica. quamobrem unanimi omnium tribulium Conscientia nominati sunt mag. Joannes vadelorge humanitatis professor Emeritus et antiquus procurator, Philippus Boisney humaniorum litterarum professor In marchiano qui nomine et Impensis ven. nationis Istud negotium Curent et qualibet ratione agant Coram supremo senatu ut Illud decretum rescindatur et res Ipsa Integra referatur ad praeclaram artium facultatem ut moris est, nisi ~~vel~~ velit Ipse senatus Informato decreto supradicto legem statuere et dicere hac In parte quod aequum ~~est~~ sibi videtur.

pro

Die 4.a augusti 1714 hora post meridiem 1.a
habita sunt In marchiano amp. Victoris Cum
Vniuersitatis deputatis more solito Comitia In
quibus omnes Supplices fuerunt admissi ad
Litteras nominatibus Jure studij academici
obtinendas Exceptis duobus Collegij Cardinalitij —
alumnis qui de animo abstulerunt Cum Sijs
Sodalitijs Cum amp. Rectore Cum suo tribunali
Covum Collegium Lustrauerit; quare Sapientiss. decanus
facultatis Saluberrimae Doctor et ornatissimus
picardorum nationis procurator n. le Bauge
Physicae professor In massarinco fuerunt deputati
ad reuocandas Covum absentiae Rationes.
In iisdem Comitijs ornatissimus gallicanae
nationis procurator mag.r artus pro sua natione
postulauit pensionem mille librarum In stipendijs
gradij Clericalis Sienij Conuictum fuit aliis
facultatibus et nationibus. Ego ven. nationis
procurator Statui eo nomine postulari parem
mille librarum pensionem pro ven. natione
eodem Jure, isdem privilegijs isdem denique
Conditionibus quibus ornatissimus gallicanae
nationis procurator munitus est quibus
auditis amp. Rector. Sap. decani, ornatissimi
procuratores Statuerunt dari esse demittendam
ad proximum et ordinarium tribunal
Die augusti ij.a habita sunt In marchiano apud
amp. Rectorem hora post meridiem j.a Comitia
Sap. decanorum facultatum, ornatissimorum
quatuor nationum procuratorum Extraordinaria
In quibus post duos Supplices pro litteris nom-
inationis admissos Sapientissimus mag.r le Bouge
Theologiae professor et ornat. picardorum
procurator Inconsultis aliis deputatis aliarum
facultatum ~~deputati~~ deputati ad Consulendos
Juris peritos seu Cognitores praestitum D. du
Cornet de potes potestate amp. Rectoris
utrum posset In suo tribunali leges Condere ad
facultates seu academiam Vniuersitatis pertinentes.
pertinentes Inconsultis facultatibus
praedicti deputati suffragio Juris peritorum ~~Inuicti~~
Vetuerunt Inaudituum esse velle amp. Rectoris
Vniuersitatis Jurisdictionem, qua tot privilegijs
tot decretis munita est, Infirmare aut aliquam
legitimae potestatis Jacturam Inferre; quibus
auditis omnes vnanimi Consensu et brevi
deliberatione totam Jurisdictionis amp. Rectoris
autoritatem In Integrum restituendam et Con-
mandam decreuerunt. Ego Solus ven. nationis
procurator meam Sententiam Juri Conformem aliquo
modo apellij munitus Conclusione aven. nationis
die ~~eius~~ augusti 2.a In Comitijs ordinarijs
In Sorbonico Facta quare Intellecti et meae
Intercessionis abeundo postulari actum, quem
post deliberationem omnes denegarunt.

Die 15.a augusti 1714 hora 7.a matutina habita
sunt facultatis artium apud maturinenses Comitia
In quibus meritissimi Beatae mariae et S.tae genouefae
procancellarij nominarunt mag. n. Duhamel In
Eruditos Rhetorices professorem pro Beatae mariae
examine et mag. n. de Chantelou Secundi Collegij
In Regia nauarra professorem pro S.tae genouefae
examine ut tentent Candidatos pro licentia In artibus
quos ven. natio gratos habuit et admisit.

SS
pro

Deinde decretum fuit vt gymnasiarcha Collegiorum pleni Exercitij
assiuant vt professores eorum qua a vet. vbemigralebus Cunsetudinque
anni ad pascha Docturi sunt, In Collegiorum aditu et in vniuersitatis
Compita exponant. Sed quia vniuersitatis statuta quibus quantum In
nobis est, fauemus, In deseruiendum quotidie Experimur deuenire;
mag. Guillelmus Dagomer Collegij Harcuriani prouisor libello supplici
postulauit a Suprema Senatus parisiensis Curia vt In antiquum
splendorem restituantur, Explicentur et strictè obseruentur praesertim
quia spectant actualos vbi agitur de Licentiatis Candidatorum In artibus
quare ven. natio ad hos mag. n. viel Rhetorices In Sorbonaplateo
professorem et vniuersitatis Scribam mag. n. Bonnecueil philosophiae
In Lexouio professorem et n. Vadelorge professorem Eorumdem
deputatos designauit quod Ita Conclusum

Die 17. augusti hora post meridiem 1.a In Harcurio extraordinaria
habita sunt venerandae nationis Comitia ad a me Conuocata
In quibus actum fuit de summa mille librarum ven. nationi
a petro de La Court numerata pro vtroque nuntiatu Augensi
dispensatione vt In deliberationem missa vtraque ex parte
grauiter agitata. plures ad id Contendebant Illam summam
mille Librarum primarijs et professoribus et Emeritis fore et
num Capitatim distribuendam esse; alij Complures melius
Consulti pro honore et bona ven. nationis (fuit enim maior et
sanior pars tribuentium) Iudicarunt Illam mille librarum summam
ven. nationi datam a Domino petro de la Court pro vtroq nuntiatu
augensi Cum honore Collocandam esse Ita vt reditus qui ex
Hac dispensatione prouenient annualim percipiantur a ven
nationis nuntiatibus receptore et Cum aliis fructibus et
Emolumentis ex nuntiatibus prouenientibus more solito
distribuantur primarijs et ben ntibus tam Emeritis quam
actu profitentibus In Collegijs pleni exercitij quod
Ita a me procuratore Conclusum est.

Die 20.a augusti 1714 hora post meridiem 1.a extraordinaria
In Harcurio habita sunt Comitia In quibus tota veneranda
natio statuit Illam summam mille librarum numeratam a
petro de la Court pro vtroque nuntiatu augensi dandam esse
Senonj ad aedes ven. nationis In vico gallonde sitas vt reuiendas
et proficiendas quod Conclusum fuit.

21 Die 23.a Eiusdem mensis augusti Scripturae Conclusionis Contractus
Contractus Cum ven. nationis deputatis ad hae aedes Conficiendas
Initus est apud notarium regium Vatry Eodem Conditionibus
munitus quibus alij Contractus Cum aliis Creditoribus ad hoc
Initi fuerunt.

Die 22.a augusti hora decima matutina Cum media habitis
In Harcurio ad me procuratore Conuocatis Comitijs extraordinarijs
ven. natio Communi omnium tribuentium suffragio statuit Contractum
Locationis aduum suarum In vico gallande sitarum Incundum
esse Cum Francisco Fougeu Sartore et Inquilino Easdem aedes
petenti a ven. natione pro nouem annis Continuis Eaque
et quotannis numeratus sit Sexcenta libellae pro annua
pensione et aliis Conditionibus quae fusè explicantur In
Contractu Inito apud notarium regium Vatry, ad quem
Conficiendum ven. nobis mag. n. Courteille professorem et
Emeritum, et Dupont des Cottis In Cardinalitio professorem
Emeritum, et R. Lavoise professorem et Emeritum Constituit deputatos
et Ita Conclusum fuit

pro

Die Sabbati 1a Septembris hora Sexquiserta matutina
In Parcurio post missam habita sunt ven. nationis
Comitia In quibus N. Roland Suppler
admissus fuit pro Regente ex Scholis, plura
alia fuerunt proposita quæ ven. nat. post
Indultas Vemittenda esse Censuit

Die Sabbati 1a Septbris 1714 hora post meridiem
proxima In marchiano apud dnum Rectorem
poyer habita sunt Comitia In quibus quinque
admissi sunt Supplices pro litteris nominationis
deinde Sap. Theologiæ Prodecanus retulit Cuidd
facultatis deputatos dixisse postulationem ab
ornatissimis honorandis & Venerandis nationis
procuratoribus pro pensione mille librarum
In Clericali prati Vicinibus nuper factam
Vemittendam esse donec debiti academici rationes
ex professo fuerint propensa quod futurum est
mense Februario proximo, quo Fidelissimus
Universitatis quæstor Augr. Billet eas reddere
assolet

Die mercurii 3a octobris 1714 amplissimus Rector
Philippus Joseph de Broeze Celeberrimus In marchiano
Philosophiæ professor omnibus Universitatis ordinibus
stipatus Solemni pompa processit ad ædem Sanctæ
Sanctæ In gravia directam ibique Deo vota quæ
singulis trimestribus absolet, academia redivit

Die octobris Sabbati 6a matutina post sacrum
In Parcurio habita sunt Venerandæ nationis Comitia
ordinaria In quibus nihil de novo actum fuit

Die octobris Sabbati 6a hora post meridiem 1a apud
amplissimum Rectorem habita sunt In marchiano Comitia
In quibus admissi fuerunt supplices pro litteris
nominationis nec aliquid grave aut Cuiusquam
momenti In medium additum fuit

Die mercurii 10a octobris 1714 habita fuerunt post
missam In Parcurio Comitia ven. nat. Extraordinaria
In quibus 10 designati, quod Electi, mag. N. Tibiges
Celeberrimus In humaniorubus In placetus professor
pro pontificie Sti Romani ven. nationis patroni
Hi Alexandri Du buisson professor In Collegio pro
oratore qui Immaculatæ Conceptionis pontificem
Sap. virum Petrum De Chaument In Sacra Theologia
Doctorem nec non Collegii Illustrissimi Gymnasiarchum
vigilantissimum ad Sacrum eo die faciendum et ad
Immaculatæ Conceptionis panegyricam dicendam
oratorem qui Inviterei. deinde Electus fuit In
mag. Comitiorum Celeberrimus In Lexones professor
qui adierunt ad novos Creandos aut propagandos
fasces Vectorios quadrumuir.

Eodem Die 10 octobris matutinis horis apud mate
rientes In Comitiis generalibus prælaudatum
facultatis venerandæ Cuidd quadrumuirum suum
Unanimi electum Confirmavit et fasces Vectorios
quadrumuiri propagarunt

fol.

pro

Die 27. octobris hora Serotina quinta Cuy media habita
Sunt Extraordinarii In hac curia Comitia a me Convocata In
quibus detuli hodie mane, ad Componendas quasdam Controversias
Inter Ven. nationem ex N. du pont antiquum adium In
vico galande Sistavum Inquilinum ortas occasione quarundam
particularum adjacentium In modum Instrorum Cubiculorum
antiquis aedibus annexorum ex decreto N. du pont In Conductionem
Concessorum a quo sunt ad Reficiendum nec essaria ex novae
domui Comungendae, Dnum Praevum Celeum Urbanum Cum
duobus architectis In arte peritissimis ex officio nominatis
totam dictam Domum tum novam tum veterem Assidue et
attente Circumstasse, Debita omnibus prospectis et examine
ponderatis praedictos architectos Inter se Convenisse et
existimasse Venerandam nationem praedicto N. du pont Inquilino
Sexaginta quinque Libellas per tempus Conductionis tres
annualim Versittendas esse propter damnum Infectum.
Ve In deliberationem missa Censuit Ven. natio Huy totam
Versittendam esse ad prudentiam et bonam fidem praedictorum
In aliis Comitiis Nombus 1713. et 1714. ad has domos Reficiendas
et Construendas Ipsique eandem potestatem Renovandam
transigendi et depactiendi Cum N. Du pont iisdem legibus
et Conditionibus quas praedicti Architecti determinarunt
quod Ita fuit a me fine Conclusum.
et statim post eadem Comitia Instrumentum Inter dictos
mag. ad hoc deputatos Et N. du pont Inquilinum Rector
Confectum fuisse apud notarium Patry Regium Ubi res
Judicue explicatur. / 4 deputatorum

Die 27. octobris hora Septima matutina 1714 apud
maturinenses fuerunt Comitia generalia praecipua autem
facultatis ad praecavendos novos Censores: In Ven. natione
aliqua fuit Inter mag. professores et bacalaureos In ea
re altercatio, tamen major Suffragiorum pluralitate
Electus fuit me N. Joannes Cardinal professor In
Crassineo, Cui electioni Institere bacalaurei affirmantes
Secundum Usum Ven. nationis et Consuetudinem hoc anno
Se hoc munere fungi debere, amplissimus Rector Rem
remisit ad decisionem Litis In Senatu parisiensi pendentis. /

Die Sabbati 2.a novembris 1714. hora post meridiem 1.a
habita Sunt Comitia amp. Rectoris ordinaria In Collegio
marchiano, In quibus andreas Du pont des Coffis Sexti
ordinis In Cardinalitio professor apud amp. Rectorem
Conquestus est In Tribunali Comparuit cum Libello supplici
propter Iniuriam a magno hujus Collegii magistro Lulier
a quatuor aut quinque diebus sibi Illatam Cujus primata
auctoritate et aditum hujusce Collegii praeludat Janitoris
ministerio et Scholae exercitium prohibuit: quare mag. Du
pont des Coffis per auctorem forensem gravatus praedictum
mag. Lulier, qui non Comparuit ad Tribunal amp. Rectoris
In quo solus Du pont Libellum Supplicem exposuit In quo
asserit hunc nullam hujus Iniuriae rationem sibi objici
posse nisi quatuor aut quinque dierum ex propria gravitudine
rationes absentiae ab exercitio Scholae Cui Ipse du pont
praeponebatur ex magistrum In aedibus Collegii
et alumnum. Et In deliberationem missa major autem
Suffragiorum pluralitate ad Exercitium Scholae mag. Du pont
ad Exercitium amp Rector remittendum esse Comitatus. Et Ita
In praesentia Ut supra Exercitium honorifice restitutus fuit

pro

Die martis 5.a decembris 1714. post sacrum In
Saiello Collegij Hazeuriani Comitia vere nationis habita
sunt ordinaria In quibus ad profitenda die Immaculata
virginis Conceptionj sacra Inuitatus fuit mag. n. gueney
hmanitus philosophiæ Jy Lenoueo professor et ven. nationis
procurator Quod sapientissimj mag. petri de Chaumont
doctoris et Collegij Iustitiani gymnasiarchæ ad hoc
designati sed morbo detenti, orator ad eum vsque diem
fuit Alexander du buisby baccalaureus Jy Lexoueo
professor.

Die veneris 6.a matutina decembris 1714. adstantibus
præclara artium facultas jn amp. Rectore et procuratore
suis Insignibus maioribus ornati sacra quod quotannis
celebrari solet apud Dominicanos die Jacobea hmanitatis
Collegij vivat feliciss.mo die immaculatæ virginis
conceptionis Jn Carolino celebratas, mag.
Jacobus Jy Carbona plessæo professor pontificem
celebret Jy Carbona plessæo professor pontificem
elegantes vegant et sequenti die sacra prosecutæ
Die Sabbati 8.a decembris 1714. hora x.a matutina
solemne Deo sacrum obtulit mag. n. gueney
professor hmanitus et ven. nationis procurator
et post sacrum amplissimam et doctissimam Jy
Jy honorem Immaculatæ virginis conceptionis
oratronem dixit

Die mercurij 12.a decembris 1714. amplissimus
rector n. poyer omnibus vniuersitatis ordinibus
stipatus ad ædem Dei sacram sub Innocentio
xij Nicolaj Cardonelj solemnj pompa processit
ibj solita habita sunt vniuersitatis supplicationes
et preces Jy quibus concio elegans non defuit

Die Lunæ 17.a decembris 1714. hora septima
matutina Jy Collegio Iustiniano celebrata sunt
Comitia Jn quibus mag. n. gayet Jy morte
acuto professor et Collegij sapientis Gymnasiarcha
vigilantissimus Comitium omnium Tribunitium fuit Continuo
quadruuiri Electus ad Iudices Victoriæ nouæ
procreandæ aut propagandæ aut nouæ procreandæ

Eodem die 17. decembris hora x.a matutina apud
Maturinenses habita sunt Comitia præclara autem
facultatis Jn quibus a ven. nationis mag. gayet
quadruuiri sine Confirmatus. deinde post Iuramentum
præstitum a quadruuiris an. n. poyerlet Jy marchiano
celeberrimus philosophiæ professor prorogatus fuit
amplissimus Rector et Confirmatus.

Jn Comitijs ordinarijs habitis Jy Collegio Hazeuriano
hora 7.a matutina post missam primæ Kalendas
Januarij 1715. actum est de lite mota Jnter mag.
Laisnel professorem Jy Castiano et aquisinum ven.
nationis Centorem et alios complures Tribulos, qui
Jntercessionj ab eodem Centore facta adhæserunt, ex
vna parte et n. Fugeu qui ædes ven. nationis Jy
vico Gallandæ nondum Constructas et absolutas conduxerat
ea Conditione vt plane perfectas vteretur Area
natalitia Dnj nec non me procuratorem aliosque
Tribules et deputatos qui Contractum Initum Cum
prædicto Fougeu Syngrapha Confirmauimus apud
Instauium Regium Notarium ex altera parte. dixit mag.
Dagomer promotor et primarius Hazeuianus totam
hanc Controuersiam posse amice componi proposuitque
Conditiones pacis: p.ma. ædes illæ quæ nondum
perfectæ sunt, Colendæ esse pro Arimestri paschali
proxima quæ Nationi postulatio pro annuali forensium
significato nomine Fougeu diuersitur Jnita. Jam
Reditum ex illis aedibus quolibet anno percipiendum,
quj Jy prorsa Contractu Sexcentarum Librarum
Turonensium jn ædibus sexcentas quinquaginta Ita tamen vt
dictus Fougeu, qui Centum de quinquaginta Librarum
numerabat ven. nationi quæ liberaretur a postu
latione facta a Dno Duplessis Conductore alias
adhuc Jnterueniens, non nisi vndecimum per tres
proximos annos mihi Sexcentas Libras, quinquaginta
Libras supra Sexcentas pro hoc sexto aliisque annis

addidit praditus mag. Dagomer Conditiones Jstas placere
dicto Longeu et quadiunt cum placerent omnibus Tribulibus
Re Jy deliberatoneu missa a me procuratore omnes unanimi
Contensu Respondeunt placere prudentes Conditiones et nomen
ambunt mag. Dagomer qui nomine ven nationis agat Cum
dicto Longeu Demque totaly Confreiat Juxta Conditiones
Laudatas et mehores si fieri posset, Voluerunt praterea et
ades praditas Custrarentur Jy Commoduy ven. nationis
quod Jta fuit a me Conclusum.

Die huius mensis Januarij 1715 Conuentio mag. Dagomer
et magr Baranoy v. nat. quastoris ad hor deputatoruy facta
fuit Cum Longeu apud notarium vaty Regium pro latione
Carumdem ordium ea lege ut omnis ad hor Controuersia
Jnter eos remaneret, dictus Longeu ijsdem ordibus Trimestij
paschalj vltj Incipere et ven. nationj quinquaginta supra
Jexcentas libras quotannis soluere teneretur.

Die Januarij 2da 1715. hora post meridiem 1ma fuerunt Comitia
amp. Vestoris Jy marchiano habita In quibus actum fuit
de Ceremonia assolenda Vniuersitas Cereos Jllustrissimo Dno
Francia Cancellario Supremisque magistratibus quotannis
offerre. amp. Rector Deposuit Honores, qui tribuuntur aljis
magistratibus, eosdem Jllustrissimo Dno. nicolaj Supremae
Curia Patronum principj esse deferendos, sed quia aliquid
Honoris, qui academiae Parisiensi dignitati debetur, ab Jllu
strissimo Domino nicolaj fuit omissum, Deo Vniuersitati
Parisiensis a quibusdam annis abstinuit tales Honores
tribuere tanto viro qui Gadre amp. Vestoris ministerio
pollicitus est ijs omnibus quae spectant splendorem
academiae, quam unice diligit, abunde satisfacturum.
Ves Jy deliberatoneu missa fuit ad decanj quatuor
nationum procuratores de re tanti momenti Jmprasentiaruy
Judicium suum ferre voluerunt dixeruntque Dno ore
tenus ad suas nationes proponendas esse quare
Die 1ma Januarij ven nationis Comitia extraordinaria Jn
hareticis hora 2da Cuius media post meridiem 2me procuratore
habita sunt, Jn quibus ven. Jlle spectat Illustrissimum
Dominum nicolaj, omnibus Tribulibus exposuj, qui una
voce statuunt eosdem Honores, qui aljs tribuuntur magist
atibus Ipsj esse tribuendos, ea lege ut duo viri academicj
ex amp. Vestoris tribunalj Eligantur et deputentur apud
Illustrissimum Dominum Nicolaj qui conueniant Jnibi se
de modo quo huius Ceremoniae splendor Celebrari debeat
Jta ut deinceps res ex utraque parte honorifice tractetur.
mag. N. De Val Celeberrimus Jy marchiano Rethoricae
professor. mecum fuit deputatus ad hanc Conclusionem
nomine ven. nationis Jy tribunalj amp. Vestoris prosequendam
quod Jta a me Conclusum est.

Die Luna 14a Januarij Comitia amp. Vestoris Jy marchiano
extraordinaria habita sunt hora pomeridiana 2da Jn quibus
mag. N. De Val Celeberrimus Rethoricae Jy marchiano
professor sua deputatione prudentis functus est ac supra
dictum ven. nationis Conclusionem diligenter disposuit, actum
petijt et a tribunalj Vestri. Ve Jy deliberatoneu missa,
nulla Vatrone habita deputationis mag. de Val
Communj omnium Consensu Cereos Illustrissimo Domino
nicolaj deferendos esse Conclusum est

Die Veneris 3a Februarij 1715. amp. Rector et deputatj Vniuersitatis
Cum suis adunctis Sumptuosis Insignibus ornatj Cereos detulerunt
Illustrissimo Senatus principi, Illustrissimo magni Consilij principi
deferrent, et Illustrissimo Dno nicolaj Supremae Patronum Curiae
principi qui academiam honorifice excepit. Inde amp. Vestoreu vsque
ad Aedes Comitatus fuit. Cathej magistratus quibus assolet academia
deferre, adhuc parisienj absunt.

Die Luna 4a Februarij 1715 hora septima matutina amp. Vestor
et procuratores praeclara actuum facultatis suis mandatis Insulis
ornatj ad fuerunt sacro assud Dominicanorum vna Juniato Deo, quod
Juxta domus Religiosissimj viri singulis annis pro academia defunctis
Celebrare solent tenentur.

pro

Die mercurij 13.a Februarij 1716. hora 1.a pomeridiana
apud amp. Rectorem Dn marchiano habita fuit Comitia
vniuersitatis deputatorum ad audiendas vniuersitatis
rationes, quas mag. Gillet antiquus Rector cuius que
quæstor illo discusso aut Contradictis reddidit.

Die veneris 15.a martij amp. Rector tota academia
stipatus ad ædem Sac.ram Sub Invocatione Sanct
ovini germani et protectj mauritanorum solemni pompa
processit, deo vti mos est singulis trimestribus
pré ac vitæ supplicaturus, Hoc autem Anno solemnia
de more solito eloquentissima et pietatissima Concio
habita fuit a Sap. mag. nostro. R. le page Sti
Stephani de egressu primicerio pronuntiata.

Die 16.a martij 1716. hora 7.a matutina Hareurio
post missam ver. nationis habita fuit Comitia Intr
ordinaria, In quibus plura fuerunt agitata, 1.o
oblatum fuit Sacrificium solemni pompa pro
anima Sap. mag. nostri R. Du moulin fato
functi. 2.o actum fuit de Impensis et operariorum
stationibus factis pro Constructione ædium ver.
nationis In vra galandes sitarum. Sed quia
summa pecunia qua Ven. natione In Conclusion
ibus 1715.a et 1716 determinata fuit ad Ytarum
ædium Impensas persolvendas non sufficit, 2.o
ij idem deputatis In Conclusionibus a me laudatis
data est a ven. natione potestas pecuniam mutuo
accipiendi, ij dem Conclusionibus quantum opus est
ad Satisfaciendum ijs omnibus qua ad hanc ædem
Confectas spectant, tandem ad Rationes ædium Impen
sas operariorumque stationes examinandas et Rectifi
andas, ven. natio nominauit et elegit mag
vinum probatis omnibus nota et In Hac parte
mum.

Deinde actum fuit de pensione mille librarum pratj
Clericalis qua Ven. nationi Sancti aliisq Facul
tatibus et nationibus debetur et quam Ven. natio eandem
qua gaudent Castra Facultates et nationes vniuersitatis
postulat. Vbi In deliberatione missa Communi tribunum
suffragio statutum fuit et ad hoc deputatus et vocatus
fuit Robertus Sabatier In Lexicosco professor et
Ven. nationis quæstor fidelissimus et pro libellum
supplicem apud amp. Rectorem eandem, qua fruuntur
Castra facultates et nationes, pensionem mille librarum
ex pratj Clericalis provenire postulat et pro eandem
actum ministerio Sacerdotis Sorbonici. Se ven. nationis
nomine Instaponat. Conclusionj diej 2.a martij 1716
apud amp. Rectorem tribunal lata quod hanc partem
In qua facultatum decani et nationum procuratores
postularunt ab academia suarum pensionum
mille librarum a decimo denario Immunitatem
eamque maiorj suffragiorum parte obtinuerunt
me solo non consentiente. procuratore ven. nationis
Cuius Interest eandem, qua potent facultates et
Castra nationes, pensionem mille librarum prius
percipere quam illas facultatum et nationum augere
Juxta Conclusiones omnium facultatum et nationum
latas et academiæ Tribunalis latas Sententijs et
Judicijs pronuntiatum 2.a diej maij 1715. et decimj Sextj
Junij Eundem anni mensis et Contradictorio, vt
eorum Summa Curia decreto 25. Julij. 1716.
Confirmatas In quibus apparet Tandem pratj Cler
icalis et omnes vniuersitatis reditus tanquam patri
monium vniuersitatis Communis nulla de causa Lues
pronatis pensionibus Seu gratificationibus aut alio
quocunque prætextu distrahi aut minui oportere Donec
alij duo ordines scilicet Honoranda gallorum et ven
normanorum nationes pareas mille librarum qua
potiuntur facultates et alia nationes pensionem eodem

quo Caeteras nationes et facultates fruuntur, Jure haereditario percipiant, quod fusius in Commentariis universitatis exponitur.

Die martij 19a. 1715. hora 7a. matutina apud maturinenses amp. rector Boyer cum sapientissimis facultatum decanis et quatuor nationum procuratoribus rotulum aperuit et omnes supplices admissi fuerunt.

20 Die sabbati martij hora septima matutina habita fuerunt post missam in harcurio Comitia ordinaria in quibus mag. Joannes Couvillard de la val Celeberrimus eloquentiae in marchiano professor vir doctrina, morum integritate, praestantia, suo in ven. nationem studio commendabilis, rerum usu, praesertim in rebus academicis et forensibus peritissimus pro munere procuratorio supplicavit, unanimi consensu omnium tribulium ad id munus obeundum electus est et sacramentum praestitit. Ego vero purpuram deposui et postea quadrumvir factus sum.

Eodem die 23. martij 1715 hora decima matutina habita fuerunt apud maturinenses Comitia totius praeclavae ~~artium~~ facultatis artium in quibus confirmatus fui quadrumvir tandem unanimi omnium nationum suffragio prorogati sunt ~~fasces~~ rectorii fasces amp. mag. petro ~~[illegible]~~ poyrier in Celeberrimo in marchiano philosophiae professori. vener. normanorum natio, grata rataque habuit quaecumque ab ab amp. rectore gesta fuerunt ~~[illegible]~~ in suo trimestri magistratu excepto eo quod spectat conclusionem ~~ab~~ ab ipso latam die 2a. martij 1715. et a me superius relatam ut huic exceptioni honoranda gallorum natio adhaerere ne momento quidem dubitavit.

Gilles Faveris
p. r. n.

Nihil Decest

J. Couvilliard Delava

Acta
Venerandæ Normanorum Nationis.

Procuratore Joanne Couvilliard-delaval.
Artium doctore,
Eloquentiæ professore
Emerito
In Collegio Marchiano,
et
antiquo Vener. Nationis
Censore

Die 23.a mensis Martii an 1715. habita sunt Comitia Venerandæ Nationis in Harcurio, in quibus uno ore procurator renunciatus sum, et Magister... Gille De Favris Baccalaureus Theologus ex munere procuratorio decedens in quadrumvirum electus est. præstiti ~~[illegible]~~ subinde sacramentum, et oratione brevissima egi purpuratus quas potui venerandæ nationi Gratias.

J. Couvilliard-delaval.

Eadem Die habita sunt Comitia praeclarae facultatis Artium apud Maturinenses, tres supplices postulaverunt Immunitatem ab onere scribendi ob oculorum et laterum Infirmitatem, et Ampl.ssus Rector Rogavit, ut sibi litterae commendatitiae decernerentur à praeclara facultate: vbi secessum est, annuerunt Nationes supplicibus; Quadrumviros manè electos Confirmarunt; sed Honoranda Gallorum Natio noluit grata et rata haberi ea, quae gesta essent per trimestrem magistratum ab amplissimo Rectore, nisi excepto eo, quod In Tribunali Academico statutum fuerat à deputatis Vniversitatis (nempe, ut ne substraheretur decima pars pensionum, quas superiores Facultates; Fideliss.a picardorum; et Const.ssa Germanorum Natio; et Magister pourchot Syndicus Vniversitatis, quotannis percipiunt ex Reditu Academico, et proventu Prati Clericorum) quia scilicet Jussum est per Edictum Regium decimam partem decurtari ex omnibus omnium privatorum et ~~ordinum~~ ordinum reditibus annuatim pensitandis; et Insuper id statutum et decretum fuit speciatim In Tribunali Academico, vno omnium ordinum (qui consulti fuerant) consensu, et Confirmatum In Comitiis maturinensibus Rectore D. Dagoumer; sic quoque Veneranda Natio non grata et rata habuit quae gessit ampl.ssus Rector, nisi exceptis iis quae gesta essent Inconsultis ordinibus, et sine consensu sui procuratoris; aliae duae Nationes decreverunt litteras Commendatitias dari oportere sine ulla exceptione: At cum procuratores Ornat.ssi retulissent sententiam suarum Nationum Ampl.ssus Rector (Instigante ad renuendum mag.ro pourchot, quem talis substractio pungebat, ob decurtandam pensionis suae partem decimam) pertinaciter Negavit se Recitaturum sententiam Honorandae Gallorum, et Venerandae Normanorum Nationis cum iis exceptionibus quibus munita fuerat; nec verbis expressit supradictas exceptiones

resumendo

repumendo Sententias Nationum, Licet, id ut fieret,
non In more solum, sed In lege positum esse Conclamarent
multi contribules Nationum. Appellavit Nos procuratores
pars maxima Contribulium, ut ne Sineremus Sententias
Nationum sic mutilas referri In Commentarios
Universitatis; Nos autem ut Contribulium votis
satisfaceremus (prout officii nostri ratio postulabat)
vicissim Appellavimus Mag.rum Viel scribam
Universitatis, ut ne quid Sententiarum omitteret;
dictus Mag.er Viel alta voce, ut audientibus omnibus,
qui aderant polliceitus est se Nationum Sententias
Descripturum iisdem verbis quibus retuleramus.
Tum quadrumviri abierunt In Conclave ubi fasces
rectorios prorogaverant Magistro philippo Poirier
philosophiæ professore In Collegio marchiano;
Deinde ad Confirmationem recessum est, et
Censuit Veneranda Natio Confirmandos esse
fasces rectorios Ampl.mo Rectori, sed postulandum,
ut Sententias nationum referat Rector iisdem
verbis quibus Delatæ fuerint ab Ornat.is procuratoribus;
quam sententiam, prout Concepta est, ego vobis expressi
Coram Ampl.mo Rectore, sed Rector nec sensum
hujus Sententiæ, nec verbum Reddidit. Hoc me
Impulit, ut adirem Consulturas Viros Illustrissimos,
rerum peritiâ, et Dignitate Clarissimos, patronos
meos Benignissimos, Illustriss.um D. R. primum
In Senatu parisiensi suæ Cameræ præsidem,
et nobiliss.um Senatorem ejusd. Cameræ D. C.,
qui ambo assirmarunt, Tum qui præsidet In
Tribunali, cujuscunque sit Ordinis, Debere recitare
singulas Sententias iisd. Verbis, quibus Conceptæ sunt,
antequam Judicium ferat ex Tribunali.

J. Ouvrillard Delaval.

Die 26.a Ejusdem mensis Martii 1715.
Deputati Vener. Nationis ex Conclusione lata die
nonâ hujus mensis, et aliis Superioribus Convenerant
apud procuratorem Ornatiss.um Cum Operariis,
qui et materiam et Operam, pro sua cujusque Arte,
contulerunt Reædificandis ædibus ad Venerand.
Nationem pertinentibus, et sitis In via Galande,

et Communi.

Et Communi voto Consensum est (ut Impensis parceretur, quæ faciendæ fuissent, si Res ex formulis Juris disceptatæ fuisset) Judicium permittendum esse peritissimo et Jurato Inter Cives hujuscemodi rerum Disceptatori N. Mezeretz, qui memoriales Catalogos Materiæ et operæ à dictis Operariis oblatos venerand. Nationi examinet, expendat, omnia pede aut sexpedâ metiatur, et Cuiq; rei pretium adjudicet, ut fert sequens Exemplar, quod à dictis Deputatis, et Operariis privatim consignatum fuit, et Datum dicto N. Mezeretz.

Tabulæ J.C.D.

Nous soubsignez procureur, Doyen, Censeur et deputez de la Nation de Normandie par Conclusion du 9.e du present mois, et autres precedentes à l'effet qui suit d'une part. Et Jacque Jolivet m.tre Maçon a paris; Claude mercier m.tre Charpentier; Guilleaume Barbier m.tre Couvreur; Nicolas desjardins m.tre serrurier; pierre Boirij m.tre menuisier; N. Nourissar m.tre paveur; N. Gabet le fils m.tre potier de terre et Carreleur et autres d'autre part sommes Convenus, et avons donné pouvoir a mons.r Mezeretz juré Expert bourgeois de verifier les memoires et estimer les ouvrages contenus en jceux Concernants la Reconstruction d'une maison sise Rue Galande appartenante a la ditte Nation de Normandie en fixer et arrêter les prix; promettant chacun, sçavoir nous susd. deputez de la ditte Nation au nom d'icelle, et en vertu desd. Conclusions en passer par l'arreté dudt s.r Mezeretz et payer a chacun desdits ouvriers cequi luy sera deub pour parfait payement; Et Nous ouvriers aussy susdits donnons pareillement pouvoir audit s.r Mezerets de verifier priser et estimer tous et chacun des ouvrages contenus en chacun de nos memoires Concernant la Reconstruction de la ditte Maison, et en passer aussy par cequi sera arrêté par ledit s.r Mezeretz, et en donner toutte quittance et decharge valable aux dits s.rs de la ditte Nation en nous payant cequi nous Restera deub par

les dits sieurs

les dits sieurs suivant ledit arreté dudit sieur Mezerets, quil est prié de donner le plutots que faire le poura, fait a paris ce 26.e de mars 1715, et ont signé

J. Couvilliard Delavalt.

Die 6.a aprilis 1715. post sacrum ordinarium in Harcurio, solemni ritu, et pro venerandæ nationis more parentatum est Mag.ro Reginaldo Le Coq marito, et dignissimo, dum viveret, humanitatis professore in Lexoviæo, quem è vivis peripneumonicus dolor, communis laborum nostrorum, ac penè meræs unica subduxit die 26.a Martii ejusdem anni; quem finxerat poetam Natura, Industria formârat sagacissimum latinitatis æstimatorem: inexhaustus labor Geographum: Modestia taciturnum: Religio veracem: quem sincera pietas semper, et ad extremum spiritum comitata est: quem nunquàm fortuna blandiens allexit: aspera nunquam retardavit, sed ubique, ut est in viros optimos, injuriosa destituit. Veræ quippe est virtutis ingenium, ut sine torpore pacis amans; actuosa sine fastu nec opes hominum, nec vitream famam aucupetur.

Deinde habita sunt comitia ordinaria et ex quinque supplicibus primus se stitit Mag.r Joannes Roüelle presbiter Rothomagensis Baccalaureus Theologus, nominatus humanitatis professor in locum dicti mag.ri Le Coq fato functi à Mag.ro Cassé lexoviæi Collegii Gymnasiarchâ, ut patuit ex schedulâ testimoniali datâ et subsignatâ à dicto mag.ro Cassé. Cum autem dictus mag.er Roüelle idem ille esset qui die 7.a Julii 1714 accesserat ad venerandam Nationem supplicaturus pro Regentiâ et scholis titulo Baccalaureatus, quique eò repulsam passus fuerat, quod fideliss. quæstori pertinaciter renuisset solvere triginta libellas, et solutis tantum quindecim contendisset se debere in album venerandæ Nat. Referri contra conclusionem latam à veneranda Nat. die quinta novembris

an. 1712

An. 1712. et In Commentariis positam fol. 237 Rect.
quidam viri Graves submurmurarunt; At dictus
mag.er Rouelle veritus ne In eâ altercatione,
quæ tunc facta est Inter professores et quosdam
Baccalaureos, sibi quid excidisset male Consonum
Reverentiæ quæ venerandæ Nationi debetur;
solutis priusquam accederet, fideliss.o quæstori
triginta libellis Turonensibus, supplicando sponte
ejuravit factum et dictum, si quid tum fuit, quod
venerandorum Contribulium aures animosque
male affecerit; atque ita cum quatuor aliis
supplicibus Baccalaureis Theologis Ludovico
de Limoge Rothomagensi; Joanne Baptista
Le Grand Ebroicensi: Thoma le Moine
Constantiensi; Petro Jourdan presbitero Constantiensi,
dictus mag.er Rouelle nemine contradicente In
Gremium venerandæ nationis admissus est et
sacramentum præstitit. J. C. D.

Iisdem Comitiis Æquissimus Censor Mag.er
Joan. Laisnel quarti ordinis professor In Grassinæo
Rogavit ut, quas deinceps veneranda Natio
Conclusiones ferret In Comitiis, eæ relegerentur
In Comitiis proxime sequentibus, et subsignarentur
In exemplari vel à Sap.sso decano, vel à Contribulibus
ad id deputatis, antequam Referrentur In Commentarios.
Re In Deliberationem missâ, censuit venerandæ
nationi nihil Imprudenter statuendum esse, sed
maturius præponderandum quid facto sit opus;
atque ita a me procuratore Conclusum est

J. Houvilliard de Laval.

Eadem die 6.a aprilis 1715 horâ post meridiem
primâ habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum
Universitatis In marchiano apud Ampliss.um
Rectorem In quibus Lecta est à Scriba Universitatis
Conclusio Lata die 2.a mensis martii proxime
elapsi, qua statutum fuerat, ut ne (sicuti ex
academicis conclusionibus fiebat antea) Decimus
Denarius detraheretur ex pensionibus quæ, tum
singulis facultatibus superioribus; tum fideliss.æ
et Constant.ssæ nationibus; tum etiam privatis
quibusdam

quibusdam penduntur quotannis ex Erario Academico.
Magr pourchot Syndicus Universitatis, quem Res
maxime tangebat, ob decurtatam pensionem sexcentarum
librarum, quam ex eodem Erario percipit; postulavit,
vt, si consulti fuissent ordines, rata haberetur supra
dicta Conclusio. Re ab Amplmo Rectore in
deliberationem missa, Decani Facultatum superiorum
cum procuratore picardorum, de quorum commodis
agebatur, nullam protulêre sui cujusque Ordinis
Conclusionem scripto exaratam, quam tamen protulisse
debuissent; (quemadmodum quidam Viri Graves contendunt
fuisse per statuta Sacræ Facultatis, et factum,
Rectore, D. Gibert cum de pensionibus concedendis
agebatur;) sed tantùm dixerunt singuli suos Ordines
a se fuisse consultos, ac proinde se Annuere libenter
postulationi Mri pourchot Syndici, atque censere,
vt non substraheretur decimus denarius ex prædictis
pensionibus. Magister N. de la Roche procurator
Honorandæ Nat., et Collegii Cameracensis Moderator
intercessit nomine Venerandæ Nationis honorandæ,
et suæ intercessionis actum postulavit. Hanc ego
sententiam secutus sum, et intercessi quoque, prout
Veneranda Natio jusserat Conclusione lata die
9a Martii 1715. et actum postulavit. Aberat
procurator constantissimæ Nationis. Cum autem
Sapmi Decani postularent, ut nostræ intercessionis
argumenta proferremus vt et de Re, et de
intercessionibus ferretur judicium, Respondimus non
omnia nobis tunc temporis esse comparata, et
postulavimus spatium colligendi, quod ad mensem
Maium sequentem datum est, atque ab Amplmo
Rectore conclusum est Rem in suspenso remanere,
et ad comitia mensis proximè sequentis ampliari.

Jouvilliard-delaval.

Eisdem comitiis Mrgr pourchot Syndicus
Universitatis, qui ægro animo conquebat
intercessionem Honorandæ, et Venerandæ Nationum
in comitiis matutinensibus die 23a mensis Martii
ornat. Norum procuratorum ore declaratam, postulavit,
vt deliberaretur utrum tum Facultates, tum
nationes jus haberent improbandi id quod in
Tribunali Rectorio deputatorum Universitatis
ex majori suffrag.

ex majori suffragiorum parte decretum fuisset à Deputatis universitatis. Re ab Ampl.sso Rectore In Deliberationem missâ, Decani Sap.ssi omnes contenderunt ex postulatione Syndici nullum esse Jus tùm facultatum, tùm Nationum, Improbandi quæ gesta essent, aut decreta In Tribunali Academico ex consilio et suffragio Deputatorum universitatis, et Intercesserunt, quominus liceret scribæ universitatis Referre In Commentarios exceptiones quas ornat.ssi Honorandæ, et venerandæ Nationum procuratores stipulati fuerant In Comitiis maturinensibus. Tum Mag.er Debacq Fideliss.æ Nationis procurator exposuit Rem esse Gravissimi momenti: hic agi de Jure, et potestate cujuscunque ordinis: Deputatos universitatis, non plus habere potestatis, quàm quod à suâ singuli facultate, aut Natione acceperint: si quid præsentibus Comitiis hac de Re statueretur, id In Commune præscriptum (Reglement) abiturum: Duo esse In hac Deliberatione maxime distinguenda, Materiam nempe (quæ tota est In Decimo denario pensionum concedendo) et Formam Juris: De materiâ, Fideliss.am nationem consentire cum Sap.ssis Decanis: De Formâ autem (nempe utrum liceat facultatibus aut Nationibus Improbare id quod à Deputatis decretum fuerat de non substrahendo Decimo denario ex pensionibus pensitandis) se procuratorem non posse ferre sententiam, nisi prius suam Nationem consuluisset; sic Ego quoque procurator venerandæ Nationis denunciavi non posse me de Jure et potestate ordinum sententiam dicere Inconsultâ mea Natione. Mag.er Dela Roche procurator honorandæ Nationis, qui à dicendâ sententiâ abstinuerat, Rediit In nostram sententiam, et se nobiscum procuratoribus sentire pronunciavit; atque ita ab Ampl.sso Rectore conclusum est, Ordines esse consulendos.

J. Couvilliard-Delaval.

Die Decimâ tertiâ Aprilis 1715. horâ post Meridiem primâ habita sunt In Harcurio Comitia Gymnasiarcharum, et professorum tum Emeritorum, tum actu Docentium, De Reditu

nunciatuum

nunciatuum In quemque pro sua parte Dividendo.
Exposuit Mag.er Joannes Desauthieux, Nunciatuum
quaestor Diligentissimus, sibi per Accensum forensem
denunciatum fuisse Vadimonium Die nona Aprilis
1715. obeundum Intra octo dies apud Honoratiss.um
Litium Civilium Praetorem In Castelleto parisiensi,
idque factum esse Nomine Mag.ri Joannis Duhamel
Emeriti philosophiae professoris In Plessaeo, decani,
venerandae Nationis, et Ecclesiae S.tae Magdalenae
In Civitate parochi, qui transmissâ In manus
alienas Curiâ parochiali, Contendit se Jam debere
Jure Nunciatuum Gaudere; ac proinde postulat
sibi solvi suam partem praedicti Reditus
nunciatuum. Re In Deliberationem missâ,
Censuêre omnes ad unum Dicti Gymnasiarchae,
et professores, ut Mag.er Desauthieux, Interjectis,
quae licet Interjicere, Respondendi spatiis,
Denunciet per Accensum forensem dicto Mag.ro
Duhamel, frustra, et sine Jure, sibi privato dictum
esse Vadimonium, Cum nihil possit Cuiquam solvere
nisi Jubente Gymnasiarcharum et professorum
Collegio, ad quos solos pertinet Reditus Nunciatuum,
et quorum proinde est Concedere vel denegare,
certis de Causis, prout visum erit: se vero obsecuturum
esse venerandis Contribulibus, si id decreverint;
secus, nequaquam posse solvere; atque ita ab
ornatiss.o procuratore Conclusum est.

J. Couvilliard-Delaval.

Die decima quintâ Aprilis 1715. horâ post
meridiem primâ habita sunt Comitia extraordinaria
venerandae nationis in Harcurio, In quibus Ego
procurator tria Retuli, quorum Duo ad totam
universitatem spectabant, et acta fuerant In
Tribunali Academico apud Ampl.ssum Rectorem In
marchiano die 6.a aprilis 1715. tertium ad venerand.
nationem privatim pertinebat.

Primum, Lectam fuisse à scribâ universitatis
Conclusionem latam die 2.a mensis martii proxime
elapsi, qua statutum fuerat, ut ne (sicuti ex Academicis
conclusionibus fiebat antea) decimus denarius
detraheretur ex pensionibus, quae tum singulis
facultatibus, tum Fidel.ssae et Constant.ae Nationibus,
tum etiam privatis quibusdam penduntur quotannis

ex aerario.

ex Erario Academico: Mag.rum pourchot Syndicum
Universitatis, quem Res maxime tangebat ob
Decurtatam pensionem sexcentarum Librarum,
quam ex eodem Erario percipit, postulavisse, ut
si Consulti Fuissent Ordines, Rata haberetur
supra dicta Conclusio: Re ab ampl.mo Rectore
in Deliberationem missa, Sap.tes Decanos Facultatum
Cum ornat.o Procuratore, Picardorum, de quorum Commodis
agebatur, nullam protulisse sui cujusque Ordinis
Conclusionem Scripto exaratam, quam tamen
proferre Debuissent, quemadmodum viri Graves,
affirmant Justum fuisse per Statuta Sacræ Facultatis
, et factum esse Rectore D. Gibert cum de personis
concedendis agebatur; sed tantum Singulos dixisse
suos Ordines a se fuisse Consultos, ac proinde
se Annuere Libenter postulationi mag.ri pourchot
Syndici, atque Censere, ut non substraheretur
decimus Denarius ex prædictis pensionibus: Mag.rum
De la Roche procuratorem honorandæ Nationis,
et Collegii Cameracensis moderatorem Intercessisse
nomine Nationis honorandæ, et actum suæ Intercessionis
postulavisse: Me hanc Sententiam Secutum fuisse,
et Intercessisse quoque prout Venerandæ Nationi Sufferat
Conclusione Lata Die 9.a Martii 1715, et actum
Intercessionis postulavisse: absuisse procuratorem
Constant.tæ Nationis. Cum autem Sap.tes Decani
postularent ut Intercessionis argumenta proferremus,
ut iis præponderatis, et de Re, et de Intercessionibus
ferretur Judicium, nos dixisse non omnia nobis tunc
temporis esse Comparata, et postulavisse nos
Spatium colligendi, quod ad mensem Maium
sequentem datum est; atque ita ab ampl.mo
Rectore Conclusum esse. Adjecit Ego procurator
ipse cum Mag.ro Roberto Barencon professore
Grammatices in Lexovæo, fidelis.o venerandæ
Nationis quæstore, et ad id deputato Conclusione
Lata Die 9.a Martii, ut se Conclusioni Tribunalis
Academici nomine Venerandæ Nationis Interponeret,
Scripsse Die Decima hujusce mensis Aprilis ad
D. Huart procuratorem Aerarium Venerandæ
Nationis apud Supremum Senatum, et Rem
Commisisse Dicto D. Huart, ut nomine Venerandæ
Nationis Denunciaret per Allensum forensem,

quibus denunciavit

quibus denunciari par est, dictam intercessionem ex formâ Juris, et appellationem ad Supremum Senatum. his ita expositis missum est in deliberationem, utrum quid aliud facto opus esse videretur. hoc de primo capite censuit veneranda Natio nihil aliud facto hunc temporis opus esse; sed post paschales ferias rem esse apud Supremum Senatum omni ope atque opera persequendam; et ita a me procuratore conclusum est. J. Couvilliard-Delavall.

Deinde de altero capite exposui mag.rum pourchot Syndicum universitatis, qui aegro animo concoquebat intercessionem honorandæ, et venerandæ nationum in Comitiis maturinensibus die 23.a mensis martii ornat.sorum procuratorum ore declaratam, postulavisse apud ampl.ssum Rectorem, ut statueretur, utrum tum Facultates, tum Nationes jus haberent improbandi id quod in Tribunali Academico ex majori suffragiorum numero decretum fuisset à Deputatis universitatis: Re ab ampl.so Rectore in deliberationem missâ decanos omnes facultatum contendisse ex postulatione Syndici, nullum esse tum Facultatum, tum Nationum jus improbandi quæ gesta essent, et decreta in Tribunali Academico ex consilio, et suffragio deputatorum universitatis; eosque interciessisse, quominus sueret scribæ universitatis referre in commentarios exceptiones quas ornat.ssi honor.dæ et vener.dæ nationum procuratores stipulati fuerant in Comitiis maturinensibus: Tum mag.rum de Bacq fidelis.æ nationis procuratorem dixisse rem esse gravissimi momenti; hic agi de jure et potestate cujuscunque ordinis: deputatos universitatis non plus habere potestatis quàm quod à suâ singuli facultate, aut natione accepissent: si quid præsentibus Comitiis hac de re statueretur, id in commune præscriptum (reglement) abiturum: duo esse in hac deliberatione maxime distinguenda: materiam nempe (quæ tota est in decimo denario pensionum concedendo) et formam juris: de materiâ, fidel.sum nationem consentire cum sap.sis decanis: de formâ autem (nempe utrum lueret facultatibus, aut nationibus improbare id quod a deputatis decretum fuerat de non substrahendo decimo denario ex pensionibus

pensitandis

penitentiis) se procuratorem non posse ferre
sententiam, nisi prius suam Nationem consuluisset.
Addidi insuper me procuratorem venerandæ Nat.
Consuille cum dicto Mag.^to Debacq, nobis non
licere de jure et potestate singulorum ordinum
dicere sententiam inconsultis nostris ordinibus,
et Mag.^rum de la Roche procuratorem honorandæ
nationis, qui à dicendâ sententiâ abstinuerat
redisse in nostram sententiam, et ab Ampl.^o
Rectore conclusum esse, Ordines singulos
consuli oportere. Consului itaque venerandam
nationem; ac in deliberationem missa, communis
hæc omnium, eademque fuit sententia, jus
facultatum, et Nationum constanter esse defendendum;
quod ut prudentius fieret, nominandos esse deputatos
qui cæteras Nationes adeant, atque cum iis
communicent Consilium et Rationem, # venerandæ
nationis; Et nominati sunt deputati, Magistri
Michael Le Blond Emeritus professor in
Braleo-Bellovaco, et Antiquus ven. Nat. procurator:
N... Tournaine Licentiatus Theologus, antiquus
ven. Nat. procurator: Guillelmus Dagoumer
antiquus Academiæ Rector, provisor Harcurianus
et Emeritus philosophiæ professor: et Robertus
Barençon professor Grammaticus in Lexovio, et
ven. Nat quæstor fidelissimus atque ita a me
procuratore conclusum est.

et appellationem J.C.D.

J. Louvilliard-delaval.l.

Denique actum est de modo, quo posset
satisfieri, tum Operariis, qui materiam et Operam
contulerunt Reædificandis ædibus ad venerandam
nationem pertinentibus et sitis in via Galande,
tum jis, qui pecuniam patris usuris crediderunt,
aut crediturî sunt in Reædificandis his ædibus
collocandam. Actuli hac super re Consultum
fuisse à Deputatis semel, et iterum à me
procuratore D. Bonamour, Advocatum Celeberrimum,
qui Responsit, Eos, qui jam pecuniam crediderunt,
nihil posse quidquam facessere Negotii venerandæ
nationi, tametsi Operariorum opera æstimaretur
a D. Mercerett, nec æstimatio dicti Mercerett

Chirographo

Chirographo muniretur: Eos verò, qui Credituri essent ad persolvendum id quod reliquum debetur Operariis, non posse pecuniam mutuo dare, atque in locum, et Jus Operariorum tutò substitui, quin prius materia et opera, æstimata ex forma Juris, suo fixa pretio constiterit. Re in Deliberationem missâ placuit Venerandæ Nationi sic fieri, ut tutius Juri partium consulatur, si non aliter potest temperari sumptibus; atque ita a me procuratore conclusum est.

J. Couvilliard-delaval.

Die 30.a aprilis 1715. habita est Synodus Universitatis apud Maturinenses ab Amp.so Rectore sap.tis Decanis, et ornat.tis procuratoribus. Comparuerunt Ecclesiarum parochialium Rectores et Beneficiarii, ex quibus mag.r Lorey antiquus universitatis Rector et Capellanus Capellæ cujusdam quam antea possidebat mag.r Collon S.ti Benedicti Canonicus fato functus, et cujus Reditus omnis, qualis est, ex Ærario Regio percipiendus esset, Exposuit se Jvisse ad Custodem ærarii Regii, ut acciperet nummorum summam quæ suæ Capellæ esset addicta quotannis: ibi libros Rationum fuisse pervolutos, nihil usquam inventum esse, quod dicto Collon persolutum fuisset; tum, ut aliquid tandem posset hac de Re cognitionis assequi, se se contulisse ad summam computationum cameram, et adjuvante uno Rationum procuratore summâ cum curâ investigasse in libris antiquarum Rationum, quænam facta esset mentio dicti mag.ri Collon, et ejus Capellæ, sed ne verbum quidem inventum esse quod dictum mag.rum Collon designaret: tum addidit se Rem totam permittere prudentiæ ampl.ssi Rectoris, et Deputatorum universitatis. Censuere Deputati Rem maturioris egere Deliberationis, ac proinde esse ad proxima Comitia Remittendam, atque ita ab ampl.sso Rectore conclusum est.

J. Couvilliard-delaval.

Eisdem Comitiis M. Herisan supplicavit apud
Universitatem ut unum ex 24.or officiis Librariorum
Typographorum quæ Jure perpetuo, et nunquam
intermisso sunt Ditionis Academiæ, sibi Conferretur.
Concessum est Unanimi Consensu, et Decretum
Herisan Sacramentum præstitit ex tempore
inter manus Ampl.mi Rectoris. J Couvilliard delaval l.

Die 9.a maii 1715. post peractum Sacrum
ordinarium horâ sextâ matutinâ habita sunt
Comitia in Harcurio in quibus Mag.r M.
Foubert Baccalaureus Theologus Bajocensis
s. stitit supplicem pro Regentia et scholis jure
magisterii in artibus, et Baccalaureatus in
Sacrâ Theologiâ; et admissus in Gremium Ven.
nationis Sacramentum præstitit

J Couvilliard-delaval l.

Eodem Die horâ post meridiem primâ habita
sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis
apud Ampl.mum Rectorem. Comparuerunt multi
supplices pro litteris Nominationis, quæ Concessa sunt.
Tum lecta fuerunt Conclusiones latæ die sextâ
aprilis proxime elapsi. Eâ exceptâ quâ Conclusum
fuerat dictâ die ab Ampl.mo Rectore ordine esse
consulendos de eo quod postulatum fuerat à
Syndico Universitatis Edmundo Bourchot, nempe
ut statueretur utrum tum Facultates, tum Nationes
jus haberent improbandi id quod in Tribunali
Academico ex majori suffragiorum numero
decretum fuisset à Deputatis Universitatis.
Cum verò Ornat.us Ven. Nat. procurator postulasset
ut relegeretur dicta Conclusio, quæ dedità
operâ omitti videbatur, non sine stupore audiit
Sap.tes Decanos, Ornat.um procuratorem picardorum
et Syndicum Universitatis una voce reclamantes
nihil fuisse Conclusum, nihil esse scriptum in
Commentariis; Eoque obstupuit magis quod mag.r
Debacq picardorum procurator, qui die octavâ
die 6.a aprilis tam sapienter monuerat rem esse
gravissimi momenti et cætera quæ legentur in
his Commentariis fol 264.o ver. et contuerat
consulendos esse ordines, quod inquam idem ille
mag.r Debacq cujus sapientes.am sententiam omnes
procuratores ornat.i secuti fuerant, et secundum
quam sententiam ab ampl.mo Rectore pronunciatum
fuerat consulendos esse ordines, vocem suam Mag.r

pourchot

pourchot Syndici arbitrio subjecerit, et Contendevit
nihil fuisse Conclusum; Aliit ornat.mus Germanorum
procurator; Aliit quoque mag.er De la Roche ornat.ss
Gallia procurator, nec satis potest Intelligi qua de
causa Aliuerit, Cum Ipse Idem D. De la Roche
Dimissis Comitiis et privatim affirmarit mag.ro
viel scriba Universitatis presente ornat.to ven.
nat. procuratore Conclusum fuisse ab ampl.mo
Rectore dicta die 6.a aprilis hac super re
ordines esse Consulendos; et ita esse Conclusum
ut ipse hoc, non quidem In Commentarios sua
nationis retulerit, sed In Commentariolum
extemporalem (plumitif) In quem referre solet
extempore quae tum In honoranda natione, tum
In tribunali Academico singulis comitiis
decernuntur; quin et Idem mag.er De la Roche
biduo ante hace Comitia asseveraverat ornat.to
ven.o nat. procuratori id se In dictum Commentariolum
retaliisse: preterea dictus mag.er De la Roche, qui
cum ornat.to procuratore Normannorum exierat e
tribunali In Auterius Cubiculum ampl.i Rectoris
dum de Intercessione honoranda et venerauda
nationum, a ceteris deputatis, non obstante
appellatione Indicta et significata, Judicabatur
illud idem confirmavit dicto mag.ro De laval ven.
nat. procuratori, Coram optimo Adolescente N....
l'Zeuyer, N.... Brision minore hon. nat. apparitore
et D. Clisset presbitero Bolonienti, In cujus
gratiam his Comitiis statutum fuit Intervenieudum
esse Litti mitor Cum Illust.mo Episcopo Gr.te Audomari
De Jure Graduatorum. Laudem dictus mag.r De=
la Roche exeundo cum ornat.to ven. nat procuratore
ex Comitiis Incidit In Mag.rum De baeq fidel.or nat.
procuratorem, et mag.rum pourchot Syndicum Univer=
sitatis stantes, et colloquentes In via ante portam
collegii marchiani, quos cum procurator ven.o nat.
compellavisset amice quaerendo quid esset Causae
cur tam praeclare secum actum sit, ut se, quem
nemo hominum arguerit unquam a veritate vel
lato unque Recessisse, Rerum tamen Conjectorem
declaraverint; Dictus mag.er De la Roche utrique
constanter asseveravit Conclusum fuisse aet
consulenturordines. Haec adeo partem latim

odio

ad id tantum commemorata sunt, vt ne ornat.ti
procuratoris fides suspecta videretur Venerandæ Nat.
apud quam Retulerat die 13.a aprilis proxime
elap.si conclusum fuisse in Tribunali Academico
ordines esse consulendos; et ex cujus Relatione
venerandæ Nat. duos sui ordinis sapientiâ et
rerum vsu præcellentes ad id negotium deputata
nominavernt. J Gouvilliard delaval.

Deinde actum est de Intercessione factâ à Nationibus
gallicana et Normanna adversus conclusiones maxim
superiorum de non Retinendo de incepi decimo
denario pensionum. quæsitum est ab ornatiss.is
vtriusque Nat. procuratoribus, quenam momenta
intercessionis afferrent; Tum ornat.us normannæ
nat. procurator respondit existimare se, non eam
esse Tribunalis Academici potestatem, vt, nulla
habitâ ratione provocationis et appellationis à
supra dictis conclusionibus ad supremam curiam,
denunciatæ quibus opus fuit nomine venerandæ
nationis, liceat de Intercessione judicare; nullam
ergo se, quod superfluum sit, impræsentia rationem
prolaturum. Mag.er De la Roche Galliæ procurator
dixit sibi mandatum esse ab honoranda natione,
vt ad appellationem ven.æ nationis accederet, quam
tamen Nationem, si illi pensio mille librarum
annuatim percipienda concederetur, quem ad modum
cæteris ordinibus concessa est, nihil lis esse moturam.
Mag.er Delaval ornat.us ven. nat. procurator addidit
eandem esse nationis ven.æ Rationem et potentiam
vt ne quid detraheretur ex ærario Academico ad
privatam singulorum ordinum vtilitatem, nisi prius
sibi et honorandæ Nationi vno eodemque decreto par
pensio concessa fuisset. his dictis justi sunt ornat.ti
procuratores vtriusque nationis egredi vt res
mitteretur in deliberationem; et judicatum est
intercessionem esse amovendam: Cum autem regressi
sunt procuratores ornat.ti rogarunt quid esset judicatum,
sed noluit Tribunal Academicum ante dimissa
comitia judicium declarari. J Gouvilliard delaval.

ofum N.... Steuyer filius consult.ti et meriti ejus antecessoris
recens possessor Capellaniæ nuperrime concessæ ab Universitate
supplicavit vt sibi indulgeretur quod nec is ex impræsenti
non comparuisset in Synodo. Optimo adolescenti in patrem
optimi indultum est. J Gouvilliard delaval.

Die 9.a maii 1715. habita sunt horâ decimâ comitia venerandæ nationis in Harcurio post sacrum: exposuit ornat.ssus procurator exhaustum esse penitus ærarium venerandæ Nat. nec esse unde operariis urgentibus, quidquam solveretur: Fidelissimum quæstorem mag.rum Robertum Barençon invenisse hominem qui tria millia librarum venerandæ Nationi usuris traderet; at eum hominem, non nisi usuris quincuncibus (audenier vingt) esse traditurum. Re missâ in deliberationem dictisque sententiis placuit venerandæ Nationi hæc tria millia librarum esse usuris quincuncibus, quoniam aliter fieri nequit, accipienda; atque ita ab ornat.sso procuratore conclusum est. J. Couvilliard-Delaval.

Die 4.a Junii 1715. Ampl.ssus Rector philippus poirier philosophiæ professor in Marchiano, ut fœderi pacto urbem inter et Academiam satisfaceret, panegyricam habuit orationem de Ludovici Magni laudibus in cujus exordio rem stupendam protulit; Nempe se Rectorem à Sapient.sso Rege dictum fuisse suffragantibus Academiæ studiis, cum, re verâ universitas parisiensis filia Regis optimi primogenita, et obsequentissima sine suffragatione ullâ et sine electione tum primùm die 23.a mensis Junii an 1714. ex mandato Regis (vero ne an falsò, ambigitur) per litteras D. Depontchartrain significato in Rectorem acceperit. J. Couvilliard-Delaval.

Die 23.a Junii an. 1715. habita sunt Comitia venerandæ Nat. in Collegio Justiciano horâ sextâ matutinâ ad eligendum quadrumvirum qui fasces Rectorios aut prorogaret ampliss.o Rectori philippo poirier, aut in manus alterius transferret, vix è tanto numero tribulium unus inventus est qui hocce munus in se vellet recipere; neque quisquam tribulium, ornat.ssum procuratorem pro reverentiâ debitâ inviserat hancce provinciam postulaturus, quod inauditum prorsùs est. Itaque rogandus fuit N... Lavoisé Emeritus professor in Collegio Navarrico, et antiquus venerandæ Nat. procurator, ut acciperet munus quadrumviri, quod dictus N. Lavoisé obiit in Comitiis mathurinensibus in quibus fasces Rectorii prorogati sunt dicto philippo poirier.

J. Couvilliard-Delaval.

Die 28.a Junii 1715. habita sunt Comitia Ven. Nationis In Harcurio horâ sextâ matutinâ In quibus elegit ven. Natio examinatores Candidatorum In artibus, mag.ros Franciscum Pihan Rothomagensem Baccalaureum Theologum: N. Le Monnier Constantiensem, et philosophiæ professorem In Harcurio: N. L'Hermite Constantiensem, quinti ordinis professorem In Harcurio, et N. Le Bouc Ebroïcensem, professorem sexti ordinis In eodem Collegio, qui apud Ornat.ssum procuratorem In sacello Harcuriano Jurarunt ex statuto 49.o Facultatis artium, se Neminem nisi dignum ad Baccalaureatum In artibus admissuros. Deinde Ornat.ssus procurator nominavit expunctores Rationum Fidelissimi quæstoris magistri Roberti Barençon, Mag.ros Guillelmum Dagoumer antiquum Academiæ Rectorem, provisorem Harcurianum, et phiæ professorem Emeritum: Joan. Bonnesoeur virum procuratorium, Censorium, quæstorium, et phiæ professorem In Lexovio: Simeonem Hobey Clariss.um humanitatis professorem In marchiano, et Robertum Le Blond Baccalaureum Theologum

J. Couvilliard-Delaval.

Die 2.a mensis Julii 1715. post sacrum Retulit ornat.ssus procurator, et exposuit auditas fuisse Rationes acceptæ et expensæ pecuniæ à fidel.sso quæstore; sed Inter eos sumptus qui ordinariè fieri solent fidel.ssum quæstorem descripsisse quid acceperit, quid Impenderit In Reædificationem domûs ad venerandam nat. pertinentis, et sitæ In viâ vulgo dictâ Galande: Deputatos autem Censuisse se non id potestatis habere ut hujuscemodi Rationes extraordinarias expungerent, quoniam ad negotium hujusce domûs speciatim nominati fuerant Deputati Conclusione latâ die 23.a 8.bris 1714. et aliis præcedentibus: Re In Deliberationem missâ, dictisque sententiis placuit venerandæ Nationi, hujuscemodi Rationes extraordinarias esse ab ordinariis sumptibus discernendas, et assumendos esse In expunctores, Eosdem viros, quos In negotium Reædificationis speciatim nominaverat atque ita ab ornat.sso procuratore Conclusum est

J. Couvilliard-Delaval.

Die 6.a Julii 1715 habita sunt apud Amp.ssum Rectorem Comitia ordinaria Deputatorum In quibus ornat.ssus venerandæ Nat. procurator exposuit se (quoniam Sapt.ssi Decani promiserant fore, ut nullam moram afferrent Concedendis pensionibus debitis mille librarum, si modo ostenderetur satis esse superantis pecuniæ In ærario universitatis, deductis sumptibus ordinariis) attulisse breve quoddam exemplar extractum ex Rationibus universitatis, computatis die 20.a februarii 1715. quo patebat, et poterat demonstrari plus satis esse superantis pecuniæ, unde solveretur annuatim pensio mille librarum tum Gallicanæ tum Normanæ Nationi; sed non auditus est venerandæ Nationis procurator, et postulaverunt Deputati, Rei protrahendæ Causâ extractum illud exemplar sibi singulis permitti. existimavit ornat.ssus procurator venerandæ Nat. id sibi non licere Inconsultis Normana et gallicana nationibus.

J. Couvilliard Delaval.

Die 19.a Augusti 1715 habita sunt Comitia facultatis artium apud Mathurinenses ad confirmandos Examinatores licentiandorum In artibus, quos dign.ssus Cancellarius, tum Ecclesiæ parisiensis, tum S.tæ Genovefes designaverat. Stiterunt se quinque supplices apud præclaram facultatem, quibus una voce Indultum est. Comparuit autem apud venerandam Nat. nobilis adolescens N... Durand de Missy Rothomagæus, qui cum philosophiam proximis Remigialibus Docturus esset, ut In Societatem Sorbonicam posset admitti, petivit à venerandâ Nat. licentiam significandi publico programmate se Docturum. venerandæ Nat. annuit votis nobilis adolescentis, In artibus magistri; sed annuit ea conditione, ut mense octobri proximo se sisteret supplicem pro Regentia et Scholis, et afferret litteras Baccalaureatus In sacra Theologia, et solveret fideliss.o quæstori id quod solui solet ab iis qui In gremium vener. Nationis admittuntur. atque ita ab ornat.sso procuratore conclusum est.

J. Couvilliard Delaval.

Die 23.a Augusti 1715 habita sunt in antecessum Induciarum Ordinaria Comitia Deputatorum universitatis apud Ampl.sum Rectorem in Marchiano, in quibus nihil actum est quod in hos Commentarios referri mereatur.

Die 12.a Septembris 1715. habita sunt extraordinaria Comitia deputatorum universitatis apud Ampl.sum Rectorem in Marchiano. Legit Ampl.sus Rector epistolam ad se nomine D. Comitis de Pontchartrain Sanctioris Consilii Commentariensis scriptam quâ universitati parisiensi denunciabatur fore, ut Ludovicus XV. Ludovici XIV. pronepos quinquennis hæreditario jure solium adeptus, debitam salutationem universitatis exciperet Vincennis die 14.a hujusdem mensis horâ decimâ matutinâ. Decretum est ire solemni et solito apparatu cum adjunctis et apparitoribus fasces portantibus: Meritissimus autem Syndicus monuit Sap.sos Decanos facultatum, ut ipsi cum suis adjunctis tenerent ordinem quem supremus Senatus jussit tenendum esse, Decreto lato die 16.a Aprilis An. 1712. et in hos Commentarios relato fol. 229.o verso. nec sui adjuncti precederent procuratores ornatiss.os nationum. Polliciti sunt Sap.si Decani se cum suis adjunctis dicto decreto supremi senatûs obtemperaturos. Itum est ergo et reditum est die 14.a eo vecturæ genere, eo ordine, eo ritu qui descriptus est fol. 213. V.o hoc unum novum fuit quod unus è submagistris rituum venit monitum universitatem, et Academiam Francicam ut servato suo ordine subsequerentur Curiam Magni Consilii, ne, si expectarent, ut magnus Magister rituum singulos ordines deductum veniret tenera regis ætas, nec dum satis firma valetudo incommodi quid pateretur. J. Couvilliard-Delaval.

Die 2.a Octobris 1715. supplicationes universitatis habitæ sunt, et processit tota universitas parisiensis solito ritu et apparatu in Ædem Sorbonicam Deo dicatam sub invocatione Sctæ Ursulæ et Sociarum. hoc unum notandum est quod cum

quod cum Ampl.mus Rector in Tribunali apud Prathurienses Rogavit Facultates, vt grata et rata haberent quæcunque Gessisset in suo trimestri Magistratu, Decani omnes in dicendâ sententiâ pronunciarint se ea Grata et Rata habere, nomine sui quæ ordinis quæ Gessisset Rector ampl.mus ex Consilio Decanorum, et præclara Facultas artium sic quoque declarârit ore Magistri de la Roche honoranda nationis procuratoris ornat.mi se Grata et Rata habere ea quæ ex Consilio procuratorum gesta essent: vnde Intellectum est quædam acta fuisse sine Consilio procuratorum quæ præclara Facultas minimè probanda esse arbitrabatur. J. Louvilliard-Delaval

Die 4.a octobris 1715. Venranda Natio parentavit piis Manibus Ludovici XIV. Galliæ et Navarræ Regis potentissimi. Convocaverat suos publico programmate cujus hæc verba sunt. Venranda Normannorum natio Ludovico XIV. Regi Maximo parentabit humiliata in Conspectu domini, qui Arbiter hujus diei sustulit à nobis Desiderabile oculorum nostrorum. Vocat itaque suos ad preces, et ad planctum eos qui sciunt plangere; adsint frequentes, et insignibus, quibus decet, ornati in Sacello Harcuriano die Veneris 4.a octobris An. M. DCCXV. Signatum J. Louvilliard Delaval ven. nat. procur. Rector Ampl.mus adfuit in veste violaceâ, et sedem habuit a sinistris in primo loco subsellorum, quæ Doctores Theologii, qui sunt à venranda natione solent obtinere; Ornatissimus autem Procurator ven. nationis sedit à dexteris solito in loco, et sportulam accepit à Fidelissimo quæstore, priusquam daretur Ampl.mo Rectori. oblatum est sacrificium à D. Quenon prodecano ven. nationis. parietes Sacelli non erant vestibus atrati, sed Erecta tantum fuit in medio, feralis Imago Sepulcri heteromalleo panno involuta, et Cereis circumcincta, nec plus Decem assibus in Sportulam singulis

Trebulibus

Tribulibus distributum est. non defuit venerandæ Nationi voluntas Justa persolvendi magnifuentiùs, sed Ærarii sui tenuitas vetuit ne ære alieno præter modum oppressa gratam tanti Regis Recordationem splendidiùs testificaretur. J. Couvilliard de lavals.

Die 5.a octobris 1715. post sacrum habita sunt Comitia ordinaria venerandæ nationis in sacello Harcuriano, in quibus ornat.ssus procurator duo misit in deliberationem primum utrum imitanda esset Ratio Fidel.ssæ nationis, quæ statuerat conqueri per libellum supplicem, apud serenissimum Regni Custodem, quod universitas parisiensis non accita fuisset versalias per Regales litteras ad honorem injiciendi corpori inhumato Regis demortui lustralis aquæ guttulas; et ad hoc nominaverat dicta Fidel.sa natio duos deputatos qui rem propiùs inspicerent, expenderent diligentiùs, longiùsque promoverent, si posset promoveri: Alterum utrum venerandam nationem veritatis, et virtutis cultricem eximiam deceret silere in communi omnium bonorum lætitiâ, nec gratulari, sicut omnes et Regni et Civitatis optimates gratulati sunt Eminentiss.o Cardinali de Noailles Archiepiscopo parisiensi, qui virtute et constantiâ effecit, ut et Ecclesiæ Gallicanæ pax, et universitati parisiensi sua libertas reddita sit. Rogatis, dictisque sententiis censuit vener. natio de primo capite nominandos esse duos quoque deputatos, qui rem cum deputatis Fid.ssæ nationis et consilia communicent, et nominavit dign.ssos viros mag.rum Guillelmum Dagoumer Collegii Harcuriani provisorem et mag.rum Joan. Desauthieux professorem humanitatis in eod. Collegio. De altero jussit ornat.sum procuratorem assumere deputatos quot et quos vellet, non pauciores tamen quàm duodecim et ire gratulatum Eminent.sso Cardinali de Noailles nomine vener. nationis atque ita ab ornat.sso procuratore conclusum est

J. Couvilliard de lavals.

Deinde Magister N. Benet accessit supplex pro Regentiâ et scholis munitus litteris magisterii

In artibus

In artibus, et schedulâ data à Clar.^{sso} viro D. Coffin Collegii Dormano-Bellovaci Gymnasiarcho, quâ patebat dictum Mag.^{rum} N. Benet nominatum fuisse professorem philosophiæ in dicto Collegio, in locum Clar.^{ssi} viri D. Mordret Emeriti professoris, et audito æquissimo censore dictus N. Benet in Gremium Vener. Nationis admissus est dixitque sacramentum. J. Gouvilliard de la val. l.

Die 8.^a Octobris 1715 ornat.^{ssus} procurator ut obtemperaret Conclusioni Ven. Nationis latæ die 5.^a hujusce mensis, qua jussus est ire Gratulatum Eminent.^{sso} Cardinali de Noailles, assumpsit secum viginti quatuor deputatos, duos scilicet ex singulis collegiis et quatuor Baccalaureos, ut omnibus ire postulantibus nullum querelæ locum daret, et processit stipatus hoc Comitatu in palatium Archiepiscopale: penetravit in conclave interius ubi Eminentiss.^{ma} Cardinalem salutavit his verbis

Monseig.^r la Nation de Normandie sensible autant qu'aucune autre a la paix de l'Eglise et au Repos de votre Eminence vient applaudir aux heureux succez de votre fermeté: Membre d'un Corps tout occupé a verser dans le Coeur de la Jeunesse l'amour de la verité, et le gout de la vertu, Elle auroit cru dementir sa destination, si Elle n'etoit venue Reconnoître publiquement en V. E. le soutien de l'une et le protecteur de l'autre: C'est pour cela Monseig.^r qu'Elle m'a ordonné d'exposer à V. E. ces sentiments de Respect et de Veneration que la violence avoit Reservez jusqu'a present dans le Coeur de chacun de ses suppôts, mais que le malheur des temps n'a jamais alterez. vives, Monseig.^r pour l'Eglise et pour l'Etat les Besoins de l'un et de l'autre vous y convient; puissent au moins des jours si precieux durer autant que l'Ardeur de nos voeux, et la Ferveur de nos prieres. pauca hæc, qualia dicta sunt, jussere deputati omnes et pertinaciter postulavere describi in his commentariis. Dici vix potest quàm Benigno vultu Eminent.^{ssus} Cardinalis Ven. Nationem exceperit, quàm Benigno alloquio significavit officiosam hanc nostram salutationem sibi gratissimam videri; et se, si quid erit opus, Ven. Nationi non defuturum;

deduxit nos

Deduxit nos honoris causa ex Conclavi Interiori
ubi Crux Archiepiscopalis stat ad parietem
Erecta, ad usque fores anteriores Cubiculi; hinc
Dignissimus abbas Delort primus Eminentiss.
Cardinalis Eleemosinarius, vir qualem non
Candidiorem terra tulit nos subsecutus est ad
Scalas, ibique ex sincero mentis affectu nobis
gratulatus est, et affirmavit nostram salutationem
perquamdam fuisse Eminentiss. Cardinali, et omnibus,
quotquot aderant, viris Insignibus; quin et
Deputati honoris et Gratulationis ergo ornatissimum
procuratorem, qui Germanos ven. nationis,
verosque sensus tam apte exprompserat,
Domum Deduxerunt fausta omnia precantes

J. Couvilliard-Delavall.

Die 10a octobris 1715. horâ septimâ matutinâ
post sacrum habita sunt Comitia ven. nationis
in sacello Harcuriano ad Electionem Quadrumviri,
quam Ornatissimus procurator his verbis auspicatus est
"Apprecor ex animo delectorum veniam pius-
"manibus Joan. Rohaimei ven. nationis quondam
"Decani cujus ex liberalitate oblatum est apud
"nos Deo O. M. hoc laudis sacrificium; sed et
"grates sunt habendæ viris principibus immortales,
"qui tenuitatis nostræ tutores benevoli nostram
"academiam in libertatem vindicarunt, illustrissimum
"senatus principem, et illustrissimum procuratorem
"catholicum, quorum ex ore audivistis nostram
"academiam posse jam à metu respirare, et
"suâ in eligendo Rectore libertate frui: senatum
"offerre vobis, quam authoritatem. proh deus
"immortalis! quanta qualisque benignitas!
"videndum itaque est qua ratione possit ven.
"natio, ut par est, huic benevolentiæ significationi
"pro suâ parte respondere; quod nulla arte
"tutius fieri posse existimo, quàm si elegeritis
"in quadrumvirum hominem quem antecedat
"fama prudentiæ: cujus nec vultum, nec
"suffragium cæteræ nationes averterentur: qui
"favoris causas procul habeat; et unius academiæ
"tempora, res, commoda prospiciat. Stiterunt se
deinde supplices pro quadrumviratu viri duo tam
meritis quàm canitie venerandi, Joan. Vadelorge
et Michael Le Blond Emeriti professores, hic
in collegio Bellovaco, ille in Lexovio. Cum autem

Cunctaretur ven

Consuetaretur Veneranda Natio Uniep. quid
Judicaret. Inter duos Competitores par virtute
conspicuos, Aquiss.us Censor postulavit, ut suis
ergo, et ne alterutri fieret injuria, nominaretur
dignissimus prodecanus Franciscus Guenon Jn-
quadrumvirum: Tum Ornatiss.us procurator addidit
silere se non posse, plurimos tum Venerandæ
tum Cæterarum Nationum Contribules sæpius
precibus postulare à Veneranda Natione, ut Rem
certe nis temporibus attentione et Consilio Dignis.am
velit Committi prudentiæ Venerandi prodecani,
Cujus mentem Recti Conscium norunt, sagacitatem,
exoptant, prudentiam experti sunt, et fidem
Quemnullam fore. Spondebit quisquis venerandum
senem noverit: Is, inquit procurator ornatiss.us,
ut est gratus omnibus ordinibus, Renunciabit
vobis novum Rectorem qualem, Principes,
præsules, Senatus, Docta, Indoctaque pene omnis
multitudo Consentiens votis expetit: Tum Rogatis
Dictisque Sententiis unanimi voto Dictus mag.us
Franciscus Guenon venerandæ nationis prodecanus,
quamquam Reluctans Quatuorvir nominatus est
sine Supplicatione, atque ita ab ornatiss.o
procuratore Conclusum est, et Dictus mag.r
Franciscus Guenon Sacramentum præstitit apud
ornat.ssum procuratorem, se Renunciaturum esse
novum Rectorem, quem digniorem Judicaret. l.

C. Louvilliard Delaval. l.

Eodem die horâ decimâ matutinâ habitaefunt
Comitia præclaræ Facultatis Artium de more apud
Mathurinenses ad eligendum novum Rectorem
in locum Mag.ri Poirier. is Comitia non satis
prudenter auspicatus est ab oratione ad
ostentationem magis, quam ad veritatem Compositâ
in qua Deum et homines Contestando affirmavit
se non ambitu Rectoriam dignitatem quæsiisse,
neque eâ ratione gessisse qua Debeat Optimo
Cuique probari: nolle se detrahere quidquam
de Ingenii præstantiâ, facunditate, perspicaciâ
Rectorum superiorum; at probitatis, æquitatis
et Sinceri in Academiam Studii laudem præ
se habendam nemini cedere. Non tamen postulavit,
ut moris est, grata et Rata haberi quæ gesserit
in suo magistratu, Roique eo nomine dari Literas
Commendatitias. Tum, auditis Supplicibus mag.r

Dmunder

Edmundus Pourchot Syndicus universitatis exorsus est ab hac voce, Libertas, morulamque sive præ faucium Raucitate, sive deditâ operâ Interponens, Dedit Concioni spatium degustandi dulcissimum cunctis mortalibus omen; Dein summatim commoda libertatis exhibuit, nec prætermisit tristissima servitutis mala, quibus objecta parisiensis Academia, Jam à multis annis mussabat dicere quæ patiebatur ab adversariis perpetuis et constantibus, quorum quò insolentiùs potentia creverat, eò ardentiùs audacia ferebatur; Tum dicendo solerter In sermonem Inseruit hunc versum psalmi 74.i Dixi Iniquis nolite Inique agere, et delinquentibus nolite exaltare Cornu; nolite extollere In altum cornu vestrum; quin et Copiosiùs enarravit sequentes versiculos; ita tamen ut Concio multo plura Intelligeret, quam ipse diceret;
„ Deinde addidit non Ego vanum ad vos affero
„ libertatis augurium; hæc tantum dico quæ ex
„ ore Illustriss.i Senatus principis audivimus;
„ qui nos In palatium suum benigne accitos, ad
„ numerum viginti coram Illustriss.o procuratore
„ Catholico hoc Jucundissimo libertatis Omine
„ recreavit, Dixitque licere tandem præclaræ
„ artium facultati sua In eligendo Rectore
„ libertate frui: Senatum offerre nobis suam
„ Tutelam, suam Fidem, suam authoritatem;
„ non Jam ergo, Inquit, Syndicus verbosa et
„ grandis Epistola veniet à Capreis: At non
„ sine quodam Doloris sensu Cogimur nos ex
„ officii nostri Ratione Revocare quæ gesta sint,
„ Magistro Boirier Rectoratum agente, ac
„ præsertim turgidas laudes quibus constantes
„ et perpetuos universitatis adversarios male
„ extulit In oratione panegyricâ ad laudem
„ unius Ludovici magni quotannis à Rectore
„ universitatis habenda, ex pacto fœdere
„ Academiam Inter et urbem; et Jura Rectoriæ
„ Dignitatis à dicto Boirier proculcata In ea
„ Lite quæ Inter Ampl.ssum Rectorem, et D.D.
„ Cancellarios Illata fuerat, et erat ad huc sub
„ Judice; hæc et cætera, viri Academici, vestræ
„ prudentiæ permittimus. Fecit tandem Syndicus
de supplicibus

de supplicibus quibus omnibus indulgendum esse censuit. Tum mag.er poirier injuriam sibi fieri exclamavit; non inimicos universitatis à se fuisse laudatos: At reposuit extempore syndicus non dixi inimicos, dixi adversarios: Tum mag.er poirier confessus est se in oratione panegyricâ descripsisse hoc genus hominum, quale rex ipse magnus noverat; si quid tamen excidisset auribus academicis et legibus male consonum, id sibi incauto excidisse ac proinde veniâ dignum esse; secesserunt subinde nationes in suum singulæ comitium ad deliberandum.

Ubi veneranda natio consedit in suo comitio ornat.ssus procurator retulit de supplicibus inter quos unus erat, cujus nomen non repertum fuerat in uno ex catalogis apud scribam academiæ depositis; quod quia per incuriam, non per negligentiam factum fuisse cognoverant ornat.ssi procuratores sedentes in tribunali academico, attestante mag.ro poirier, incauto juveni dederant licentiam adipiscendi gradus magisterii in artibus, ea conditione ut sisteret se supplicem apud præclaram facultatem in proximis comitiis mathurinensibus et incuriæ veniam postularet. Veneranda natio censuit indulgendum esse omnibus supplicibus: illi tamen incauto qui nomen suum scribere omiserat et petierat in tribunali deputatorum veniam adipiscendi gradus magisterii in artibus, indulsit tantum in gratiam ornat.ssorum procuratorum, et vetuit ornat.ssum suum procuratorem deinceps quidquam simile privilegium concedere; confirmavit deinde quadrumvirum matutinis horis electum dignis.um virum prodecanum Franciscum Guenon et ita ab ornat.sso procuratore conclusum est. J. C. D.

Deinde ornat.ssus procurator retulit quæ syndicus universitatis conquestus fuerat de mag.ro poirier, et æquiss.us censor Joan. Laisnel professor in Grassinæo relationem ornat.ssi procuratoris excepit his verbis. Censoris est consulere dignitati, famæ, et juribus academiæ; itaque quoniam in ea ratione quâ mag.er poirier fasces rectorios semel ac deinceps adeptus est, insunt multa omnino contraria academiæ juribus, ejusdemque libertati.

„ libertati, quae non sine scelere violari potest:
„ quoniam ipse postea fecit plurima, dixitque
„ contra veteres usus, leges, et legitimos Academiae
„ sensus, pro meo munere postulo (ad sananda,
„ quoad fieri poterit, quae inflicta sunt Academiae
„ vulnera) ut nominentur nunc à vobis Deputati,
„ viri fide spectata conspicui, rerumque ad
„ Academiam pertinentium prudentes ac peritiss.
„ qui ea omnia quae à Mag.ro Poirier gesta sunt
„ diligentiùs excutiant; interim verò litterae
„ commendatitiae illi denegentur; atque si qua
„ forte acciderit in conclavi contentio inter
„ quatuor viros circa electionem novi Rectoris
„ mox faciendam, si forte divisa erunt suffragia,
„ dictus Mag.r Poirier non gaudeat jure contro=
„ versiae dirimendae, et ipsius suffragium nullius
„ prorsus sit ponderis; sed is judex accersatur
„ qui ultimas, ante dictum Mag.rum Poirier
„ Rectoris vices egit.

Rebus in deliberationem missis, rogatis dictisque sententiis, veneranda natio, uno omnium ore annuit omnibus postulatis aequiss. censoris et 1.o improbavit quae dictus Mag.r Poirier fecit et dixit tum in adipiscendo, tum in gerendo magistratu. 2.o nominavit, praeter eos qui ex suo munere deputati sunt, Mag.rum Guillelmum Dagoumer antiquum Rectorem universitatis, et collegii Harcuriani provisorem: Mag.rum Petrum Touraine licentiatum theologum, virum procuratorium: Mag.rum Joan. Bonnefoeur virum procuratorium et philosophiae professorem in lexoveo, qui cum deputatis aliarum nationum excuterent diligenter quae gesta et dicta essent a Mag.ro Poirier. 3.o denegavit dicto Mag.ro Poirier litteras commend=atitias. 4.o si qua acciderit in conclavi contentio inter quatuor viros de novo Rectore eligendo et divisa fuerint suffragia vetuit dictum Mag.rum Poirier judicem advocari, et jussit hoc jure gaudere eum, qui ultimas, ante dictum Mag.rum Poirier Rectoris vices egit. 5.o addidit veneranda natio gratias, quantas potest capere pectus Academicum et habendas, et agendas esse illustrissimo senatus principi, atque illustr.mo procuratori Catholico, qui tenuitatis Academiae tutores benevoli

universitatem

Universitatem Jurisdictionem vindicarunt. atque
ita ab ornat.mo procuratore Conclusum est. V.C.D.

Cum Reditum est ad Tribunal praclarae
Facultatis ubi ornat.mi procuratores, singuli
nomine suae Nationis ad amussim Retulere quod
conclusum fuerat in nationibus. Mirum certe
quantum Re, et verbo Consenserint de his quinque
supra descriptis Capitibus. At mag.r poirier
qui ex officio tenebatur excipere suffragia
nationum, et totidem verbis efferre ad Conclud=
endum, quadrumvirorum Confirmationem, et
veniam Regiis concessam Ratam tantum
pronunciavit; De Caeteris autem quae in se
Decreta fuerant, neque Referre Judicia
nationum, neque rata habere voluit; at exclamavit
se ad Superiores Facultates provocare, quasi
vero par, jus in parem habeat, atque inde
plane intellectum est quam esset in legum
Academicarum cognitione versatus. Cum autem
vidisset ineptam suam Appellationem postici
sanis excipi, pronunciavit ex suffragiis Nationum
se non Judicem futurum, si forte divisa fuerint
in eligendo Rectore quatuorvirorum suffragia.
his ita peractis quatuorviri Conclave ingressi
sunt, et cum applausu omnium Ordinum Rectorem
renunciaverunt Mag.rum Gabrielem petit de
Montempuys philosophiae professorem Emeritum
in Collegio Sorbonae plessaeo, et mag.r poirier
jussit Nationes secedere in Comitium ad
confirmandum novum Rectorem; at antequam
nationes secederent singulae in suum Comitium
Syndicus Universitatis Appellavit ornat.mos procuratores
et postulavit, ut quoniam nihil judicatum attulissent
de duobus Capitibus a se propositis adversis
mag.rum poirier, nempe de laudibus quibus ille
extulit constantes et perpetuos Universitatis
adversarios, in oratione panegyrica Ludovici
magni, et de juribus dignitatis Rectoriae abeo
propulsatis in lite supra dicta D.D. Cancellariorum
judicium asserrent nationum nunc temporis ad
Tribunal praclarae Facultatis, hoc se pro suo
jure, et munere postulare. Secessere deinde
nationes, et Congregatis venerandis tribunibus
in Comitio proposuit ornat.us procurator an
probarent et confirmarent facta delatos novo
Rectori

Rectori Mag.ro Gabrieli petit de Montempuys
et Retulit postulata Syndici Universitatis,
eaque In deliberationem misit: Rogatis
dictisque sententiis Veneranda Natio Lubentiss.e
comprobavit, et Confirmavit In Rectorem
dictum Mag.rum Gabrielem petit de Montempuys
Censuitque Improbandas esse omnino laudes
quibus mag.er Boirier perpetuos et constantes
Universitatis adversarios sine pudore extulerat,
et Jura Rectoriæ Dignitatis ab eod. Boirier
proculcata In lite supra dicta D.D. Cancellariorum,
Itaque vetuit, ob id utrumque delictum, ne
dictus mag.er Boirier In Commentariis, fastis,
comitiis, programmatis, vir Rectorius nomin=
aretur, neve staret ad latus ampl.ssi Rectoris
tanquam Exrector: De Cæteris Jussit Ratam
haberi nominationem deputatorum ad excutienda
quæ dictus Mag.er Boirier fecit et dixit tum
In adipiscendo, tum In gerendo Rectoratu,
atque ita ab ornatiss.o procuratore Conclusum est

J. Couvilliard-Delaval.

Retulit ornat.ssus procurator In Tribunali præclaræ
Facultatis artium hanc venerandæ Nationis
sententiam, quæ vix uno verbo differebat à
sententiâ Cæterarum Nationum; Itaque ab eo
puncto temporis ornat.ssus quisque procurator
desiit In Referendâ sententiâ suæ Nationis Compel=
lare per apostrophen, et appellare Rectorem,
mag.rum Boirier; sed tantum præfatus est ornat.ssos
procuratores, et Conclusum est a mag.ro Guillelmo
Dagoumer Exrectore: Tum mag.er Boirier
descendit è Tribunali Rectorias vestes exuit
In angulo, quibus novus Rector Indutus Sacramentum
præstitit Inter manus mag.ri Guillelmi Dagoumer,
ac deinde, vitandæ Rixæ Causa, Inter manus
quatuor ornat.ssorum procuratorum, et solemni pompa
et Comitatu deductus est In Collegium Sorbonæ plesseum;
mag.er autem Boirier, ut nudus, et solus, et sine
suffragiis pervenerat ad Rectoratum; sic nudus
et solus, et sine Comitatu abiit In marchianum

J. Couvilliard-Delaval.

Die 18.a octobris 1715. In Comitiis extraord.riis venerandæ Nationis, In Sacello Harcuriano horâ post meridiem primâ habitis ornat.ssus procurator exposuit. habita fuisse apud Ampl.ssum Rectorem Comitia extraordinaria Deputatorum Universitatis In Collegio Sorbonæ-plessæo, die superiori, ubi Recitatæ sunt litteræ ad Universitatem scriptæ à D. Dreux summo In Galliâ Ceremoniarum magistro, quibus Ille significabat se Die lunæ 21.a hujusce mensis ventarum Invitandi Causâ Universitatem Regis nomine, ut adesset Die Mercurii 23.a ejusd. mensis funeri Ludovici XIV. Galliæ et Navarræ Regis apud Abbatiam S.ti Dionysii perficiendo; In dictum autem diem 23.um mensis octobris Incurrere festivitatem Divo Romano venerandæ Nationis patrono dicatam: quosdam è venerandis tribulibus censere In alium diem esse Remittendam; quosdam negare: Indixisse itaque se Comitia ut Intelligeret quid veneranda Natio hac super Re sentiret, Ideoque hoc se In Deliberationem mittere. Rogatis, dictisque sententiis veneranda natio Censuit festivitatem Divo Romano ven. nationis patrono dicatam Remittendam esse In diem veneris 25.a ejusd. mensis, quoniam Die 23.a ornat.ssus procurator adesse tenebatur cum apparitoribus apud S.tum Dionysium In funere Regis maximi. atque ita ab ornat.sso procuratore Conclusum est.

J. Couvilliard-Delavall.

Die 21.a octobris 1715. Convenêre Deputati Universitatis horâ sesqui-nonâ matutinâ apud Ampl.ssum Rectorem In Collegio Sorbonæ plessæo ad excipiendum D. Dreux Magnum Ceremoniarum magistrum, qui venit Invitatum Universitatem hora sesquidecima; Cætera peracta sunt, ut leguntur supra fol 216. vers. et fol 228. Rect. eo excepto quod primus preco alta voce compellaverit Universitatem his verbis. Nobles et Scientifiques personnes; is quippe non oblitus fuerat, se quondam Interpellatum fuisse Die 14.a aprilis 1713. ab ampl.sso Rectore quod tunc diceret Devotes et Scientifiques personnes.

J. Couvilliard-Delavall.

Die 29ª octobris 1715. hora septima Matutina
Rector amplissimus, Sapientissimi Decani, ornatissimi Procuratores
cum suis Adjunctis, Apparitoribus, et Bidellis
omnium Facultatum ac Nationum è Collegio
Sorbonæ plesseo Sandionysium Abbedis profecti
sunt ad Exequias Ludovici XIV. Galliæ
et Navarræ Regis; et In Conventum Monalium
visitationis Beatæ Mariæ, quæ Domus Aierat
à Magistro Ceremoniarum Universitati assignata
descenderunt. Inde suis Insignibus ornati horâ
sesquinonâ ad Basilicam Monachorum Sti
Benedicti processerunt. Processus autem is fuit.
amplissimus Rector solus Incedebat præeuntibus
apparitoribus cum fascibus atratis: proximè
sequebatur Decanus Sacræ Facultatis cum suo
Adjuncto: deinde Decanus Juris item cum
suo Adjuncto: tertio loco Decanus Medicinæ
cum Adjuncto: tum quatuor Procuratores —
Nationum, Bini: tum Adjuncti Nationum Bini:
Claudebant Agmen tres Universitatis Officiarii,
Syndicus, Scriba, quæstor, nigra veste Induti,
pro antiquo more, non Rubrâ, qualem videbantur
velle assumere, ne Repulsam paterentur, quam
passi fuerant ad fores Cubiculi Regis die 14ª
Septembris, cum Universitas Regem vincennis
salutavit. Consedimus à Sinistra parte Chori
Sti Dionysii In quatuor ultimis Sedibus tàm
Superioribus quàm Inferioribus Immediatè post
Curiam Parlamenti Secundum Antiquum morem;
ita ut amplissimus Rector post ultimum dictæ Curiæ
Senatorem assideret; Decanus Medicinæ In sede
quæ proximè aditum Chori tangebat: Quatuor
Procuratores Nationum In Scamno Intermedio,
ante amplissimum Rectorem et tres Decanos Facultatum
positio; Adjuncti vero tam Facultatum quàm
Nationum Sederunt In Inferioribus Sedibus ad
pedes Decanorum et Procuratorum ex Senatus Consulto
Lato die 16ª Aprilis 1412. vIn hoc Commentarios
Relato fol. 229. vº Exequiis peractis horâ
circiter Sesquiquintâ pomeridianâ egressi sumus
è Choro, non post Curiam Subsidiorum ut factum
est die 1ª Septembris an. 1683. Sed post Curiam
Monetarum, quæ Sequebatur Curiam Subsidiorum
ac Demùm

ac demum ab Officiario Regio perducti sumus
in Aedes Sandionysiacas, in quibus Regali luxu
pro viginti Convivis prandium universitati
paratum erat in patentissimo Meridocio Recens
aedificato à sinistris, et hortum Respiciente. Ibi
quinque mensae extructae erant: In Interiori
Loco ad parietem adversum Epulabatur Curia
monetarum: à Dextris hujus Curiae, Universitas:
à sinistris Castelletum: Infra universitatem
praefectus Urbis parisiorum cum suis Aedilibus:
Infra Castelletum versus Ianuam, Electionis
Iudices. Assedimus eo quo Cuique libuit ordine,
nostris tamen Insignibus ornati, Ideoque non
satis commodè ad epulandum. Escas Inferebant
Helvetii è Regiâ Custodiâ, quas apponebat unus
è magistris epularum: Novem 1.° ossas diversi
Generis, quatuor promulsidariis ferculis sigillatim Circum-
Cinctas, et appositas Invenimus, sed subfrigidas,
quarum aliae Duos Capones; aliae duas Anates;
aliae quatuor pullos extantes ostentabant.
His exemptis, Illatae sunt totidem Amplae
paropsides pullis, Caponibus, perdicibus, Columbis,
Leporibus assis oneratae, et sigillatim Cinctae
quatuor Interjectis appetitûs Irritamentis; Denique
sublatâ omni Carne totidem omnis generis Bella-
riorum Grandes Cophini appositi sunt, Cincti pariter
quatuor Discis fructuum saccharo liquido Conditorum.
nihil ad splendorem defuit, sed defuit vinum ad
sitim in medio Convivio, adeo ut vix quisque tribus
aut quatuor Cyathis siccum Guttur potuerit
irrigare. J. Couvilliard Delaval.

Die veneris 25.ª octobris 1715. festivitas Divi
Romani quae in hunc diem translata fuerat
ex Conclusione lata Die 18.ª hujusce mensis, cum
solenni pompa Celebrata est. Mag.r N. Le Boue
in sexto ordine Collegii Harcuriani professor
orationem panegyricam habuit tersam, comptam
aptam temporibus, plenam latinitatis et elegan
tiarum, cujus haec partitio fuit, sanctitas quae
in Episcopo Requiritur ut prosit exemplo: et
scientia quâ Episcopus indiget ut verbo doceat,
peraeque in sanctissimo venerandae nationis
patrono enituerunt. J. Couvilliard Delaval.

Die Sabbati 26.a Octobris 1715. habita sunt Comitia praeclarae Facultatis apud Mathurinenses ad eligendos Censores; veneranda natio In Censorem suum assumpsit dignissimum virum Mag.rum Ludovicum Rouget Emeritum humanitatis professorem In monte Acuto.

J. Couvilliard-Delaval.

26 octobris 1715

Eodem Die habita sunt Gymnasiarchorum et professorum tam Emeritorum quàm actu Docentium venerandae nationis horâ primâ pomeridianâ In Harcurio ad distributionem aeris quod ex nunciatuum Reditibus percipitur, In quibus Ornat.sus procurator exposuit locationem nunciatuum venerandae nationis factam die sextâ decembris An 1709. Cum N. Colombier vades, et Authores habente DD. Pajot et Roüillier, Iam ad finem vergere. plura apposité subjecit Mag.r Joan. Desauthieux nunciatuum quaestor, quo audito, Rogatis, dictisque sententiis censuêre Gymnasiarchi, et professores Consulendos esse patronos, ut quid facto sit opus dignosceretur, et nominavêre deputatos ad Rem nunciatuum perficiendam, Ornat.ssum procuratorem Joan Couvilliard delaval Sap.sum prodecanum Mag.rum Franciscum Guenon; Mag.rum Guillelmum Dagoumer antiquum universitatis Rectorem, et Collegii Harcuriani provisorem et Mag.rum Joan. Desauthieux professorem Emeritum In Harcurio, et nunciatuum quaestorem; atque ita ab ornat.sso procuratore Conclusum est.

J. Couvilliard-Delaval.

Die Sabbati 9.a novembris 1715 habita sunt Comitia ordinaria venerandae nationis post sacrum horâ septimâ in Harcurio. exposuit ornat.sus procurator Mag.rum petrum Touraine Licentiatum Theologum, Tribulem venerandae nationis studiosissimum, Donatarium patrui sui, venerandae nationis quondam Decani dignissimi venisse ad se, et monuisse inter Tabulas dicti sui patrui Inventum fuisse fasciculum, compactum, Involutumque duplici papyro, et quatuor sigillis obvallatum, ne quid elaberetur: cujus Titulus extus aparens significat In eo Contineri certas quasdam Tabulas ad Rem nunciatuum pertinentes: Noluisse se pro sua In venerandam nationem fide et Reverentiâ

Inspicere

inspicere quid inesset, neque tradere cuiquam privato; sed postulare a veneranda natione, ut velit dictum fasciculum è suis manibus accipere et descriptionem fieri tabularum quæ in eo continentur, eumque in tabularium venerandæ nationis deferri, atque sibi in testimonium fidei dari conclusionem in qua enumerentur tabulæ quæ in dicto fasciculo conclusæ reperientur. Rogatis, dictisque sententiis censuit veneranda natio gratias esse agendas dicto mag.ro Touraine ob suum in venerandam nat. studium; traderet insuper dictus mag.er Touraine dictum fasciculum ornat.sso procuratori, qui descriptionem faceret tabularum in eo contentarum, et daret dicto mag.ro Touraine conclusionem qua pateret dictum fasciculum redditum fuisse venerandæ nationi, et ita ab ornat.sso procuratore conclusum est.

J. Couvilliard-Delaval.

Die octavâ decembris 1715. et pervigilio conceptionis Beatæ Mariæ virginis habita sunt comitia ven. nationis in Harcurio post vesperas. Mag.er N. Bartheaume Baccalaureus Theologus et prior Harcurianæ domus sistit se supplicem ut jure magisterii in artibus, et Baccalaureatus in sacra Theologia, admitteretur in gremium venerandæ nationis; censuit ven. natio dictum mag.rum Bartheaume esse admittendum, tum accessit ad sacramentum et juravit solito more se mores et instituta ven. nationis servaturum et reverentiam ornat.sso procuratori debitam habiturum.

J. Couvilliard-Delaval.

Die sabbati septimâ mensis martii 1716 habita sunt ordinaria comitia venerandæ nationis post sacrum peractum in sacello Harcuriano. In quibus magistri Joan. Thomas Fortin constantiensis, et Joan. Cheron Ebroicensis licentiati in artibus et in sacra facultate Baccalaurei stiterunt se supplices pro regentia et scholis jure magisterii in artibus, et Baccalaureatus, admissi sunt in gremium venerandæ nat. et jurarunt solito more se mores, jura, leges, et instituta venerandæ nat. servaturos, et debitam ornat.sso procuratori reverentiam habituros

hæc conclusio non est satis apta collocata.
J.C.D.

J. Couvilliard-Delaval.

Die 14.a Decembris 1715. habita sunt post sacrum peractum In Sacello Harcuriano Comitia Venerandæ nat. ordinaria quæ In hunc Diem Dilata fuerant propter pervigilium Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis, quo Die fit sacrum apud Dominicanos pro Incolumitate facultatis artium. Ornat.ssus procurator Retulit litem Intercedere Inter nationem Honorandam, et Mag.rum N. Duclos de portione Reditûs nuncia tuum, quam dictus Duclos ad se Emeriti stipendii Jure pertinere contendebat, licet Canonicatum Ambianensem et alia, ut aiunt, Beneficia possideret, quæ simul conjuncta mille librarum summam Reditûs superabant; Idque eo præsertim nomine dictum Duclos contendere quod deposuisset subinde Canonicatum Ambianensem, et transmisisset alteri: litem hanc Jam fuisse apud Prætorem Civilem In Castelleto parisiensi dijudicatam, et sententiâ latâ Die ..... Mag.rum Duclos causâ cecidisse, et Impensis fuisse multatum: dictum Duclos provocasse ad supremam Curiam: Jammodò In Senatu, supremo Judicio Rem fuisse dirimendam, et id quod Judicatum fuisset In commune præscriptum fuisse abiturum, nisi Mag.ri Dagoumer, et Desauthieux dignissimi Tribules venerandæ nat. et Rerum Academicarum perquàm studiosi audito forte fortuna periculo ex tempore cum Fidelissa picardorum natione huic causæ Intervenissent nomine Venerandæ nat.; Itaque se Jam petere vtrum Veneranda natio grata et Rata habeat quæ dicti mag.ri Dagoumer et Desauthieux In commune Bonum fecerunt. Rogatis dictisque sententiis vna voce conclamarunt omnes Venerandæ nat. Tribules, quotquot aderant, Gratissima sibi esse quæ viri Clariss.i et Rerum Academicarum peritiss.i fecissent, eosque nomine Venerandæ nat. Rogandos esse, ut Rem velint pro suo In Academiam studio ad finem usque persequi, atque ita ab ornat.so procuratore Conclusum est. J. Couvilliard Delaval.

Die 16.a Decembris 1715. post sacrum habita sunt Comitia Venerandæ nat. In Collegio Justitio hora septimâ matutina, In quibus mag.r Guillelmus Franciscus L'Hermite Collegii Harcuriani

Harcuriani Quintanus professor quadrumvir electus est. Tum praeclara Facultas Artium apud Mathurinenses convenit hora et loco solitis ad Eligendum Rectorem. Ampl.sus Rector mag.er De montempuys auditis supplicibus disseruit de eâ
1 Benignitate singulari quam Maximus Princeps Dux Aurelianensium Regni Custos In Academiam Parisiensem testificatus est, et legit Memoriale quoddam, Scriptum Gallico Idiomate, quod Documenta continebat unde posset Intelligi quo Jure, et quibus privilegiis Gymnasiarchi, et professores Collegiorum pleni, ut aiunt, Exercitii facti fuerint à Regibus nostris Domini et possessores nunciatuum; et quibus artibus, quibus Auctoribus Coacti fuerint ab Anno 1682. Accipere In Conductores suorum Nunciatuum eosdem publicanos quibus Datum est ex Cursoribus nunciis Regalibus, litteris que perferendis vectigal exercere: Tum Significavit patere viam quâ tandem possint Res praeclarae Facultatis eò procedere, ut Ascripto Certo et Immutabili Stipendio professoribus sine ulla Diminutione, Imò. Cum Incremento Emeriti Stipendii quod veteranis solvi solitum est, Credita Juventus gratis Doceatur; Itaque petivit à praeclara facultate, ut sibi liceret Rem tentare, et tentatam promovere, quantum In se est, fide tamen Interpositâ nihil se perfecturum nisi priùs ex una quaque natione viros selegerit Academia, quos habet plurimos utilitatis publicae et splendoris ~~Acade~~ universitatis studiosissimos, quibus cum Res et
2 Conditiones Communicet. Deinde exposuit Ampl.sus Rector se, et suo nomine et totius praeclarae facultatis artium Intervenisse liti quam mag.er Duclos Horandae Nat. Intentavit pro accipiendâ parte Reditus Nunciatuum Cujus Compotem se faciendum esse Emeriti Stipendii Jure Contendit, Dixitque Ampl.sus Rector id se propter Imminens Judicium fecisse Inconsultis Nationibus quas Convocare non licuit, Itaque Deliberandum esse In nationibus, Recte ne an perperàm fecerit; ac subinde Rogavit ut Grata et Rata haberentur quae Gessit In suo trimestri magistratu, et eo nomine sibi litt~~erae~~ Commendatitiae Decernerentur. Tum

Subjecit mag.er

subjecit Mag.^r Edmundus Pourchot universitatis syndicus, sibi et Ornat.^ssis procuratoribus nomine Mag.^ri Poirier denunciatum fuisse per accensum forensem diploma ineundæ provocationis a conclusione lata in comitiis Mathurinensibus die 9.^a octobris 1715 ad supremum senatum, et diem dictum fuisse. His ita expositis et missis in deliberationem discessere nationes in suum quæque comitium ut quid sentirent de his rebus, rogatis dictisque sententiis procuratores Ornat.^ssi ad commune tribunal facultatis artium referrent; sic autem censuit veneranda natio, grata et rata esse habenda quæcunque gessisset rector ampl.^ssus in suo trimestri magistratu, atque ideo litteras illi commendatitias quam honorificentissimas oportere decerni: laudandam esse maxime operam quam impendit in asserendo sufficienti stipendio, unde sit ut, et professoribus per honesta victus erogetur sine ulla diminutione, imò, cum incremento stipendii quod emeritis solvi solitum est, et commissæ juventuti gratis impertiatur doctrina salutaris; et nominavit veneranda nat. deputatos dign.^ssos viros Mag.^rum Guillelmum Dagoumer antiquum rectorem provisorem Harcurianum, et emeritum philosophiæ professorem, et Mag.^rum Joan. Desauthieux virum procuratorium et diligentissimum quæstorem nunciatuum quorum operâ et consilio, si qua in re indigeret, ampl.^ssus rector uteretur. De altero deliberationis capite sic censuit veneranda nat. sapient.^sse et per opportune factum ab ampl.^sso rectore cum intervenit suo et totius facultatis artium nomine liti quæ intercedit inter honorandam nat. et Mag.^rum Duclos, qui per fraudem videtur deposuisse canonicatum ambianensem, ut contra statuta sibi vindicaret nunciatuum portionem, quæ nulla est emeritis professoribus, quibus unum, aut plura, ut aiunt, beneficia mille librarum summam reditûs æquantia contigêre. postulavitque nat. veneranda à præclara facultate, ut, cum res sibi sit ejusdem prorsùs naturæ et momenti cum Mag.^ro Joanne Duhamel emerito professore, (qui curiam s.^tæ Magdalenæ in manus filii sororis suæ transtulit) velit præclara facultas huic causæ quoque intervenire. De tertio, quod retulit syndicus universitatis sic veneranda nat. statuit,

Rem quam

Rem quam Intentat Mag.er Poirier non esse Ornat.ssimum procuratorum nec Syndici, sed totius praeclarae Facultatis artium, et Impensis totius Facultatis gnaviter esse persequendam: Supplicibus omnibus Indulsit veneranda natio. his ita ab ornat.sso procuratore Relatis apud Tribunal praeclarae Facultatis artium, Ampl.ssus Rector omnes nationes ita Consentientes habuit, ut sine ulla varietate sententiarum Concluserit, Grata et Rata esse omnia quae à se gesta sint per trimestrem magistratum: Supplicibus omnibus esse Indulgendum: sibi permitti procurationem asserendi stipendii unde professoribus per honesta victus erogetur, et Commissa Iuventus gratis doceatur: totam praeclaram Facultatem artium Intervenire liti quam privatim tum Mag.er Duclos Honorandae nationi, tum Mag.er Duhamel venerandae, tum etiam Mag.er Poirier Ornat.ssis procuratoribus et Syndico Universitatis Intentavit, et Rem quamque gnaviter esse persequendam.

J. Couvilliard-Delavall.

5 Die primâ Februarii 1716. habita sunt Comitia venerandae nationis post sacrum horâ septima matutina In Harcurio, In quo Clar.ssus vir Mag.r Guillelmus Dagoumer Harcurianae palaestrae provisor et Gymnasiarchus, et venerandae nationis ad Rem nunciatuum tum promovendam, tum perficiendam Deputatus exposuit Annuente Ornat.sso procuratore, se multa legisse Instrumenta Deprompta ex Bibliotheca Harcuriana à Dign.so viro Mag.ro Basselin philosophiae professore In Grassinaeo, et Dictae Bibliothecae quondam Custode atque etiam nunc Claves habente, quibus Instrumentis potest Res nunciatuum certò confirmari; sed esse forsan et alia In Tabulario venerandae nat. quod quatuor Clavibus obseratum perstat In Sacrario Collegii Harcuriani, Itaque videri sibi Reserandum esse dictum Tabularium, ut Inde eruatur, quidquid potest In Re tanti ponderis lucem afferre et authoritatem; Ornat.ssus verò procurator addidit unam ex quatuor Clavibus esse In manibus Mag.ri Joan. Duhamel ven. nat. Decani In villâ Iuriacâ Commorantis. itaque videret veneranda natio quid facto esset opus. Rogatis dictisque sententiis Censuit.

Veneranda natio

veneranda natio non esse amplius procrastinandum
in re quæ per se ipsa urgebat quam maximè
et per accensum forensem faciendam esse ex jure
appellationem dicto Mag.ro Duhamel, ut die dicto
ab ornat.sso procuratore aut ipse adesset aut clavem
mitteret venerandæ nationi, quod faceret si remueret,
aut differret, seram esse refigendam; atque
6 ita ab ornat.sso procuratore conclusum est

J. Couvilliard-Delaval.

7 Die tertiâ Martii 1716. habita sunt
extraord.ria comitia Gymnasiarchorum et
professorum venerandæ nat. in Harcuriô horâ
sesqui meridiana in quibus Clar.sus vix Mag.r
Guillelmus d'Agoumer collegii Harcuriani
provisor et venerandæ nat. deputatus ad
rem nunciatuum ita pertractandam et
promovendam, ut ex eo reditu, si fieri posset
id stipendii singulis professoribus attribueretur
quo et vitam honestè sustentare, et juventutem
sibi commissam gratis docere, et sine dedecore
liceret, retulit annuente ornat.sso procuratore
se vocatum fuisse die 1.a hujusce mensis ad
ampl.ssum rectorem cum procuratoribus, et
deputatis aliarum nationum; ibi actum esse
de re nunciatuum: ampl.ssum rectorem
exposuisse se vocatum fuisse non semel ab
illustriss.o duce de Noiailles, illius concilii
præside in quo res ærarii disceptatur; et
bonâ fide confessum fuisse se non pro
universâ facultate artium, sed pro natione
tantum suâ gallicanâ egisse, ut, omissâ
gratis docendi conditione ad quam omnes
nationes conspirare videbantur, et veneranda
natio totis animis ferebatur, reditus nunciatuum
amplificaretur ad privatam utilitatem
omnium Gymnasiarchorum et professorum
nationis honorandæ qui docent in collegiis
pleni, ut aiunt, exercitii, non ad publicam
utilitatem juventutis gratis edocendæ;
dictum illust.ssum ducem de Noiailles dixisse
sibi rectori hanc mentem esse et voluntatem

maximi ducis

maximi Ducis Aurelianensium Regni Custodis
vt ne Nunciatus Universitatis apud alios
conductores, quàm apud Regiorum Nunciatuum
Redemptores pacto contractu Collocarentur: —
Injunxisse Insuper, ut proponeret ampl.mus Rector
præclaræ artium Facultati an pro totâ
summâ Reditûs annui qui ex nunciatuum
locatione omnibus et singulis nationibus provenit,
vellet accipere Sexaginta millia librarum Inter
nationes dividenda, sed ea conditione ut hæc
summa pecuniæ In commune accepta spem
omnem Rescinderet amplificandi deinceps
nunciatuum Reditûs, et Divideretur Capitatim
Inter professores, aut æqua portione Inter
nationes; Deinde Ampl.mum Rectorem subjecisse
alia Capita (quæ infra leguntur): post longam
Disceptationem consensisse tandem Deputatos
ut ampl.mus Rector omnia Deliberationis Capita
ornat.mo cuique procuratori Scriptis exarata
traderet, ut singulis nationibus proponerentur.

Cum ornat.mus procurator legit hæc capita
Gallicè descripta, ad se, et ad singulos procuratores
missa ab amplissimo Rectore quorum hæc
verba sunt.

„ Declarer a m.rs les principaux et Regens
„ des colleges de l'université les choses qui
„ suivent.

„ 1.o Leur Declarer que son Altesse Royalle
„ a fait dire au Recteur de l'université par
„ mons.r le Duc de Noailles que son Intention
„ est que les messageries de l'université —
„ soient tenues par les fermiers du Roy.

„ 2.o Leur Declarer que S. A. R. a fait
„ proposer au même Recteur une somme de
„ 60000.tt par année pour toutes les messageries
„ de l'université en entier ce qui fait une
„ augmentation de pres de 12500.tt par
„ dessus les Baux derniers qui ne montent
„ qu'a quarante-sept mille six, ou sept cents
„ livres

„ 3.o Leur Declarer que sur la Representation
que le Recteur

" que le Recteur a faitte a monsr. Le Duc de
" Noailles que le partage de cette Somme de
" 60000.tt pouvoit avoir de la difficulté et faire
" naître quelques Contestations entre les quatre
" Compagnies de la Faculté des Arts, monsr. le
" Duc de Noailles avoit dit audit Recteur
" qu'il écrivoit a monsr. le procureur General
" pour le charger de Regler les Compagnies là
" Dessus en cas d'opposition de sentiments. —
" Demander sur ces articles les avis de mrs
" les principaux et Regents, attendu que le
" Recteur n'a point voulu prendre sur luy
" d'y Repondre, au moins aux deux premiers
" articles avant d'avoir consulté les Compagnies
" primo leur demander s'ils se soûmettent
" a passer des Baux avec les fermiers de sa
" majesté.
" 2o. S'ils acceptent l'offre de 60000.tt pour
" la totalité des messageries.
" 3o. Sçavoir comment ils veulent Repartir
" La Dette Somme de 60000.tt par chacun an.
" 4o. comment ils veulent en passer le Bail
" et Representer la Dessus que la Repartition
" du produit des messageries peut se faire en
" trois manieres.
" La 1ere seroit de partager cette Somme
" entre les quatre nations par Rapport aux
" fouls Baux des messageries qui appartiennent à
" chaque Nation
" La 2e maniere seroit de partager seulement
" l'augmentation de ladite Somme de pres de
" 12500.tt entre les quatre nations au sol la
" livre comme il est arrivé en 1696.
" L'une et l'autre maniere convient en ce
" que le partage du produit des messageries
" se feroit Selon la distinction faitte entre
" les quatre nations
" Il y a une 3e maniere qui seroit de
" partager (viritim) le produit total des
" messageries eu egard seulement au nombre
" des principaux et Regents des Colleges de plein
" exercice y Compris les Emerites
" Si ce 3e plan étoit suivi il faudroit
pourvoir par

„ pourvoir par vn meme Acte Convenu entre
„ Les Nations, et qui seroit omologué au
„ parlement a Cegue le temps Requis pour
„ L'Emerite fût le même dans les quatre
„ nations, et fixé à vingt Années, comme
„ Il est dans les nations de France et de
„ Normandie; Il faudroit D'ailleurs qu'il fût
„ fait vn Seul et vnique Bail signé par les
„ procureurs, et Les deputer de chaque Nation
„ chacun pour Les messageries de Leur Nation.

In eo Cùm Venerandæ Natio Cognovisset vanam esse omnino quam Conceperat Spem procurandæ vtilitatis publicæ, et Amplificandi Splendoris Academiæ parisiensis gratis docendo Juventutem (quod Sincero animo, votisque omnibus appetiverat), Rogatis Dictisque Sententiis Nemine Refragante Sic Censuit nihil novandum esse In Renunciatum, Sed vna omnium Animorum Inclinatione obtemperandum voluntati Maximi Ducis Aurelianensium, Regni Custodis; ac proinde Locationem Nunciatuum Venerandæ Nationis quàm promptissimè cum Regiorum Nunciatuum Redemptoribus esse paciscendam; atque ita ab ornatiss.
8 // procuratore Conclusum est.

J. Couvillard-Delaval.

Die Septimo mensis martii 1716. habita sunt Comitia ordinaria Ven. Nationis In Sacello Harcuriano horâ Septimâ, In quibus Ornat.^us procurator Retulit sibi per Accensum forensem Denunciatum fuisse Nomine N.... Mercier fabri lignarii qui operam et ligna præstitit In Reædificanda domo ad Ven. Nationem pertinente, et sita In via (Galande) fore, vt dictus Mercier non staret Judicio D. Mererets Jurati Inter Cives materiæ et operæ fabrorum æstimatoris, quoniam dictus D. Mererets diutius procrastinavisset et postulare dictum Mercier ut Veneranda natio sibi solveret id quod solvendum superesset pro materia et opera à se collata ad Reædificandam dictam domum; quod si fieret, Vadimonium obiret

vadimonium obiret Ven. natio apud praetorem
Civilem in Castelleto. His ita propositis Ven.
natio plus satis intellexit Cæteros operarios
quorum erat in ære ejusdem Domus Reædificata
causa, hac viâ jammodò processuros, nisi aliqua
ex parte iis satisfieret; Cum autem exhaustum
ærarium nihil suppeditaret unde horum ce
hominum clamoribus mederetur, Rogatis, Dictisque
sententiis censuit uno ore dandam esse potestatem
et dedit Fidelissimo quæstori Roberto Barençon
magro Jacobo Courteille Emerito professori,
et aliis deputatis versuram faciendi, et
assumendi, unde possent assumere ad scanus,
summam pecuniæ ad tria millia Librarum
unde plane dictis operariis satisfieret, et ita
ab ornatmo procuratore Conclusum est.

J. Louvilliard-Delavalt.

his comitiis magri Joan. Thomas Fortin, et Joan.
Cheron admissi sunt in Gremium Ven. nat. ut leg. fol. 279. Rect.

J. C. D.

Die 29a mensis martii 1686. sacris peractis
horâ septimâ matutinâ habita sunt Comitia Venet.
nationis in Sacello Harcuriano; in quibus ornatus
procurator antequam purpuram dignissimo suo
successori transmitteret Retulit Amplissimum
Rectorem convocatis ad se viris Academicis ex unâ quaque natione
qui Deputati fuerant ad rem D. Cancellariorum
procurandam et jura Rectoriæ Dignitatis defendenda
" proposuisse, An placeret retinenda Concordia causa
" vocari posse Cancellarios ad Theses publicas, ut jam
" fieri consuevit, si modò instrumento publico priùs
" declaraverint dicti Cancellarii se honorem Amplo
" Rectori debitum delaturos: ita ut quotiescunque
" actibus illis publicis amplus Rector interverit, postquam
" licentiæ Benedictionem contulerint, pileum ipsi
" tribuant, ut illum capiti licentiati artium imponat.
" quòd si id præstare recusaverint, An liceret sine
" perjurio cuiquam ex philosophiæ professoribus dictos
" Cancellarios ad Theses publicas vocare, aut illi ex
" Examinatoribus cum iis Examini in publicis actibus
" celebrandis interesse: Deinde amplum Rectorem
" postulavisse à Deputatis ut rem his verbis singuli
suis ordinibus proponerent, et fieret ab unaquaque
natione, hac super re Conclusio. His ita propositis
Rogatis dictisque sententiis censuit tota Veneranda

natio, retinenda

natio, Retinendæ Concordiæ Causa vocari posse Cancellarios ad Theses publicas, ut jam fieri consuevit, si modò Instrumento publico priùs declaraverint se honorem Ampl.ssio Rectori debitum delaturos: ita ut quotiescunque actibus illis publicis Ampl.ssus Rector intererit, postquam Licentiæ Benedictionem contulerint pileum Ampl.ssio Rectori tribuant, qui illum Capiti licentiati artium imponat; quod si id præstare dicti Cancellarii recusaverint neminem ex philosophiæ professoribus posse sine perjurio ad Theses publicas eos advocare; nec licere cuiquam ex Examinatoribus cum dictis Cancellariis Examini in publicis actibus celebrandis interesse atque ita ab Ornat.ssio procuratore conclusum est.

J. Louvilliard-Delavals.

Deinde Ornat.ssus procurator mox purpuram depositurus his verbis postulavit, ut ne sibi contra instituta majorum continuaretur honos, quem plurimi contribules continuari volebant.
„Devenimus tandem ad finem hujus magistratûs
„quo nos hoc anno voluistis esse decoratos. longum
„satis honoris spatium, si rectè; longius, si perperàm
„usi sumus. utinam licuisset peragere quæ optimi
„viri nobiscum in rem vestram, et ad utilitatem
„publicam tam sapienter meditabantur! sed, quàm
„rara sit inter laudis æmulos, et ejusdem
„patrimonii participes concordia, si non ante, jam
„plus satis experti sumus. incidimus in ea tempora
„quæ propter infestam quorumdam hominum
„voluntatem, nec vestris rebus oportuna, nec
„nostris votis accommoda fuerunt: fuit hoc
„nostræ artis ea sic transmittere, ut, ne quid
„vestræ res detrimenti, neque quidquam
„remissionis jura vestra paterentur. fecimus,
„ut debuimus non quod libuit, sed quod licuit,
„non marte nostro, sed ex consilio venerandorum
„tribulium, quorum fides, studium, prudentia
„lucem nobis prætulerunt eam quæ nos certo
„pede perduxit, res vestras a periculo sine ulla
„offensione servavit. integra sunt omnia postquam
„ergo bene precati fueritis piis manibus Joan.
„Rohannæi in hoc vestro ordine quondam decani,
„et hujus quod modo oblatum est sacrificii, fundatoris
„beneficentissimi, eligite virum gnavum, vigilantem,
amantem ven.

„ amantem ven. nationis qui felicius (si potest
„ de se præstare felicitatem) cuncta promoveat.
„ Offert se vobis vir Dig.^{tus} D. Renault progymnasiarchus
„ Harcurianus, licentiatus Theologus. Is est quem
„ inter multos sua in venerandam nationem Reverentia
„ commendat; spes est fore ut id unum velit,
„ constanti que animo prosequatur quod vestris temporibus
„ utilius occurrerit. Eligendus est insuper quadrumvir
„ qui fasces Rectorios proroget ampl.^{sso} Rectori.
„ In more positum est, ut procurator decedens
„ hoc quadrumviratûs munere fungatur; at,
„ præter quam quod non Eget noster animus hoc
„ beneficio, ut vestræ benignitatis æternum Recordetur;
„ Imbecilla vis poplitum quæ diu stare Corpus
„ non patitur, nihil nisi otium, et, ut ita dicam,
„ supersessionem Respicere sinit: Itaque alium
„ eligité qui hoc munus possit decentius obire.

Tum stiterunt se supplices dictus mag.^{r} Renault
licentiatus Theologus pro munere procuratorio:
mag.^{r} Tussanus Deffriches licentiatus Theologus
pro quadrumviratu; et mag.^{r} petrus Joan. Durand
de Missy nobilis Rothomagensis Baccalaureus
Theologus pro Regentia et Scholis. Audito æquiss.^{o}
censore et Rebus missis in deliberationem, ven.
natio honorificentissimas egit ornat.^{sso} procuratori
gratias, ob munus procuratorium sapientiæ
gestum quàm feliciùs et elegit in novum procurat=
orem dictum Mag.^{rum} Renault; Jussit que procurat=
orem decedentem ex munere procuratorio,
quadrumviratum obire, licet propter debilitatam
valetudinem ille Reluctaretur; et dictum mag.^{rum}
Durand de Missy Jure magisterii in artibus et
Baccalaureatûs in sacra facultate censuit
in venerandum ordinem, esse admittendum, atque
ita ab ornatissimo procuratore conclusum est

J. Couvilliard-Delavall.

Acta

Venerandæ Normanorum Nationis.

Procuratore Richardo Regnault, Presbytero Bajocenſi, S.F.P. Licentiato theologo — è Domo et Societate Harcurianâ: Capellano Ven. Nat. die 2 junij anni 14 electo; Progymnaſiarcho Harcuriani Collegij; — & antiquo Venerandæ Nationis Cenſore.

Examinatore candid. Bac. in Artib. an. 1707. Pontif. et concionatore in feſto S. Romani, et in conceptione B.M.V. Quadrumviro 23 jun. 1712.

a die 24 Martij anni R.S.H. 1716.

Die 24ª Martij an. 1716. Comitiis ordinariis manè poſt Sacrum habitis in Sacello Harcuriano, ita omnium tribulium commuui ſuffragio et unanimi conſenſu renunciatus ſum Procurator, ut ſi qui anteà contribules Magiſtro De la val jam ex munere Procuratorio decedenti honorem continuari voluerant, illi hodiernâ luce viſi omninò non fuerint in eâdem perſtare ſententia. Conceptis et conſuetis verbis præſtiti ſacramentum; deinde indui purpuram et ſedi in Solio Procuratoris; poſtea vir clariſſimus Magiſter Couvillard De la Val Exprocurator, omnium votis factus Quadrumvir commune mihi dedit juſjurandum. Demum brevi oratione quas potui Venerandis tribulibus egi grates, habiturus immortales.

R. Regnault p.

+

Eadem die, horâ 10.ª matutinâ in comitiis præclaræ Facultatis Artium apud Mathurinenses habitis — Amplissimus Rector exposuit quæ potissimum gesserit tribus proximè elapsis mensibus, et præsertim quomodo per apparitorem denunciaverit Magistro Poirier in Collegio Marchiano Professori ne (contra conclusionem Præclaræ facultatis Artium latam in comitiis generalib.º die 10. octob. an. 1715) Exrectoris nomen usurparet; quomodo eam denunciationem Magistro De la pierre Sacræ facultatis Doctori, et Gymnasiarcho Marchiano, atque etiam illi ex M.ⁱ Poirier auditoribus, qui thesim jam typis mandatam, in quâ dictus Professori titulus ExRectoris adscribebatur, propugnaturus ferebatur, intimandam curaverit, et foribus Logicæ Marchianæ affigendam. postea quatuor accessere supplices; tribus postulantibus ut qui in describendis nominibus suis error ++ irrepserat corrigeretur, indultum est; quartus, qui postulabat ut ex octodecim mensibus, quibus Logicæ studuerat, sex pro studio Physices, cui per sex tantum menses operam dederat, computarentur; unanimi omnium nationū consensu rejectus est. Confirmatus est lectissimus Quadrumvir Magister Joannes Couvillard de Laval manè electus. Natio veneranda grata et rata habuit ea, quæ per trimestrem magistratum ab Amplissimo Rectore gesta sunt iis exceptis, quæ circa reditus nunciatuum gessit inconsultis ejusdem ven. Nat. Procuratore et deputatis, + et quidem contra Senatus consultum seu decretum interpositum anno 1679. Hanc suæ Nationis sententiam cum retulisset ornatissimus Procurator, Rector Amplissimus qui ex ~~officio~~ R.R. integram cujusque Nationis sententiam ex officio tenetur referre, omisit hæc posteriora verba Exceptis iis quæ circa reditus nunciatuum gessit inconsultis ejusdem ven. Nationis Procuratore et Deputatis. Sic nullam fecit exceptionis mentionem. Post comitia fidelissimum scribam admonuit ornatiss. Procurator ne quid inter scribendum omitteret eorum, quæ a se procuratore ad Academicum Tribunal relata fuerant nomine Nationis venerandæ; exceptionem verò supradictam iisdem verbis quibus eam ornatiss. Procurator expresserat, in commentariis Universitatis esse exprimendam, licet eam reticuerit Ampliss. Rector sententias nationum resumendo, sic meminimus et legimus anno superiore die 23 Martij factitatum. Iisdem in comitiis natio veneranda deputatos nominavit Procuratorem suum et Exprocuratorem qui simul cum Deputatis aliarum nationum postulationi Magistri Chaudieres, in sacrâ facultate Doctoris, annuerent, si ita expedire videretur, et summâ auctoritate rem absolverent. postulabat autem vir ille de Academiâ Parisiensi bene meritus, ut sibi litteræ Magisterij in Artibus concederentur communi suffragio et auctoritate nationum, et si probare non posset ex primis Actuum Honorandæ nationis perscriptionibus, quæ perierunt, se anno 1658 Magisterium in Artibus fuisse adeptum.. Demum fasces Rectorij summo omnium consensu prorogati sunt M.º Gabrieli Petit De Montempuys Philosophiæ Professori Emerito in Collegio Sorbonæ plessæo.

R. Regnault p.

++ levis in catalogis R.R.

24 martii 1716

+ nempe Senatus consultum latum anno 1679, die 12.ª Januarij Nationes Gallicam, Picardicam et Germanam (quæ postulabant ut summa quæ ex nunciatibus locatis Academiæ quotannis provenit, divideretur æquâ portione inter nationes omnes, aut capitatim inter gymnasiarchas et professores) a suâ spe depulit, voluitque nationē venerandam Normanorum suo assignato sibi, ex Regum antiqua concessione, reditu nunciatuum, quasi proprio fundo potiri. R.R.

10

(24 martii 1716)

Die 29 Maij ornatiss. Procurator et exprocurator Venerandæ nationis cum aliis proceribus Academicis in negotio M.ⁱ Chaudieres Deputatis, apud Amplissimū Rectorem horâ 5.ª pomeridianâ congregati, litteras Magisterij in Artibus prædicto Magistro concedendas censuerunt

R.R.

n.º Martij

fuerunt, visis priùs et perpensis Decennij litteris ab ipso M. Chaudieres exhibitis, item lecto et examinato quodam diario manu patris M. Chaudieres exarato, in quo mentionem fuit laureæ Magisterij a suo filio partæ, denique audito Mag. Morus Anglo viro Rectorio, qui præsentem se adfuisse testatus est cum dictus Supplex laureâ Magistrorum in artibus donatus est. R. Regnault p.

Die 4ª Aprilis an. 1716. In comitiis menstruis horâ 8ª mat. habitis in Sacello Harcuriano, Dixi ego Procurator me fando audiisse a pluribus illustrissimum Ducem de Noailles illius concilij præsidem, in quo ad erarium pertinentia negotia disceptantur, dictisque judicem assiduis quorumdam è Gallia, è Picardicâ, et Germanicâ natione Magistrorum salutationibus et supplicibus libellis sollicitari et instigari, non ut gymnasiarcharum et Professorum stipendium augeatur, quò possit commissa juventus gratis edoceri, sed ut Secretoris Consilij feratur dictum edicto Supremæ Curiæ an. 1679. omnino contrarium, quo proinde nationes omnes, ex quibus constat facultas Artium Præclara, jubeantur totam summam quæ ex locatione nunciaturum unicuique nationi quotannis provenit, in commune accipere et æquâ portione singulis Gymnasiarchis et Professoribus, cujuscunque sint nationis, distribuere. Postea compellavi clarissimum virum Mag^num Guillelmum Dagoumer Provisorem Harcurianum, Antiquum Rectorem, Philosophiæ Professorem Emeritum, in Harcurio, vener. Nationis Deputatum die 16 Decemb. 1715. nominatum ut pro suo in Academiam Parisiensem et in nationem venerandam studio, proque singulari suâ in rebus Academicis promovendis peritiâ negotium ad nunciaturum reditum pertinens curaret cum aliis Deputatis; Compellavi, inquam, ut quæ ipse gesserat, quæ de imminentibus Vener. Nationi periculis hesternâ luce resciverat, Tribulibus Venerandis exponeret. Tum multa retulit ex integro, quæ nonnisi attoniti audivere Contribules, imprimis verò illud quòd heri ab illustrissimo Supremi Senatûs Principe audiverat, nempe rem illam, quæ ad nunciaturas pertinet, propediem esse dijudicandam. hinc sentimus nationes alteras velut actis cuniculis vem ad optatum sibi exitum tandem perdu duras nisi Veneranda Natio, quæ suo jure fveta, suisque munita Supremæ Curiæ edictis huc usque tranquilla constitit, his temporibus ut olim Invidorum conatibus vehementer obsistat. Quapropter rogatis dictisque sententiis, hæc una mens omnium fuit, hæc sententia, ut ijdem Deputati Mess. Dagoumer et Desauthieux hoc negotium gubernarent pro suâ prudentiâ, atque hâc ipsâ die Supremi Senatûs illustrissimo Principi nomine Ven. Nationis libellum Supplicem offerrent ne quid statuatur contra nostrum jus et nostra privilegia nobis non auditis, atque ita à me Procuratore conclusum est. R. Regnault p.

Eodem die horâ post meridiem 1ª habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum apud Amplissimum Rectorem in Collegio Sorbonæ Plessæo, in quibus composita est lis quæ inter quosdam è Natione Germanorum constantissimos viros ex non benè intellectis ejusdem nationis Statutis orta fuerat. Quod non ita pridem, hoc hodiernis comitiis constitutum est, nempe ex viginti antiquioribus magistris, quibus

R. R.

Conflatur Natio Constantissima decem debere assumi è tribu Insularium et totidem è tribu Continentium, adeo ut si deficientibus indigenis in tribu Insularium v.g. ad supplendum numerum denarium tres quatuorve ex continentibus cooptati fuerint in dictam tribum Insularium, illi supervenientibus indigenis totidem seu Insularibus, ab ea tribu recedere teneantur. R. Regnault. pl.

Die 21 Aprilis an. 1716. Habita est Synodus Academica apud Maturinenses ab Amplissimo Rectore M. Gabriele Petit de Montempuys; Sapientissimis Decanis, nempe M. Hiacynto Ravechet Decano Theologiæ, M. Carolo Le Sachet Decano Jurium, M. Joanne Baptista Doye Decano Medicinæ; et ornatissimis Procuratoribus, nimirum M. Michaele Godeau honorandæ Nationis, M. Antonio De Bacq nationis fidelissimæ; M. Richardo Regnault nationis Venerandæ et M. Jacobo Mercier Constantiss. Nationis, Successore M. Joannis Antonij de Nevenstein Argentinensis Diaconi, Abbatis...

Comparuerunt M. Joannes Choart Doctor theologus, Rector Ecclesiæ Parochialis Sancti Germani veteris, Mag.er N. Labbé Rector Ecclesiæ parochialis Sancti Andreæ; absfuit Mag.er N. Berbis Rector Ecclesiæ Parochialis Sanctorum Cosmæ et Damiani, eum jam multos dies propter infirmam valetudinem lecto teneri testatus est M. Edmundus Pouvchot Syndicus. Comparuere et alij Universitatis Beneficiarij, ex quibus M. Lorey antiquus Rector, iterum exposuit (ut anno proximè elapso die 30 Aprilis expositerat) se frustrà adiisse ad quosdam magistratus et antiquas rationes Summæ Computationum cameræ consuluisse, ut reditus suæ Capellæ quotannis addictos perciperet; rem in se recepit Rector amplissimus. Isdem in comitiis N. Valere et Antonius Huqueville ad Universitatem accessere supplices ut duo ex officiis librariorum et typographorum, quæ numero viginti quatuor ad Academiam pertinent jure perpetuo, sibi concederentur; prior supplex admissus est et præstitit Sacramentum, posterior in aliud tempus dilatus est donec constet eum satis scire latinè, ut librarij officium sine suo incommodo, sine nostri dedecore possit exercere. R. Regnault pl.

Die 2.a Maij an. 1716. Sacris de more peractis habita sunt comitia menstrua in quibus actum est de instauranda locatione domûs in via Straminum sitæ, et ad Nationem ven. pertinentis, in quâ habitat D. Huart litium in supremâ curiâ Procurator. Monuit Quæstor fidelissimus elapsum jam esse mensem et amplius, ex quo dictam domum proscriptis tabellis locandam juste ven. nationis vulgavit, neminemque fuisse repertum qui Summæ mille ducentarum libellarum, quæ jam ab ipso D. Huart offerunturlocationis pretium, aliquid addere vellet; præterea multos domûs parietes tabulis nuper vestitos, et fores artificiosè compactis axibus elaboratas sumptibus dicti D. Huart, aliaque domûs ornamenta ab ipso mox esse auferenda, si aliò migrare contigerit. denique si alteri inquilino domus locetur, novas impensas etsi non necessarias a venerandis tribulibus esse faciendas. re a me Procuratore in deliberationem missâ, censuit natio Veneranda meundo locationis contractui moram aliquam adhuc esse afferendam, interim domum lustrandam esse a deputatis, qui impensas omnes et singulas—

a D. Huart ad ornamentum domûs factas accuratè in chartâ describerent, cui chartæ seu memoriali subscriberet ipse D. Huart, et ejus filius cum suâ uxore, et postea dicti inquilini scripto profiterentur impensas illas in usum et commodum ven. Nationis cessuras cum anni effluxerint instaurandæ locationi mox assignandi. Rogavit ven. Natio Procuratorem ornatiss. Sapientiss. prodecanum, integerrimum censorem fideliss. Quæstorem et Deputatos MM. Couvillart de la val et Courteil ut hoc negotium omne curarent, et ita a me procuratore conclusum est. — R. Regnault p.

Eodem die 2° Maij horâ post meridiem 1ª habita sunt comitia menstrua Deputatorum Universitatis apud Ampliss. D. Rectorem, in quibus multi pro litteris Nominationis accessere supplices et admissi; postea Quæstor fidelissimus Universitatis Mr. Billet vir Rectorius dixit dominum Meinon Publicanum, Regi a consiliis, velle emere domum in viâ quæ dicitur minorum Augustinensium sitam in fundo Academico; monuit Deputatis hanc olim fuisse impositam legem ne plusquam tertiam partem consuetum obventionem de jure clientelari remitterent emptoribus, et pariter ne minus exigerent quam duodecim denarios in singulas libellas. Auditus est Mer Edmundus Pourchot Syndicus, qui dixit hoc esse in more positum ut de jure clientelari octo denarij remitterentur; addidit insuper nihil moræ esse afferendum tali emptori neque debere ab eo exigi ut Deputatos adeat. Nullo reclamante conclusit Amplissimus Rector unum assem pro emptione dictæ domus (si contingat) debere exigi in singulas libellas persolvendas. Deinde qui nuperrimis comitiis in aliud tempus rejectus fuerat supplex pro librarij officio admissus est. Iisdem in comitiis Mer Joannes Baptista Doye Saluberrimæ facultatis Decanus declaravit quam ægrè tulerit sibi per accensum forensem a Procuratore honorandæ Nationis significari ut vacanti uni è Capellaniis Savosianis per obitum Magistri N. Barbier Bellovacensis, à Saluberrimâ facultate aliquem nominandum curaret, et Eminentissimo Cardinali Noallio Archiepiscopo Parisiensi præsentandum reposuit honorandæ Gallorum Nationis Procurator ideo se hanc tenuisse agendi rationem quod pluribus Honorandis tribulibus visa fuisset Saluberrima facultas datâ operâ moras nectere. Tum Mer Pourchot Syndicus postulavit ut hodiernis comitiis aliquid statueretur, aut potius statuta confirmarentur, ne deinceps redeuntibus uniuscujusque ordinis vicibus Nominationes procrastinarentur. At statim Mager Doye reclamavit se intercessurum si quid hâc occasione statueretur deinde pacato animo postulavit ne qua mentio hujusce querelæ fieret in commentariis Universitatis, et promisit à se propediem cogendam esse facultatem Saluberr. ut dictæ Capellaniæ Capellanum provideret. Postulationi omnes annuere Deputati. R. Regnault p.

Iisdem in Comitiis actum est de lustrandis frequentiùs collegiis deinceps, ex eo quod multa ex ejusmodi lustrationibus commoda enumerentur. Die Mensis Martij proxime elapsi ultimâ lustrarunt Deputati Collegium Cardinalitiũ;

RR.

M. Leullier Doctor in theologiâ, dicti collegij Magnus Magister, et Socij domûs Cardinalis numero decem et octo, decentibus togis ornati Amplissimum D. Rectorem et Deputatos honorificentissime excepere unt et plaudentibus Collegij alumnis, convictoribus et cæteris discipulis, deduxerunt anà cum Professoribus primò in Ecclesiam, deindè in cubiculum dicti Magistri Leuillier ubi auditâ à Magno Magistro, Priore, et Sociis et Professoribus in acta relata sunt a fideliss. Scribâ; tum perscriptis actis subscripsere dicti Magistri domûs Cardinalis; denique Amplis. D. Rectorem et Deputatos, obtervantiæ et reverentiæ significandæ causâ, ad majorem Collegij januam, ubi eos exceperant pulsantibus campanis, et conclamantibus ac gestientibus lætitiâ pueris reduxerunt. R. Regnault p.

Die 8ª Maij. Lustrata fuere ab Amplissimo Rectore et Deputatis Collegia Bellovacense, et Prellæum. in priori vigere studia, disciplinam Academicam, frequentes esse ad pietatem institutiones et christianæ legis capitum explicationes deputati comperere unt: in posteriori deprehenderunt languere et frigescere studia Bursariorum nullas fieri aut varas ad pietatem hortationes diebus dominicis et festis, statis horis vbi divinam non semper fieri, nec eadem horâ quotidie aut preces matutinas serotinas ve communiter fieri, aut januam aperiri vel claudi. Quapropter consuerunt reprehendendos seriò esse duos Capellanos, quorum alter Primarius, Procurator alter nuncupatur, altori hoc vitio verterunt et quidem meritò quod crudeliter humanus nullam a discipulis exigeret studiorum rationem aut variùs id præstaret, altori verò quod non sat sedulo ad pietatem familiaribus institutionibus, ut et exemplo discipulos alumnos ve suos informaret. his et aliis animadversis, per os Domini Rectoris denunciarunt dictis Capellanis eos pœnis Academicis mulctandos nisi Statuta à Deputatis anno 1709 ad usum Collegij Prellæi confecta observarent et a Bursariis observanda curarent diligentiùs: et ex ipsis aliquos brevi ad Academicum tribunal fore vocandos ad reddendam studiorum rationem. R. Regnault p.

Die 9ª Maij an. 1716 Sacris in translatione Stⁱ Nicolai peractis, habita sunt comitia ab ornatissimo Procuratore heri indicta post Vesperas. Natio veneranda hanc provinciam fidelissimo Quæstori Suo demandavit, ut locationem domûs in quâ habitat D. Stuart, cum ipso D. Stuart ejusque filio instaurandam a notario Publico curet sub conditionibus die 2ª Maij constitutis, quarum præcipua est, ut quæ a D. Stuart impensa facta sunt ad dictæ domûs ornamentum, ea quasi a Ven. Natione facta deinceps habeantur. Insuper annuit et vult Ven. Natio ut in anteriori triclinio seu cœnaculo solum antea sectis lateculis stratum axibus compingatur suis ipsius impensis, item fores januæ, quâ ex hoc cœnaculo in aliud transitur, antepagmentis artificiosè vestiantur juxta postulationem D. Stuart. Impensarum in dictâ domo faciendarum descriptionem seu memoriale a Deputatis factum et oblatum probat. R. Regnault.

Die 14ª Maij an. 1716 horâ 1ª pomeridianâ Comitia a nobis extra ordinem indicta, in aulâ Flarcuriana habita sunt, in quibus Ven. Tribules quotquot aderant subscripsere contractui inito cum D. Stuart.

R.

litium in suprema curia procuratori et ejus filio. Cum auditus est M. Guillelmus Dagoumer Provisor Harcurianus, qui de iis accurate retulit, quæ acta sunt coram nobilissimo Supremi Senatûs principe et D. Procuratore Catholico circa reditus nunciaturum. Dixitque tum ab Amplissimo Rectore, tum a Deputatis trium nationum Gallicæ, Picardicæ et Germanicæ propositum fuisse, ut Summa sexaginta millium libellarum, quæ pro reditibus nunciaturum præclaræ Artium facultati attributa est, — judice illustrissimo duce Noallio aut divideretur inter Gymnasiarchas et professores singularum nationum juxta valorem contractuum, quos de iisdem nunciaturibus DD. Pajot et Roulier inierunt cum aliis privatis hominibus (Gallice Suivant la valeur des Sous Baux faits par Messieurs Pajot et Roulier.) aut indiscriminatim divideretur impositarum in partes æquales unicuique Gymnasiarchæ et professori cujuscunque esset nationis, non ut antea juxta valorem contractuum, quos unaquæque Natio inierat cum prædictis Pajot et Roulier. Cui propositioni seu postulationi a se fuisse responsum hanc sibi videri inauditam tum quia ab eâ postulatione anno 1679, Galli, Picardi et Germani professores Senatus consulto depulsi sunt, tum quia per litteras Regis patentes ut vocant, quæ de omnium Nationum consensu in Supremâ Curiâ authentice declaratæ fuerunt, debet natio veneranda de illis reditibus nunciaturum sumere juxta contractus ab anno 1698 ad annum 1722 summam viginti quatuor millium et quadraginta duarum librarum. Quamobrem non agi in præsentiarum de divisione Summæ totalis 60000 tt, sed duntaxat de partitione Summæ quæ retens adjecta est agente Amplissimo Rectore nomine trium aliarum Nationum dictarum, non autem nomine Venerandæ Nationis, quæ nec per se nec per suos Deputatos vocata est, ut vocari debuerat juxta conclusionem latam a præclara Artium facultate die 16 Decembris proxime elapsi: — Quæ quidem veneranda Natio tt in spem adducta, propter solemnes titulos ab ipsis Roulier et Pajot in contractibus numeratos, et tanquam validos agnitos, futurum ut idem Amplissimus Rector posset obtinere eam summam quæ sufficeret ad sustentandos honorifice gymnasiarchas et professores ut possent juventutem sibi commissam, nullo a parentibus discipulorum exacto vectigali, edocere, nusquam probasset viam quam instigantibus aliarum nationum Deputatis secutus est, nimirum æstimandi valorem nunciaturum Academicorum ex pretio contractuum quos dicti Roulier et Pajot cum aliis inierunt. Cujus responsi rationem hanc à se allatam dixit, nimirum prædictos Roulier et Pajot non dare per illos contractus conductoribus ea privilegia et eas facultates, quæ (si non aliæ Nationes) Natio veneranda per hos contractus concedit prædictis Roulier et Pajot. Addidit que idem Magister se ab Amplissimis magistratibus postulasse, ut secum communicarentur adversariorum libelli quibus infra hebdomadam veneranda Natio responderet, ut partibus auditis ab iis statui posset quod æquum est. Cui petitioni suffragatos fuisse eosdem magistratus dixit. Quibus auditis —

tt nisi in spem adducta fuisset propter. R.R.

R.R.

Gymnasiarchæ et professores a me Procuratore interrogati laudaverunt et probaverunt quæcunque gessit dixitque M. Guillelmus Dagoumer, in quem effusam grati animi sui propensionem singuli contribules venerandi palam significaverunt, sibique mutuò gratulati sunt quod ut olim sic jam nunc habeant privilegiorum et jurium suorum peritos, studiosos et strenuos assertores, eosque contribules. Denique eundem clarissimum virũ vigilantissimumque Provisorem Harcurianum rogaverunt, ut quæ monita et momenta tanto studio collegerat et tanta facundia his comitiis edisseruerat, hæc omnia scripto ederet, quo Venerandæ Nationis jura Magistratibus innotescerent. atque ita a me procuratore conclusum est. R. Regnault.

12 Die Veneris, 15ª Maii, lustrata sunt a Deputatis Collegia Montacutium, Fortetum, Hubantinum. RR.

13 Die 20 Maii 1716 Comitiis horâ post meridiem primâ extra ordinem habitis in aulâ Harcurianâ convenere frequentes gymnasiarchæ et Professores. Deputati MM. Dagoumer et Desauthieux dixere se una cum M. Couture viro Rectorio, Emerito Professore Eloquentiæ olim in Marchiano comparuisse coram illustrissimo Senatus principe et D. Procuratore Catholico ut statueretur de controversiâ supradictâ inter gymnasiarchas et professores nationum Gallicæ, Picarditæ et Germanicæ ex unâ parte, et gymnasiarchas ac professores ~~Nationis~~ RR. Nationis Normanicæ ex alterâ: Rem auditis partibus eò devenisse, ut illustrissimi judices pronunciaverint sperari posse a Serenissimo et augustissimo Regni Regente summam majorem eâ quæ attributa fuit præclaræ Artium facultati ob nunciatus suos, imò sufficientem alendis et sustentandis perhonorificè gymnasiarchis et professoribus pleni ut aiunt exercitij, atque eosdem amplissimos magistratus pro suâ in Academiam nostram propensione significasse Deputatis omnium nationum se totis viribus operam daturos ut quamprimum institutum illud perhonorificum Augustissimo Regenti, universitati salutare, et Reipublicæ perutile vim obtineret lege ut æquissimâ, sic firmissimâ et sanctissimâ; sed interim animos esse conciliandos ut quælibet natio unanimi consensu id negotii persequeretur: Gratias egisse amplissimas illustrissimis magistratibus et Rectorem amplissimum et singulos Deputatos. Tum dimissis omnibus unum Mag.^um Dagoumer vocatum ab illustrissimo Senatus principe et a D. Procuratore Catholico, ab iis audivisse ad stabiliendam concordiam gymnasiarchas et professores Venerandæ Nationis de summa sexaginta millium librarum recepturos juxta contractum ab ipsis initum die Martii 3º an. 1716 summam viginti quatuor millium et quadraginta duarum librarum, sed ab iisdem gymnasiarchis et professoribus sperari se non obstitutos quominus et gymnasiarchæ et professores singuli trium aliarum Nationum de reliquâ summâ fiduciariæ, seu provisionaliter ut aiunt, ad diem primum januarii proxime futuri tantumdem capiant, quantum singulis gymnasiarchis et professoribus venerandæ nationis juxta prædictum eorum contractum provenit, ita tamen ut DD. Pajot et Roulier sequestres maneant residui quod futurum est è prædicta summâ totali 60000.^tt Dictum M. Dagoumer inductum spe obtinendi votum præcipuum venerandæ Nationis (nempe sufficiens gratuitæ institutioni stipendium) huic postulationi nullum posuisse obstaculum. Vocatum

RR.

postea M. Edmundum Pourchot ut eadem conditiones laudiret pro tribus aliis Nationibus postulasse ut in instrumento haec clausula poneretur non probari a tribus nationibus contractum venerandæ Nationis, sed æquissimos judices et peritissimos ut servarent unicuique quod suum est, voluisse — eundem contractum sartum tectum integrumque manere hac additione ipsum posse a ven. Natione propugnari. — Laudata ab omnibus est diligentia Deputatorum, et iterum vogatus M. Dagoumer ut pro suo in venerandam Nationem studio, et in promovendis rebus Academicis peritiâ, negotium istud ad optatum exitum perducat. R. Regnault.

Die 29 Maii lustratum fuit Collegium Turonense.

Die 6 Junii. an. 1716. In comitiis ordinariis apud Harcurium post rem divinam peractam M. Joannes Thomas Feron, Subdiaconus Rothomagæus, et Socius Harcurianus supplex accessit pro Regentiâ et Scholis, et admissus in manus procuratoris præstitit Sacramentum. Tum ego Procurator dixi de me missam epistolam a M. Joanne Du Hamel, Socio Sorbonico, olim professore Emerito Philosophiæ, deinde Pastore et Archipresbytero Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Civitate, nunc venerandæ nostræ Nationis Decano, quâ epistolâ postulat ille sibi, etsi absenti a nostris comitiis, erogari sportulam, quæ sibi Decano erogari solet cum adest iisdem comitiis. Rogatis dictisque eâ de re Sententiis Natio censuit imposterum esse erogandam absenti M. Du Hamel propter infirmam suam valetudinem, simplicem sportulam qualis erogatur singulis professoribus et contribulibus infirmis, non vero duplicem quæ antiquiori tribulium in comitiis præsenti erogari solet et debet. Postea protuli instrumentum mihi significatum nuper per accensum forensem nomine dicti M. Du Hamel quo quidem instrumento gymnasiarchas et professores venerandæ Nationis in jus vocat ut pars reditûs nunciatuum singulis primariis vel professoribus solvi solita, sibi etiam persolvatur propterea quod pastoris munus et dignitatem abdicaverit. re missâ in deliberationem consuetum omnes litem hanc de percipiendâ portione reditûs nunciatuum a M. Du Hamel motam, e Castelleto ad majorem curiam esse transferendam, id est ad Supremum Senatum, idque M. Joanni Du Hamel esse significandum. et ita a me procuratore conclusum est. R. Regnault.

Eodem die Sabbati in comitiis mensruis apud Amplissimum Rectorem habitis multi accessere supplices pro litteris nominatoriis, omnibus annuere Deputati. Postea M. Viel scriba Universitatis legit conclusiones a tribunali Academico nuper latas, quæ omnes non minus accurate quam elegantier in commentarios relatæ et descriptæ visæ fuerunt. Accersiti e Collegio Prellæo Bursarii tres interrogantibus Deputatis de Rhetoricâ et logicâ non insciter respondebant. Iterum actum est de restituendâ in collegio Turonensi disciplina et inter primarium procuratoremque concordiâ. R. Regnault.

Die 12 Junii lustratum est collegium Marchianum a nobis Universitatis Deputatis. Ibi conquesti sunt aliqui professores non satis auctoritatis a gymnasiarcho tribui primariis seu proprimariis duobus in convictores collegii, gymnasiarcha vocatus respondit se non semel coram omnibus excurrisse in laudes proprimariorum seu promagistrorum nec quid a se fuisse dictum, quod ad eorum commendationem facere posse sibi videretur. R. Regnault.

RR

Die Lunæ 22 junii Academia rite processis ad Ædem Deo Sacram sub Invocatione S. Jacobi de Hospitio. ibi sacram concionem habuit M. ante solemnes supplicationes, apud Maturinenses pro librarij officio supplice accessit et genuflexus sacramentum præstitit in manus amplissi D. Rectoris. In comitio cum frequentiores adessent Magistri in theologia, nec commode sedere possent Magistri saluberrimæ Facultatis, aliqua contentio orta est Doctor allato subsellio consederit Decanus medicæs. tum Rector amplissimus gravi et plenâ spiritus Academici oratione invectus est in aliquos Universitatem hostes, præsertim in auctores famosorum libellorum duorum, quorum alter Mandatum Episcopi Telonensis, alter epistola Episcopi ad Episcopum (tacito nomine) inscribitur; Quam orationem singuli ordines attentis auribus exceperunt et consonis laudibus extulerunt, tum vita solemni itum est ad Ædem prosignatam. R. Regnault.

Die 23 Junii habita sunt comitia ven. Nationis apud collegium Justitianum horâ 8ª matutinâ. Postquam è sacello recessit collegii Primarius, qui sacris operatus est, ego procurator bene precatus sum piis manibus magistri Joannis Rohannæi, tum dixi videri mihi è re esse Academiæ ut prorogarentur fasces Rectorii clarissimo viro jam Rectori, qui gravi et eloquenti suâ oratione apud Maturinenses hesternâ luce declaravit quàm sit imperitè affectus in Academiam matrem, omnesque viros Academicos. Electus est in quadrumvirum M. Richardus Pipon vir Academici splendoris studiosissimus, emeritus olim in cardinalitio professor humanitatis. postea vir clarissimus et nuper Rector M. Guillelmus Degoumer, emeritus — Philosophiæ Professor, nunc Harcurianus Provisor et — Primarius quæsivit (facta sibi quærendi potestate) quo nomine Primarius Justitianus sacra facere et in hisce comitiis subjecit in hisce conventibus ad creandum Quadrumvirum celebrari soliti a præclara Facultate Artium, neminem debere reperiri quanto minus sacra facere, qui non esset membrum præfata Artium Facultatis: addidit quemlibet Sacerdotem contribulem potiori jure debere rem sacram his in comitiis peragere, quàm M. de chaumont, qui ad aliam Facultatem, nempe theologicam transvolavit, denique si id juris se habere contenderet præfatus M. de chaumont eo quòd sit collegij Justitiani primarius, eandem debere esse sortem Provisoris seu Primarii vel etiam Proprimarii Harcuriani, vel etiam Prioris utriusque domus Harcurianæ, imò principalis Artistarum, aut cujuslibet Sacerdotis Socii Harcuriani, modo sit in gremium veneranda Nationis cooptatus, hæc quippe comitia bis in Harcurio sicut bis in Justiniano collegio quotannis celebranda instituta sunt. Rogatis dictisque sententiis Deputatus est Censor æquissimus ut ab ipso D. de chaumont resciret quo jure vices Pontificis seu Capellani ven. Nationis ab ipsâ non invitatus non deputatus obiret in hisce comitiis. et ità à me procuratore conclusum est. R. Regnault.

Eodem die 23 junii horâ 10ª in comitiis præclaræ Artium facultatis apud Maturinenses habitis Natio ven. confirmavit suum Quadrumvirum M. Richardum Pipon. Deputatos ad procurandam readificationem domûs suæ in via vulgo Galende sitæ, diebus 14 et 22 Aug. an. 1713 nominatos, et diebus 19 et 27 Aprilis et 22 octob. an. 1714 confirmatos per me procuratorem rogavit — ut juxta conclusionem die 2 Julii an. 1715 latam, — quam primum fieri poterit accepta a creditoribus et in readificationem dictæ domûs à M. Barençon Quæstore suo exposita rationes expungant conficiant et consolident. Ducibus constantissimæ Nationis tribulibus Quadrumviri munus ambientibus et enixè flagitantibus, cenhuit Natio Veneranda standum esse legibus seu statutis ejusd. Constantiss. Nationis, cum que propter angustias temporis discuti lis non

RR.

possit, cum hodie quasi fiduciario jure habendum esse Quadrumvirum Constantissimæ Nationis quem ad id munus obeundum major pars ejusd. Nationis elegisset. Eadem natio veneranda censuit nullam habendam esse rationem intercessionis a meritiss. Syndico et ab integerrimo Censore constantiss. nationis intempestivè factæ. Nempe dimissis ab Amplissimo Rectore ex generali comitio Nationibus ad deliberandum de contentione inter duos tribules Const. Nationis de Quadrumviratu, et latis ea de re conclusionibus voluerunt Syndicus universitatis, et Censor Nat. Constantiss.ᵃ intercedere ne quid statueretur a Nationibus, eo quod, aiebat Syndicus, extet aliquod Senatûs consultum vetans ne Nationes unam nationem judicent. at 1º Ejusmodi Senatus consultum non innotuit venerandæ nationi, ut reposuere plerique contribules; Latum est eâ non auditâ imò repugnante, addidere alij Tribules. 2º non quasi a judicibus, sed quasi ab arbitris lis dirimenda nationibus tribus proposita fuerat. insuper natio veneranda vocem veto, quam Syndicus usurpaverat, vehementer se improbare per suum procuratorem renunciavit, laudavit maximè elegantem orationem ab Amplissimo Rectore heri habitam qua facultatis Theologicæ magistros debitis laudibus extulerat quòd illi adversus quædam scripta sub larvato nomine Mandati Episcopi, et Epistolæ Episcopi ad Episcopum, in lucem typis edita, quibus auctores labem Academiæ Parisiensi aliisque murere moliebantur, ipsi quâ decuit diligentiâ et prudentiâ insurrexissent. Eamque orationem integram in Commentariis Universitatis esse inscribendam sensit, sic censuere aliæ Nationes. Tum a Confirmato Quadrumviro mane electo a numerosiori parte Nationis Constantissimæ et a tribus aliis Rectori fasces Rectorij prorogati sunt. R. Regnault.

Eodem die hora post meridiem 5ª præsentibus procuratorib. Ven. et const. Nationis, Grammatophylacia, seu Archiva Universitatis apud Regiam Navarram pone majus altare sita, reserata sunt clavibus Rectoris et procuratorum. in arculâ R. deposuit Amplissimus Rector acta Rectoria sub magistris Godeau Rectore, et Poirier qui Rectoratum invaserat. deinde reserata est sigilli Universitatis arca, et ducentis quinque litteris fidelissimo scribæ mox committendis impressum est sigillum. R. Regnault.

Die 27ª Junii 1716. habita sunt comitia venerandæ Nat. in Harcurio, propterea quod dies crastina in Dominicam incidat; Postquam rem Sacram ad Altare fecit M. Berteaume Baccalaureus Theologus, ad id a M. Joanne Desauthieux annuente Procuratore destinatus et Deputatus; ipsi M. Joanni Desauthieux Baccalaureo Theologo, professori Emerito, antiquo Procuratori, Censori, Quæstori venerandæ nationis, Socio et Priori Harcuriano, gratiæ actæ sunt a contribulibus quòd ejus ex pietate et munificentiâ quotannis hæc Sacra solemnia celebrentur; Ipsius parentum piis manibus ab omnibus benè precatum est. Deinde designati a me procuratore Magistri, qui examine tentent candidatos Baccalaureatûs in Artibus, a venerandâ Natione admissi sunt M. Alexius Vallée Rothomagensis, Baccalaureus Theologus. M. Joannes de Chantelou Constantiensis, Professor in Regiâ Navarrâ. M. Stephanus Menour Abrincensis, professor in Monteacuto. M. Joannes Le grand Ebroicensis, Baccalaureus Theologus, et Socius Harcurianus.

RR.

Postea etiam admissi sunt quos designaverant reddendarum à M. Barençon Quæstore accepti et expensi rationum expunctores, M. Jacobus Courteille vir quæstorius, grammaticæ professor emeritus in monte acuto. M. Franciscus Ronsel Licentiatus theologus, celeberrimus Rhiæ professor in Harcurio. M. Carolus Delafosse Rothomagensis Baccalaureus theologus et M. Nicolaus Roulland Baccalaureus theologus Socius Lexovæus et ejusdem Collegii Lexovæi Procurator. Cum M. Roberto Barençon in Lexovio Professori pro suâ in Quæstoris munere obeundo diligentiâ acceptæ a Contribulis grates actæ sunt et ad annum præter morem ipsi prorogatum est munus quæstorium, ut quæ feliciter hucusque negotia promovit, felicius, si possit, deinceps conficiat.

Pro Regentiâ et Scholis accessit ad Ven. Nationem Supplex M. Joannes Ladainte, presbyter Constantiensis, Baccalaureus theologus, qui admissus in gremium venerandæ Nationis præstitit sacramentum. Etiam pro Regentiâ et Scholis Supplex se stitit M. Guillelmus Barabé, sed monitus ut exhiberet censori litteras magisterij in Artibus, quæ ipsi decorant, hac vice sacramentum præstare noluit.

Denique Ego Procurator indixi sacrum solemne pro M. Gaïet primario Collegij Sagiensis, Rhetorum doctore in Montacutio ad diem Sabbati 4am Julij. R. Regnault.

Eodem die hora post meridiem 5a Tribunal Academicum lustravit Collegia Bossiacum et Aduense, in priore nihil nisi laude dignum advertit, non item in posteriori. / R.R.

Die 2a Julii an. 1716. In festo Visitationis B.M.V. post Rem Divinam a M. Joanne Vadelorge Presbytero Lexoviensi, emerito professore humaniorum literarum in collegio Lexovis, antiquo Procuratore Ven. Nationis rite peractam Censuit natio ven. rationes extraordinarias impensarum in reædificanda domo in viâ Galande sita factarum in libro Quæstoris esse inscribendas. M. Guillelmus Barabé, Baccalaureus theologus, sua in venerandam nationem reverentia sua pietate maxime commendabilis, jam inter contribules die 27 junii admissus, hodie præstitit sacramentum. R. Regnault.

Die Julii 4a re divina peracta sacrum solemne in diem Sabbati proximam indixi pro M. Francisco Du Buc Baccalaureo theologo, Parocho de Boisdarcis prope Versalias. R. Regnault.

Eodem die apud Amplissimum Rectorem habita sunt comitia monstrua Deputatorum, in quibus M. Edmundus Pourchot Syndicus retulit se, cum adiviset in castelleto disceptari litem inter Primarium collegii Bajocensis et Bursarios quosdam ejusdem collegii ortam occasione electionis nuper factæ, litigantibus diem dixisse ut coram Tribunali Academico hodie res tota discuteretur. Comparuit primarius cum Bursariis ipsi adhærentibus, alii non comparuerunt, ideirco deserti ab illis vadimonii actum postulavit Syndicus, cujus postulationi annuit Tribunal Academicum. / Bursariorum seu alumnorum Collegii Marchiani Pædagogus vocatus ad Tribunal cum suis discipulis non sine digna laude dimissus est. Deinde decretum est ut nomine Universitatis Supremæ Curiæ libellus supplex offeratur ut Cancellarii non ad mentem Septembrem Baccalaureos in Artibus Artium laurea donandos remittant. R. Regnault.

R.R.

Die 10 Julii 1716. Deputati lustravimus Collegium Bajocense, ibi fuit composita lis inter Primarium et aliquos bursarios orta occasione electionis Procuratoris, jussus fuit primarius castigare pœnis Academicis duos bursarios in Rhetoricâ auditores, qui sine ejus licentiâ, sine professoris sui commeatu ad alium professorem commigraverant./ Die 18 julii lustrata sunt collegia Grassinæum et Laudunense./

Die Sabbati 1ª Augusti in comitiis ordinariis Deputatorum apud Amplissimum D. Rectorem in Sorbonæ plessæo pro litteris Nominationis supplices accessere numero circiter Sexaginta, qui admissi sunt, duobus exceptis, qui quod aliquid in eorum litteris deesset, neque ipsi omnes magistratus seu deputatos universitatis honoris gratia non ante comitia convenissent, ad proxima comitia rejecti sunt. In Bursarios Collegii Bajocensis legibus nuper a Tribunali Academico latis refractarios lata est sententia hæc ut duo in Rhetoricâ auditores bursâ intra quindecim dies privarentur nisi ante elapsos istos 15 dies ad primarium suum accesserint debitam pœnam subituri. alii decidant à jure ad beneficia virtute litterarum nominationis obtinenda, quæ sententia denunciabitur ordinariis locorum quibus litteras nominationis isti bursarii significatas voluerint./ Dimissis comitiis syndicus universitatis a procuratoribus ornatissimis fidelissimæ et venerandæ Nationis postulavit uti annuerent litteras permissorias prorogationis pro M. De Montempuys a supremo Senatu obtineri. Ego Ven. Nationis procurator a me eâ dere quamprimum consulendos fore meos contribules.

R. Regnault.

Die 14. Augusti 1716 hora 7ª mat. habita sunt comitia apud Maturinensis ad confirmandos examinatores Baccalaureorum in Artibus à dignissimis cancellariis sive Ecclesiæ Parisiensis, sive Ecclesiæ Stæ Genovefes designatos.

M. Dionysius Metra Doctor Sorbonicus, et Procancellarius B. Mariæ a cancellario dignissimo avunculo suo M. Vivant Doctore Sorbonico, Metropolitanæ Parisiensis Ecclesiæ canonico, generali Eminentissimi Card de Noailles Parisiensis Archiepiscopi vicario nominatus designavit seu præsentavit in examinatorem è veneranda Natione M. Carolum Delafosse. M. Cassé gymnasiarcha Lexoviensis collegii et S. genovefes Procancellarius præsentavit M. Durand. in cardinalitio Philosophiæ professorem./ R.R.

Eadem die horâ 10ª mat. in comitiis extraordinariis apud amplissimum D. Rectorem habitis, consensere Deputati rem pergamenariam ad triennium permitti Dº Panneau eâ lege ut pergamena seu membranæ semper ab universitate visitentur et Rectorizentur, et Dº Rectori quotannis solvatur summa quingentarum libellarum. Item censuere universitati esse accedendum ad litem quæ intercedit inter librarios, seu typographos civitatis ex una parte, et nostros typographos ex alterâ. Aliqua statuta pridem a Tribunali Academico ad utilitatem et splendorem collegii Æduensis facta, fuere hodie confirmata, eaque primario et Bursariis dicti collegii mox per meritissimum syndicum vel (si expedire ipsi syndico videbitur) per accensum forensem esse significanda conclusit amplissimus D. Rector. R. Regnault.

Die 28 Augusti horâ 10. mat habita sunt in antecessum ~~ordinaria~~ Induciarum Academicarum, ordinaria

R.R.

comitia Deputatorum apud Amplissimum D. Rectorem in Collegio Sorbonæ plessæo, in quibus relecta sunt a fidelissimo scribâ quæ in nuperrimis comitiis tum circa bursarios collegii Æduensis a deputatis fuerant statuta, tum aliæ conclusiones eodem die laxas. Postea Amplissimus Rector dixit aliquam pecuniæ summam solere assignari apparitori primo illius nationis de cujus gremio Rector assumptus fuit, id pluries factum esse, et fieri debere ne suâ mercede careant apparitores nationis D. Rectoris, ob varia huc illuc itinera, ob extraordinarios labores, imò quotidianam assiduitatem gratificatione dignissimi. Assignata est summa centum et quinquaginta libellarum. Indicta sunt proxima et ordinaria comitia in diem lunæ 5am octobris horâ primâ pomeridianâ. R. Regnault.

Die 7o Septembris post primas vesperas officij de Nativitate B. M. virginis, M. Thomas Viel, viræus diœcesis Bajocensis, qui Kalendis Augusti nuperrimè elapsi cursum studij philosophici non sine maxâ laude absolverat alumnus Harcurianus, jam a vigilantissimo Collegii Grassinæi primario D. Le Febvre designatus, qui in ejusd. collegii quartâ scholâ doceat loco M. Laisnel ad curam animarum abeuntis, ad venerandam nationem supplex accessit pro regentiâ et scholis, et unanimi omnium contribulium consensu exceptus est, tum juravit in verba procuratoris. R. Regnault.

Die Lunæ 5â mensis octobris, in quem diem scholarum instauratio rejecta fuerat et mandato D. Rectoris denunciata, habita sunt comitia Rectoria hujus mensis, in quibus auditis et admissis supplicantibus pro litteris nominationis, consere Deputati ut libellus supplex pro continuando M. Montempuys Senatui offerretur. propositi sunt duo librarij et ea lege admissi ut die Mercurii septima hujus mensis ante supplicationes universitatis apud Maturinenses in manus Amplissimi D. Rectoris Sacramentum præstent; eorum alter vocatur Joannes Franciscus Crevier, alterius cognomen est Thomelin. / R. R.

Die 7â octobris an. 1716 In solemnibus supplicationibus Academia solito ritu et apparatu processit ad Ædem Deo sacram sub invocatione S. Jacobi apud fratres Dominicanos ubi intra sacra Missarum solemnia (D. Decano Sacræ facultatis celebrante) M. De Besne Doctor Sorbonicus vir pietate et scientia eximius orationem habuit plenissimam gravitatis, et omnibus viris Academicis gratissimam. R. R.

Die Sabbati 10o octobris, horâ 7â mat. post sacrum habita comitia venerandæ nationis in nostro sacello Harcuriano ad creandum Quadrumvirum. Ego procurator bene precatus animæ M. Joannis Roannæi, designavi M. Guillelmum Franciscum l'Hermitte Baccalaureum theologum è Societate Harcurianâ, et in hujusce collegii quinto ordine professorem, ut die 23 hujus mensis Divo Romano Rotomagensium Archipræsuli, venerandæ nationis Patrono sacrâ orationem panegyricam habeat. / deinde nominavi M. Petrum Jourdan Baccalaureum theologum, Socium Harcurianum, et in eodem collegio grammaticorum et Artistarum Principalem ut ipse nomine venerandæ nationis contribulem in sacra theologiâ Magistrum a me designandum* compellat et invitet ad rem divinam ritu solemni faciendam die Virgini Deiparæ conceptæ sacrâ, et ad eandem virginem illibatam honorificâ oratione celebrandam. Tum pro Quadrumviratu supplices accessere M. Ludovicus Rouget Ven. nationis Censor et in montacutio eloquentiæ professor

R. R.

* M. Jacobum Leveay in Regiâ navarrâ Artistarum primarium designatum. RR.

et M. Joannes D'Heravillet, quorum antiquior M^gister Rouget electus est Quadrumvir, et in meas manus præstito juramentum. Isdem in comitiis M. Michael Robine Acolythus Constantiensis Baccalaureus Theologus stitit se supplicem ut de more annumeraretur inter venerandos Contribules jure magisterii in artibus, et Baccalaureatûs in sacrâ Theologiâ, annumeratus est præstito sacramento.

R. Regnault.

In honorandæ Nationis comitiis magistratu abeunte M^o Godeau, — R.R. in Procuratorem electus est M. Langlois Baccalaureus Theologus.

Eodem die, horâ decimâ matutinâ Præclara Facultas artium apud Maturinenses convenit ad eligendum Rectorem. Supplices numero quatuor adfuerunt, quorum duo nomen non inscripserant in uno Physicorum catalogo, duo ab onere scribendi eximi se postulabant. Omnium postulatis annuit natio veneranda ea lege ut Anglus nomine Heinde Censori venerando exhibeat testimonium medici, meritissimo Syndico jam exhibitum. Rata et grata habuit quæcunque Amplissimus Rector gessit suo magistratu trimestri, confirmavit manè electum Quadrumvirum qui cum Triumviris aliarum nationum fasces Rectorios prorogavit M. Gabrieli Petit de Montempuys, Philosophiæ professori Emerito in Collegio Sorbonæ plesiaco, Qui dimissis comitiis solemni pompa ad ædes suas deductus est. R. Regnault.

*Neque præter morem, solenim erat futurus orator agere Pontificem in officio Vesperarum, et postea Vesperas et completorium absentis Procuratore ad quem ea spectabant, et ad habendâ oratorum panegyricam solemnibus officiis invitabatur compellari, ut ea ab eo nomine Procuratore compellatur antequam habeat solemnem orationem. R.R.

Pridie diei Ste Romano Sacra, sed die 22 octobris, horâ 1^a pomeridianâ Vesperarum officium ritu solemni celebratum est, Pontifice M. Francisco Gruenon Prodecano, qui ad has obeundas Pontificis vices hâc luce et crastinâ ab oratore M^o l'Hermitte privatim compellatus est.*

Die 23. Sancto Romano Venerandæ Nationis Patrono sacrâ, in comitiis Centuriatis venerandorum Tribulium post Solemne Sacrum, e M. Guillelmus Franciscus l'Hermitte gravi et bene comptâ oratione panegyrica ostendit quo modo Divus Romanus Regni lumen, Ecclesiæ columen fuerit. R. Regnault. Die 27 in comitiis Censoriis horâ 7^a apud Maturinenses habitis venerandæ Nationis Sabbati 7^a Novembris an. 1716. Mr Lavoisé rogatus censorem creavit M. Nicolaum Roulland Baccalaureum fuit, ut instruendum curaret contractum fundationis ex Theologum Socium Lexovium munificentiâ quorundam professorum Facultatis ut die notâ integritatis et fidei Præsentationis B. M. Virginis Solemne Sacrum à vene virum. R. Regnault. randis contribulibus perpetuò celebretur, et solita sportula uni cuique præsenti illo erogetur. R. Regnault.

Eadem die Sabbati 7ª Novembris an. 1716. habitæ sunt comitia ordinaria Deputatorum apud Amplissimum Rectorem in Collegio Sorbonæ plesiaco, in quibus ex tribus supplicib. pro litteris nominationis duo admissi sunt, tertius rejectus. —

Deinde Deputati (exceptis ornatissimis Procuratoribus Nationum fidelissimæ et Venerandæ) censuerunt Universitati esse accedendum ad causam magistri Pierres Honorandæ Nationis professoris in quinto ordine Collegii Graffinæi, cujus cum reditus è locatis nunciatibus proveniens a Creditore occupatus fuerit, ipse M. Pierres contendit ejusmodi suum reditum seu pensionem non posse invadi et apprehendi. Postea auditi sunt clerici quidam ex Hiberniâ conquerentes

R.R.

sibi studere cupientibus aditum in collegium Hibernorum olim Longobardorum idcirco praecludi quod plurimi dicti collegii Scholares, seu incolae statim ex eo non discedant, cum quinquennium studii Academici absolverunt. Decretum est ut statuta dicti collegii, si quae sint et senatus consulta, quae illud spectant intra dies tres ad Syndicum deferantur, ut proxime sequenti sabbato aliquid a Tribunali Academico stabiliatur juxta collegii mores et instituta. Postea actum est de domo aliquâ quae dicitur vendita in censu universitatis non soluto dominis debito vectigali; denique de quatuor juratorum universitatis Papetariorum officio in visitandis papyris.

R. Regnault.

Die Sabbati, XVIII Kalendas Decembres in comitiis extraordinariis apud Amplissimum Rectorem habitis statutum fuit ut absoluto studiorum et Philosophicorum et Theologicorum quinquennio, adhuc concederetur annus incolis praedicti Collegii Hibernorum clericorum, ut interim ad praedicandum Evangelium se se accingant, aut ad emetiendum stadium Theologicum, quod Licentiam vocant. R. Regnault.

Die 21 Novembris 1716. veneranda Natio ratam et gratam habuit donationem quadraginta et unius libellarum annui reditus a pluribus Professoribus et Primariis contribulibus ea potissimum conditione factam venerandae Nationi matri suae, ut singulis annis recurrente hâc die Virgini Deiparae in Templo Jerosolymitano Praesentatae Sacrâ, Missa cum nota celebretur horâ 7ª matutinâ, idque eo in Sacello seu eâ in Ecclesiâ, in quâ suos conventus seu comitia habuerit dicta natio veneranda, et ut singulis Tribulibus in gremium ven. nationem cooptatis, cujuscunque sint facultatis Academicae, consueta sportula praesentibus erogetur. Quod quidem hâc ipsa die primùm in Sacello Harcuriano ritè, nullo reclamante, observatum est. consulatur codex Actorum fidelissimi ven. nationis Quaestoris M. Barencon. prima hujusce contractûs perscriptio servatur a Tabellione seu notario publico D. Regnault, in plateâ Magni Alberti, Parisiis. —

R. Regnault. [signature] vide nomina celeberrimorum et liberalium professorum suprà folio 211. verso.

Die Sabbati Quintâ Decembris, 1716. In comitiis menstruis apud Amplissimum Rectorem habitis in Collegio Sorbonae Plessaeo, ~~in quibus~~ Rector Amplissimus, et meritiss.º Syndicus dixere sibi videri maximè fore consonum, si de fundo universitatis, seu de eâ pecuniâ, quae apud Quaestorem Academicum superest, aliquid nos gratificaremur alteri nationis Picardicae apparitori; 1º quia ille suis impensis nonnulla obtinuit Senatûs consulta, quibus maximè firmantur Universitatis jura circa pergamenarios, seu circa membranas Lutetiam asportatas, quae recognosci et sigillari sigillo rectoris debent; 2º quia dum Apparitor ille ad aliquot annos posset deinceps manore eorumdem jurium redemptor juxta initum contractum, lubens tamen permisit ob commodum Universitatis eadem jura alteri conductori locari. Decanus Sacrae facultatis, qui de more primus fert sententiam, censuit Deputatos non posse de bonis universitatis, utpote non suis, cuiquam gratificari, ex procuratoribus unus dixit summam centum libellarum suprà octoginta aliunde debitas, nimam fore gratificationem, At Syndicus, qui talem gratificationem proposuerat, ita ei institit ut majorem suffragiorum partem tulerit. / - RR. =

Deinde Retulit meritissimus Syndicus vacasse in Sorbonâ

RR.

anno integro cathedram Roannæam, summam centum libellarum ab universitate singulis professoribus Theologis solvi solitam adhuc esse in manibus Quæstoris generalis Academiæ. re ab Amplissimo Rectore in deliberationem missâ censuerunt Deputati centum illas libellas ei qui nuper nominatus est professor dictæ cathedræ, Magistro Edmundo Mareuil, esse solvendas. Denique statuerunt significandum esse primario et provisori seu procuratori Collegii Æduensis ut ante Tribunal Academicum compareant die Sabbati proxime futurâ. ità ab Amplissimo Rectore conclusum est. R. Regnault.

Die 6a Decembris an. 1716. Post primas vesperas festivitatis Sti Nicolai ex hâc die Dominicâ in crastinam translatæ, M. de Mesnil, qui hucusque suffragio caruerat in comitiis venerandæ nationis, eo quod in ejus gremium admissus pro Regentiâ et Scholis, docendi munus per duos duntaxat annos sustinuisset, supplex accessit, postulavitque ut sibi liceret imposterum ferre suffragium; quod quidem ut consequeretur, causabatur se Baccalaureum esse in utroque jure viâ planè academico utpote qui Antecessorum lectiones excepisset per triennium: Verum hæc ratio venerandis Tribulibus omninò displicebat, quia primo anno unum tantum professorem seu Antecessorem audierat. tandem cum omnibus innotuit quod à venerando Prodecano et quibusdam aliis fuerat auditum, nempe ab ipso Magistro de Mesnil docendi munus fuisse desertum propter infirmam valetudinem, Censuit veneranda Natio ob hanc unam causam posse et debere agi cum eo supplice, adeóque voluit ut imposterum jure suffragii gaudeat. et ita a me Procuratore conclusum est. R. Regnault.

Die Sabbati 12 Decembris an. 1716. In comitiis extrà ordinem habitis apud amplissimum D. Rectorem, M. Fourel Primarius Collegij Æduensis, cui sicut et ejusd. collegii procuratori seu provisori Mo Descomel diem dixerat per apparitorem Mgr Pourchot Syndicus; Interrogatus de iis, quæ a Deputatis universitatis dictum collegium nuper lustrantibus statuta fuerant, respondit omnia observari diligenter, nondum tamen ejectam è collegio fuisse janitoris filiam, sed mox abituram, nondum typis impressa statuta collegij, nondum sumi cibos communiter, propter penuriam pecuniæ ad comparanda vasa coquinaria necessariæ, sed brevi se his omnibus provisurum. Fassus est sex bursarios qui juxta statuta Collegii debent antecessorum consultissimæ facultatis lectiones excipere, in aliâ tamen facultate, nempe Theologicâ, studere, hanc eorum rationem attulit, quia non tantis impensis magisterium in hâc facultate adipiscendum provident. Magister Pourchot Syndicus postulavit actum vadimonii a mo Descomel, provisore dicti collegii, deserti. quod ipsi concessum est postulatum; rogatus ipse est ut invigilaret observationi eorum omnium, quæ a Tribunali Academico statuta fuerant circa Æduense Collegium, moneretque deputatos si animadverteret aliquid peccari a primario et Bursariis, deinceps. Postulavit insuper D. Syndicus vocari quosdam bursarios dicti collegii a Deputatis interrogandos de iis capitibus, ~~quæ~~ de quibus interrogatus est Primarius; Denique monuit Syndicus bursarios sex ejusd. Collegii

RR.

teneri sub pœna privationis a bursa studere in consultissimâ facultate; id ut decerneretur pro suo munere requisivit, seu postulavit, re ab amplissimo Rectore in deliberationem missa conclusionibus Syndici assensere Deputati, nonnullis tamen obmurmurantibus et contendentibus bursarios prædictos, si cogantur studere in consultissima facultate, non posse cogi ut pro inscriptionibus (ut aiunt) pecuniam solvant antecessoribus, cum professoribus theologicis non solvatur. R. Regnault.

Die 16 Decembris habita sunt comitia in collegio Justitiano ad creandum quadrumvirum designatus a Procuratore M. Carolus de la fosse Baccalaureus theologus supplex accessit pro munere quadrumviri et admissus est. R. Regnault.

Hora 10ª apud Maturinenses confirmatus est in quadrumvirum M. De la fosse. admissi tres supplices, quorum duo è Seminario Sti Sulpitii ab onere scribendi immunes facti sunt propter infirmam valetudinem, cujus testimonia a Doctoribus Saluberrimæ facultatis subscripta et sigillata exhibuerant DD. Censoribus nationum et Syndico Universitatis. Monuit D. Syndicus plures ejusd S. Sulpitii cœnobii incolas variùs frequentare scholas professorum, quibus sua nomina dederant; tum nationes in suo quælibet comitio censuerunt dictorum Discipulorum et similium professores admonendos esse ut caveant ne deinceps contra leges universitatis a suis auditoribus peccetur, moneant ipsi D. Rectorem et Censores ipsisque deferant eorum omnium nomina. Tertium supplicem nomine Dubouc, qui duos annos studii Philosophici Cadomensis pro uno anno hic Parisiis haberi postulabat juxta initum fœdus Cadomensem inter et Parisiensem Academiam quasi gratulabunda excepit natio veneranda, et antiquum illud fœdus renovandum confirmandumque censuit propterea quod vehementer probet ea, quæ ab ead Academia Cadomensi nuper acta sunt, dum illa suos in commentarios referri curavit propositiones Cleri gallicani anno 1682, editas. / Eadem fuit sententia aliarum nationum. /

Magistrum Joannem Le Roux in sacrâ theologiâ doctorem Parisiensem, et professorem Remensem, nuper è cathalogo Magistrorum in sacris facultatibus Parisiensi et Remensi expunctum judicio earumd facultatum gravissimo propter prava dogmata temere divulgata et præfractè ab ipso propugnata censuit Natio veneranda ter esse juxta juris formulas citandum ut coram Deputatis universitatis inustam sibi labem diluat, affixos sibi errores palam repudiet; Eundem vero si tempore præstituto non comparuerit, fore etiam ex albo magistrorum in artibus expungendum. Qui hocce negotium cum aliarum Nationum deputatis curent Deputatos nominavit (cum natis Deputatis MM. Richardo Regnault Licentiato theologo, Socio et Progymnasiarcho Harcuriano, Procuratore; Francisco Guenon Licentiato theologo è Societate Harcuriana, Emerito Philosophiæ Professore in Lexovio, ven. Nationis Prodecano, Nicolao Roulland Baccalaureo theologo, Socio Lexovæo, Licentiæ Theologicæ stadium decurrente) MM.os Franciscum Roussel Licentiatum theologum Philosophiæ professorem in Harcurio, et librorum theologicorum nomine illustrissimi Galliarum Cancellarii Censorem; et Joannem Desauthieux Baccalaureum theologum e Societate Harcuriano, antiquum ven. nationis Quæstorem, Censorem, Procuratorem; utrumque singularis doctrinæ et virtutis laude maxime commendatos. et ita a me Procuratore conclusum est. R. Regnault.

Die 31 Decembris an. 1726. post peractam vem divinam
ad altare, fusasque preces funebres, feriali cultu pro M. Roberto
De Valencour olim Ecclesiæ primæ collegiatæ S.ti Marcelli
prope Parisios canonico, ego Procurator pro M. Francisco
Guenon, qui die 24 hujus mensis Decembris e vivis excessit,
Sacrum indixi in diem Sabbati proximam his verbis: Vivere
„desitit venerandi Tribules, vir omnibus nobis carissimus, vir —
„nostri omnium amantissimus, observantissimusque Magister
„Franciscus Guenon, Venerandus Prodecanus, solemnium sa-
„crorum Sacrus a nobis designatus Antistes, olim Harcuriana
„hujus nostræ Societatis decus et ornamentum, Lexoviarum dein-
„ceps Scholarum lumen et Doctor, Columen præsidiumque Ve-
„nerandæ Nationis. Vir simplex ac timens Deum, constans fide-
„lis veritatis, vir judicii excellentis, cujus in rebus pertractandis dili-
„gentiam nunquam desideravimus, vir ille tantus, immortalitate
„dignus, mortalitatem exuit. Deficiens mortuus est in senectute
„bonâ, provectæ ætatis et plenus dierum hunc fleverunt planctu
„magno et lugebunt dies multos: hæc de patriarcha sanctissimo
„vel de duce fortissimo Sacræ paginæ referunt, at quam bene con-
„gruant venerando Sacerdoti, quem lugemus omnes, intelligitis —
„Ven. Contribules. Novi ego quid tanti viri memoria, quid vestri
„affectus mereantur, quid mea vobis, quid illi debeat observantia.
„At verborum pompas et apparatus quæ forte officii nostri ratio
„postularet, non postulat mortui felicitas. Piis ejus manibus —
„alias mittamus inferias pro nostrâ in virum de nobis quoad
„vixit bene meritum pietate; orationes Ecclesiæ et Salutare
„Sacrificium, quibus, ut ait S. Aug, non est dubitandum mortuos
„adjuvari, offeramus Deo per manus illius Sacerdotis nostri Con-
„tribulis, quem scimus cum vitâ functo M.o Guenon dum
„viveret, arctiori et antiquiori amicitiæ vinculo fuisse conjunctum.
„Itaque die Sabbati proximâ animæ M. Francisci Guenon
„incruento Christi Domini Sacrificio parentabimus pontifice
„sapientissimo jam prodecano M. Guillelmo Le Melorel:
mihi Procuratori assenti sunt Venerandi Tribules, atque
ut hæc, quæ rudiori stylo contexueram, hos in commentarios
referram eodem tenore eodem contextu, compulerunt. R. Regnault.
Jam fama apud contribules percrebuerat de ultima M.i
Guenon voluntate, et in venerandam nationem pietate,
quam conscripto testamento significavit his verbis, quæ
„ego legi audientibus omnibus. Ordonne quaussitôt apres
„son Decés il soit mis entre les mains de m.r le Questeur
„de la nation de Normandie la somme de 300.tt en —
„argent comptant une fois payé qu'il donne et legue
„pour être employé a faire dire a son intention et
„pour le repos de son ame des hautes Messes de Requiem
„dans la chapelle du College d'Harcour avec la permission
„toutefois et sous le bon plaisir de m.r le proviseur et —
„Principal dud college ordonnant qu'il soit distribué
„a messieurs de la Nation Docteurs Regens et Ba-
„cheliers qui assisteront aux dites Messes et a cha-
„cun d'eux dix Sols, le double aux officiers &c.
Testantis pietatem laudavere contribules venerandi, et
acceptæ conditiones donationis seu legati oblatas. et ita a
me procuratore conclusum est. R. Regnault.
Die Sabbati 2a Januarii an. 1727 post Missam de B.æ
Mariâ celebrata est Missa solemnis pro M. Franc. Guenon.
RR.

Eodem die Sabb. 2ª Januarii horâ 1ª post meridiem habita sunt comitia menstrua Deputatorum apud Amplissimum D. Rectorem in Collegio Sorbonæ Plesæo. Comparuerunt aliqui Bursarii è Collegio Atrebatensi, qui interrogati de iis, quæ ab Academico tribunali statuta fuerant, num ea accurate observarentur, responderunt, nihil ferè observari. Mº Pourchot Syndico ea demandata sunt partes ut Procuratori nomine Amplissimi Rectoris et Deputatorum denunciaret eum a munere procuratoris dimovendum, nisi die dicta sistat se ante tribunal Academicum, eo quod jam bis ex juris formulis in jus vocatus non comparuerit, et — aliunde rationes acceptæ et expensæ nomine dicti collegij pecuniæ reddiderit die in statutis collegij designato, nec rationum redditarum codicem detulerit ad D. Syndicum, uti deferendum statuerant Deputati collegium lustrantes. R. Regnault.

Die 9ª Januarii. In comitiis extra ordinem habitis apud amplissimum D. Rectorem horâ post meridiem primâ, Auditis primario et Bursariis quatuor Collegij Atrebatensis postulavit Mº Pourchot Syndicus, ut dictus primarius et tres antiquiores bursarii authenticum exemplar statutorum præfati Collegij quamprimum deferri ad Amplissº D. Rectorem curarent, deinde cum provisor seu procurator ejusdem Collegij ter citatus ad academicum tribunal non comparuerit, declaretur statutiâ latâ excidisse a munere procuratoris, seu provisoris, ejusque loco constituatur aliquis Redituum Collegii Receptor, donec aliter provisum fuerit. Ejus postulatis annuere deputati, et nominatus est magister Bidet Quæstor — Universitatis, qui dicti collegij Atrebatensis reditus excipiat. / —

R. Regnault

Die 16 Januarii an. 1717. in comitiis extraordinariis in aulâ Harcurianâ habitis, dixi Ego Procurator me a fidelissº Quæstore fuisse admonitum jamjam instare diem, quo locatio domûs ad Ven. Nasum pertinentis, qua ab honesta viduâ Dª Boucot inhabitatur viâ Straminum, de novo eid. D. — Boucot vel alteri primario inquilino fieri debeat. Vellent ut conditiones mihi oblatas ab aliquo Cive Parisiensi, qui dictam domum conducturus me nuper et fidelissº Quæstorem adierat. Cum ingressus est in aulam Harcurianam compellante D. Quæstore, vir probus in Castellato litium Procurator, — Cujus auditis conditionibus Natio veneranda rem totam commisit suis Deputatis præsertimque fidelissimo Quæstori conficiendam; et ita a me procuratore conclusum est. —

R. Regnault

Die 28 Januarii D. Carolo Magno sacrâ horâ 10ª mat. Res divina ad altare facta est Solemni pompâ et apparatu in Æde Collegii Navarrici, Pontifice seu celebrante uno ex honorandâ natione Contribuli, sed orator è — fidelissimâ natione cujus vices redierant, nullus præsto fuit. R. Regnault.

Die 1ª Februarii an. 1717. horâ ipsâ 8ª matutinâ — Amplissimus D. Rector cum Deputatis et Deputatorum Adjunctis detulit cereos ad Regem Christianissimum, ad Augustissimum Aurelianensium Ducem Regni Regentem, ad illustriss. Galliæ cancellarium, ad nobilissimos Supremarum curiarum Præsides, nempe ad illustrissimum D. Joannem Antonium — De mesmes primarij Senatûs principem, ad illustrissimum D. Joannem Aymardum Nicolay primum Supremæ rationum curiæ præsidem, ad illustrissimum D. le Camus primum primæ Subsidiorum curiæ præsidem, ad illustrissimum virum D. de Vertha mon primum majoris et ampliorîs concilij præsidem. hâc vice non detulit ad Eminentissimum DD Cardinalem Archiepiscopum Parisiensem, quia Parisijs abesse dictus fuit. —

RR.

Rector amplissimus cum tribunis Decanis Facultatum theologiæ, jurium et medices primâ rhedâ vehebatur sequebantur 4 procuratores nationum majoribus infulis ornati, tum vehebantur tertiâ rhedâ Adjuncti trium facultatum superiorum, cum uno ex officiariis universitatis, postea quatuor Adjuncti procuratorum, 4ª rhedâ. aliis sequentibus rhedis sequebantur cæteri officiarii et apparitores fasces gestatuti. Domo abfuere primarii illi præsides quos invisimus salutandos. Benigne et pera manter Rex et Regni Regens nos exceperunt. R.R.

Die 2ª Februarii mane audivimus Dnum Voisin Galliæ cancellarium hâc suprema nocte è vivis excessisse.

Die 3ª Februarij Defunctis Professoribus Universitatis sacras et solemnes inferias misimus in Ecclesiâ fratrum Dominicanorum. / R.R. — — — —

Die Sabbati 6 Februarii in Comitiis menstruis Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem habitis, Quinque accessere supplices pro litteris Nominationis, quorum tres qui stadium Licentiæ theologicæ decurrunt ad proxima comitia remissi sunt eo quod singulos hujus Academici tribunalis magistratus non convenissent domi honoris gratiâ, juxtà leges Academicas. postea Mag.er Edmundus Bourchot renunciavit supra nominatum Joannem Le Roux, qui semel atque iterum citatus fuerat ad tribunal Academicum juxta decretum a præclara Facultate Artium latum apud Maturinenses die 17 decemb. ad Supremi Senatûs curiam provocasse, ejusque nomine sibi Syndico quasi Universitatis procuratori publicè fuisse significatum. Item renunciavit de procuratore seu provisore collegii Educendis. nihil de ejusmodi appellationibus a tribunali Academico hac vice decretum est. Assignata est dies 20ª hujus mensis audiendis et expendendis rationibus fidelissimi Quæstoris Universitatis. R. Regnault.

Die Sabbati 20 Februarij an. 1717. Ab horâ post meridiem primâ ad vesperum Deputati cum Adjunctis suis præside Amplissimo D. Rectore audiorum et expendorum rationes acceptæ et expensi a Kalendis Januarij anni 1716 ad Kalendas Januarias an 1717 a fidelissimo Universitatis Quæstore generali exhibitas in ejus cubiculo. Ego procurator Venerandæ nationis nomine intercessi ne rata haberetur summa mille libellarum quam ut professoribus Picardicæ nationis solutam impensæ rationibus intulit Quæstor generalis M.er Billet. Hæc vero mea intercessionis causa fuit quod juxta dispositionem diei 11 Maii factam ab illustrissimis viris DD. De Mesmes primario senatus supremi principe et D. Daguesseau tum procuratore Catholico, nunc Franciæ Cancellario excellentissimo, ad quos res ad numerarium veditum pertinens delata fuerat, hæc summa mille libellarum picardis professoribus quotannis antea solvenda, deinceps apud sequestrem deponi debuit donec aliter provisum fuerit. Eadem de causa ornatissimus hondandæ nationis Procurator intercessit nomine suæ nationis ne ejusmodi impensa comprobaretur, et intercessionis actus nobis datus extat in commentariis universitatis die hâc Februarii vigesimâ. / Hæc autem summa mille libellarum etsi comprobaretur ut licite et recte persoluta quem ad modum cæteræ summæ jam comprobatæ, et hactenus habitæ, fidelissimus Quæstor universitati deberet adhuc 7501 lt. 3 s. et a D. Regnault

R.R.

Die 23a Februarii anni 1717 horâ 7a Matâ habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis apud Maturinenses ad aperiendum Rotulum, juxtà morem antiquum, qui vigorem habuit valuitque usque ad tempus quo pragmatica Sanctio Siluit vi concondatorum, quibus pro viribus repugnavit Universitas. R Regnault.

Eodem die Ego Procurator assumptis mecum viginti Deputatis tum ex Baccalaureis tum ex antiquis Professoribus venerandæ Nationis, minori infulâ ornatus processi ad Ædes viri illustrissimi DD. Joly de fleury, antea Regij in Supremâ Curiâ Patroni, nunc Procuratoris catholici, hanc sibi nuper adeptam dignitatem gratulatus sum his fere verbis: Monseigneur, La nation de
„Normandie vient temoigner, a Votre grandeur, la part
„qu'elle prend a la joie du Public. Plusieurs de ceux qui la
„composent ont u l'honneur de vous voir autrefois dans l'un de
„leurs plus fameux Colleges* cultiver avec soin et avec un
„progrés surprenant les rares talens que vous avés reçu du
„ciel, et que le Prince qui nous gouverne vous engage
„de consacrer au bien de l'Etat. Ils ne douterent point dés lors
„de la puissante protection que trouveroient en vous les person-
„nes de leur profession, lorsque votre merite vous auroit
„élevé aux premieres places de la Magistrature. C'est cette
„qualité de notre protecteur que nous venons particuliere-
„ment reconnoitre et respecter en ~~vous, Monseigneur~~, RR.
„Votre grandeur; Puisse le Seigneur multiplier des jours
„qui nous sont si precieux et a tout le Royaume. Monsgr
„ce sont là nos voeux. /

* college d'Harcourt.

Huic gratulationi verbis officiosissimis respondit vir illustrissimus, pollicitusque est fore, ut, si quando se se daret occasio, argumento manifestiore demonstraret quantum diligat, imò quantum colat Academicos viros, et imprimis Venerandæ Nationis contribules; addidit à se non sine maximo gaudio hic astantes conspici professores celeberrimos quibus olim magistris et doctoribus in Harcurio usus est. conspiciebat autem MM. Le Melorel, Fortin de quedeville, et Desauthieux, quos, nobis recedentibus, benignè aliquandiu allocutus est. R. Regnault.

Sic Die . . . . . Amplissimus Rector et Deputati facultatum et Nationum cum suis quilibet adjunctis eâ pompâ eo apparatu, eo ordine quo cereos detuleramus Kalendis februariis, ivimus ad salutandum virum nobilissimum DD. Daguesseau (Litteratorum, et præsertim ex hac Academia Parisiensi selectorum Mecænatem) antea catholicum Procuratorem, jam illustrissimum Galliæ cancellariũ loco D. Voisin vitâ functi recèns nominatum. Pro universis Academiæ ordinibus verba fecit Rector amplissimus latinè, uti conventum fuerat, et quidem elegantissimè. Cui Cancellarius illustrissimus latinè respondit oratione gravi et plena humanitatis, et pariter elegantissimâ: testatus est benignè et perofficiosè se ab ineunte pueritiâ Academiam principem virosque academicos fuisse complexum et veneratum: crescente annorum numero Crevisse pariter suum in litteratos viros obsequium et studium singulare; jam vero se ad summum honoris et dignitatis fastigium evectum, operam daturum ut suus Academiæ Parisiensi restituatur splendor, leges observentur.... facturum ut quem habuit Academia discipulum et alumnum, jam patronum sentiat et suorum jurium defensorem et vindicem acerrimum. R Regnault

Die 6a Martij an. 1717. Comitia monstrua DD. Deputatorum apud Amplissimum D. Rectorem in collegio Sorbonæ plessæo habita sunt et quidem festinantèr. namque auditis et admissis supplicibus, audito quòd Sacerdos Audomacensis,

RR.

gradibus Academicis insignis, ad cujus propterea causam contra non graduatos, ut aiunt, Academia Parisiensis accesserat, litem in supremâ curiâ obtinuisset, cum D. Rector et Deputati collatis sententiis censerent se et universitatem debere appellare a Constitutione Unigenitus ad futurum generale concilium, idque propter varias contentiones, rixas, scandala, et schismata orta ex quo illa constitutio authoritate Regis Christianissimi in hoc Regno divulgata est, tum D. Syndicus renunciavit adesse in aulâ collegii virum nobilem in rheda seu essedo illustrissimi Senatûs principis advectum, qui modò sibi syndico declaravit præfatum illustrissimum Senatus præsidem primum optare vehementer ut D. Rector una secum syndico ipsum hâc ipsâ horâ conveniret rem gravissimi momenti auditurus. Quapropter cum hodierno die nullum aliud urgeret negotium Academicum conficiendum, brevi absoluta et dimissa sunt comitia. R. Regnault.

Ex decreto Præclaræ Facultatis lato in comitiis generalibus extra ordinem convocatis die Lunæ undecimo Maii anno 1713 in Aula Maturinensium, Acta hæc pluraq; alia Inferius descripta fuerunt cancellata Procuratorium munus gerente M. Lud. Nicolao Durand emerito Phiæ Professore in Cardinalitio

+12a. Anno 1717 die Martii 12a hora 6a matutinâ cum dimidiâ Comitia Venerandæ Normanorum Nationis hesternâ die auctoritate ornatissimi Procuratoris extrà ordinem habita sunt in aulâ Harcurianâ, in quibus ornatiss. D. Procurator dixit: Vocatus ab Amplissimo D. Rectore ab eodem accepi illustrissimum Senatûs principem ipsi denunciasse nomine Serenissimi Regni Regentis, ne adhæreat Universitas provocationi factæ ab illustrissimis quatuor Præsulibus, Mirapicensi, Senecensi, Montispessulano et Boloniensi. Quid porro hâc in parte faciendum sit expecto, ut pro vestrâ prudentiâ et universitatis jura et Ecclesiæ libertates et Regni leges sarta tecta sint. Remissâ in deliberationem Veneranda Natio censuit probanda et grata habenda quæ gessit Amplissimus D. Rector in suo trimestri magistratu, ipsique dandas esse litteras commendatitias, insuper rogandum esse ut cum selectis a se viris Academicis adeat Augustissimum Regni Regentem, cui cum maximâ reverentiâ exponat non posse Universitatem Parisiensem non provocare ad futurum Concilium generale à Constitutione Unigenitus eo quod prædicta Constitutio videatur contraria verbo Dei, praxi Ecclesiæ catholicæ circa Sacramenta Pœnitentiæ et Eucharistiæ, ejusdem Ecclesiæ disciplinæ, et Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, ab eodem Augustissimo principe suppliciter postulet licentiam muniendi actum provocationis omnibus formulis juris et solemnitatibus, servatâ tamen obedientiâ Sanctæ Sedi Apostolicæ, necnon unitate Ecclesiæ Catholicæ, et ita à me Procuratore conclusum est. R. Regnault.

Anno Domini 1717 die vigesimâ secundâ Martij in comitiis ad creandos Procuratorem et Quadrumvirum convocatis, retulit M. Barençon Quæstor fidelissimus olim initum fuisse contractum cum honesta fœminâ D. Le Camus, cujus nomine agebat Edmundus Boussard, quo quidem contractu patet fœnori datam venerandæ nationi summam septingentarum et quatuor libellarum, ea nimirum lege, ut annuum vectigal duarum et triginta libellarum dictæ D. Le Camus debeat domus ad Venerandam nationem pertinens, sita viâ vulgo Galande dictâ. Monuit insuper fidelissimus Quæstor optare

R.

dictum Edmundum Boussard, ut ejusmodi contractus rescinderetur; addiditque præsto esse virum probum civem Parisiensem quocum iisdem conditionibus, eâdem acceptâ pecuniæ summâ contractus iniri posset, tum re a me Procuratore in deliberationem missâ, natio veneranda rogavit prudentes viros — Mes Michaelem Le Blond, Jacobum Lavoisé, Jacobum — Courteille, Andream Dupont, contribules clarissimos et emeritos professores, ut una cum ornatissimo D. Procuratore cum censore integerrimo, et fidelissimo Quæstore ejusmodi veræ juram facerent, ut scilicet novum contractum cum Stephano Le Loup cive Parisiensi ineant et accepta pecuniâ summâ — Septingentarum et quatuor libellarum ab eodem D. Le Loup, veterem contractum dissolvant, et ita a me Procuratore conclusum est. / Cum exposuerit fidelissimus Quæstor ad se non accessisse heredem M. Francisci Guenon et ejusd testamenti curatorem, ego non indixi Solemnia Sacrificia pro æternâ præfati testatoris — Salute celebranda. / M. Nicolaus Roulland Censor ven. Nationis integerrimus, (quem Ego Procurator monueram datam hanc fuisse Censori decessori suo provinciam die 23 junii — anno proximè elapso, ut a vigilantissimo Primario Justitiano nomine ven.æ Nationis quæreret quo titulo, et quo jure Sacris operaretur in comitiis, ad creandum quadrumvirum in dicto collegio bis per annum haberi solitis,) dixit se a me ut hanc provinciam susciperet compulsum, et ideircò se bis adiisse ad præfectum primarium, ab eoque primâ vice hoc accepisse responsum; brevi nempe à se primario bursarios collegij aliosque eâ de re consulendos: secundâ vice dictum primarium repulisse id juris sibi, etsi in aliâ facultate Magistro, competere, ut suo in collegio in comitiis Academicis Sacra faceret collegij primarius, hunc que morem jam invaluisse. eâ de re quæ à me ad deliberandum propter temporis angustias proposita non fuit hodie Natio ven.a nihil definivit. Ego Procurator magistratu mox abiturus, tum quas potui gratas ex animo egi venerandæ nationis contribulibus, quod me tantis suis honoribus dignati fuerint, nempè quod multis antè me auctum muneribus suis, ipsâ decaratum purpurâ Procuratoris voluissent. — Addidi esse illud in more positum ut decedens procurator hodie quadrumviri munere fungatur, quapropter si jubeam me obire quadrumviratum, id et beneficij loco habiturum. Postea pro munere Procuratoris accessere Supplices Magister Germanus Anger Emeritus professor grammatices in — collegio Lexovio, vir Censorius, et M. Joannes Josset Artium doctor, Eloquentiæ Professor emeritus in collegio — Harcuriano, vir quæstorius et Censorius. denique stitit se Supplicem pro Regentiâ et Scholis Magister Philippus — Chevalier Clericus Constantiensis, Baccalaureus theologus in Sacrâ facultate Parisiensi, et nuper alumnus Harcurianus. Postquam extra comitium recessere Supplices, — rogatis dictisque sententiis longe Majorem suffragiorum partem tulit Magister Joannes Josset, quem satis commendant doctrina, morum integritas, blanda conciliatrix animorum modestia ab omni ostentatione abhorrens, ingenij sagacitas, eloquentia singularis, quam ut sæpius in Scholâ Harcuriânâ, sic maxime in Basilicâ Dominicanorum demirati sunt omnes Academiæ ordines, cum ipse M.r Josset nomine universitatis ab Amplissimo D. Rectore Bagoumer designatus orator Serenissimi Delphini et Serenissimæ Delphinæ laudes eximias funebri oratione prosecutus est. Electus igitur maximo cum plausu in Procuratorem, in meas manus sacramentum de more præstitit antequam purpuram induceret. Mag.r Chevalier libenter cooptatus fuit in gremium venerandæ nationis, dixitque sacramentum. Demique ego creatus Quadrumvir juravi in verba ornatissimi Procuratoris recens creati. Sic decessi ex munere Procuratoris. R. Regnault

N. Joannes Josset procurator

Acta Venerandæ Normanorum nationis, procuratore Joanne Josset Abrincensi, professore in Collegio Harcuriano ab anno 1696, et antiquo Venerandæ nationis questore et Censore.

a Die 22 Martij anni R. S. H. 1717

Die 22a Martij anno 1717 habita sunt Comitia mané post sacrum in Sacello harcuriano, renunciatus sum procurator, præstiti sacramentum, post ea vir clarissimus Magister Richardus Regnault exprocurator Licensiatus theologus Unanimi Consensu factus quatuor vir Misi dedit jusjurandum Josset

Eadem Die horâ decima Matutinâ in Comitiis præclaræ facultatis artium apud Mathurinenses habitis, grauiter questus est meritissimus Syndicus quod, ut acceperat, vix semel in qualibet hebdomada professorem philosophiæ in Collegio Burgondiæ, qui degunt in seminariis, nominati sunt Censores nationum qui ea de re inquirerent. Confirmatus est lectissimus quatuor vir Magister Richardus Regnault mane electus, grata et rata habuit ven. natio quæ per trimestrem Magistratum Jessit Amplissimus Rector, eique decreuit Litteras Commendatitias, denique fasces Rectorij eidem Magistro gabrieli petit de Montempuys pphiæ professori emerito in Collegio Sorbonæ plessæo prorogati sunt Josset

Die 3a Aprilis 1717 in Comitijs ordinarijs horâ sextâ matutinâ habitis in Sacello harcuriano, Magister Joannes Robertus de la Rüe Constantinus, Baccalaureus theologus acceptus est in gremium ven. nationis, absque suffragij Jure, donec Litteras Magisteri in artibus obtulisset æquissimo Consori Josset

V. 11 mai 1717

Eadem Die, horâ post meridiem primâ, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorem apud Amplissimum Rectorem in Collegio Sorbonæ plessæo, in quibus actum est primo de gratijs agendis Saluberrimæ facultatis Decano Magistro Doute, Unanimi omnium Consensu placuit amplissimis verbis et ut ita dicam, aureis, in actis Universitatis et facultatum et nationum Consecrandam esse memoriam beneficij Collati tum Erga Amplissimum d. Rectorem, tum Erga Universam Academiam. quâ enim sapientissimus ille Decanus apud Augustissimum Regni Regentem gratiâ pollet, Inuidorum, Calumniantium tela retorserat. Secundo actum est de Controuersia doctores inter et bursarios Collegij de Boncourt, et lectum est a meritissimo Syndico supremæ Curiæ decretum cui stare oportuit Josset

Die 6a Aprilis 1717 habita est Synodus Academica apud Mathurinenses ab Amplissimo Rectore M. gabriele petit de Montempuys, sapientissimis decanis, et ornatissimis procuratoribus. Comparuerunt M. Joannes choart doctor theologus Rector Ecclesiæ parrochialis Sancti germani veteris, Magister N. Labbé Rector Ecclesiæ parrochialis Sancti Andræ; Magister N. Brebis Rector Ecclesiæ parrochialis Sanctorum Cosmæ et Damiani; Comparuere et alij Universitatis Beneficiarij, pauci aberant, eos excusatos habuimus, qui præmiserant suæ absentiæ Causam legitimam; Magister le Roux doctor theologus et Capellanus quia forte neglexerat se sistere aut quemquam deprecari sponsorem, multatus est aureo numero, nisi intra quindecim dies se sisteret. Josset

Die 13a Aprilis 1717 habita sunt extraordinaria
Comitia Gymnasiarcharum et professorum ven.
nationis, in Collegio harcuriano, in quibus
Vigilantissimus prouisor harcurianus M. guillelmus
Dagoumer vir Rectorius diserte exposuit ea
omnia quae reditus nuntiatuum speculant
omnibus accurate perpensis, placuit primum
nominandos esse deputatos, qui gratias amplissimas
agerent eidem vigilantissimo prouisori, atque id
circo ipsum adirent, verum quae est ejus
Modestia, hanc Legationem enixe recusauit omnes
surrexere et ex tempore gratias egere. Deinde
statutum est impensis gimnasiarcharum et
professorum tipis esse mandandum quidquid
scriberetur a vigilantissimo prouisore ut nostra
jura tueretur. tum a me procuratore obsignandum
esse scriptum a venerabili natione comprobatum,
quod offerrem tribus alijs nationibus obsignandum,
eorumque scriptum rejicerem, nostris juribus
contrarium Josset

Coppie de l'acte qui a esté signé par Messieurs
les procureurs des quatre nations de la faculté
des arts —

En consequence de l'ordre de son Altesse
Royale Monseigneur le Regent en datte du
27 feurier dernier, adressé au fermier general
des postes et messageries de france pour payer
aux principaux et Regents des Colleges de plein
exercice de la faculté des arts de l'université
de paris tant actuellement Regentants que Emerites,
les quartiers de Janvier et Auril de la presente
année de leurs Messageries. —

Les dits principaux et Regents sont convenus
que par prouision et sans prejudice des droits
et pretensions respectiues qu'ils peuuent auoir
a raison de leur differente nation, et sans
deroger par ceux de la nation de normandie
au Bail par eux fait audit fermier, les
deffenses des trois autres nations reseruées au
contraire, sera payé pour le quartier de
Janvier —

aux francois .. 5892 tt 10 s M. —
aux picards ... 1885 tt 12 s
aux normants ... 6010 tt 10 s
aux Allemans ... 471 tt 8 s

que de même il sera payé pour le quartier
de Auril

aux francois ..... 6130 tt 14 s 6 d
aux picards ..... 1923 tt 6 s 8 d
aux normans ..... 6010 tt 10 s
aux Allemans ..... 480 tt 16 s 8 d

louttes lesquelle sommes montent ensemble
a la somme de 28805 tt 7 s 6 d,

Laquelle estant deduite de celle de 30000 tt alaquelle son A. R. a porté le revenu de la demy année des Messageries de l'Université, il restera entre les mains du fermier la somme de 1194 tt 12 s 6 d. le tout ainsy convenu a condition que la somme de mille livres que Messieurs les principaux et professeurs de la nation de picardie recoivent du fond de l'Université demeurera sequestrée pour la presente année entre les mains du Receveur de la ditte Université et pareillement celle de trois cent livres que ceux de la nation d'Allemagne recoivent du même fond, sans approuver par les nations d'France et de normandie le payement fait l'annee precedente de la ditte somme de mille livres a ceux de picardie, et de la ditte somme de trois cent livres a ceux de la nation d'Allemagne et a la charge de raporter au sequestre les dittes sommes, de 1000 et de 300 tt par lesdits de picardie et d'Allemagne, s'il est ainsy ordonné. 18

18 fait a paris Josset

Die 8a Maij in sacello harcuriano celebratum est officium in requiem animæ Magistri petri de Surville, quo peracto indictæ sunt missæ in diem Martis proximum in requiem animarum Joannis du hamel et philippi Boisney. Sero vesperæ in honorem divi nicolai, + celebratus; ex inde habita sunt comitia in quibus placuit parentandum esse Magistro du hamel decano, ut moris semper fuit, majori scilicet cum apparatu, exhiberetur tumulus et quidem decenter ornatus, verum propter penuriam quinque duntaxat asses distribuerentur a fidelissimo quæstore. Josset

+ postridie dicta festum in honorem divi nicolai celebratus

Die 11a Maii 1717 duabus missis in sacello harcuriano celebratis primâ in requiem animæ Magistri philippi Boisney lexoviensis et in Marchiano quartanorum professoris; atterâ in requiem animæ Magistri Joannis du hamel Bajocensis emeriti pphiæ professoris in collegio Sorbonæ plessæo et ven. nat. decani, adhibitis solemnitatibus solitis in honorem decanorum; habita sunt comitia in quibus supplex accessit philippus Boisney lexoviensis Magister in artibus, ut præficeretur sexto ordini collegij Marchiani, verum ejusdem collegij primarius Magister de la pierre, doctor Sorbonicus, in litteris nominationis seu præsentationis ut ajunt, ea verba usurpasse visus est, quæ juribus ven. nationis et facultatis artium adversarentur, placuit supplicem ad alia comitia rejici, donec novas et modestiores præsentationis litteras afferret; nominant enim, designant et ut ita dicam, præsentant primarij collegiorum, solius autem est nationis instituere, præficere, atque adeo si res ita postulat destituere. Josset

Eadem Die Joannes Robertus de la Rue
Constantinus Magister in artibus et Baccalaureus
theologus, socius et procurator utriusque domus
haveuriani, obtulit Litteras Magisterij in artibus,
quas ipsi in superiori supplicatione decerant
et admissus est ad suffragium Joffet

Die 19a Maij 1717 Saevis peractis juxta
testamentum Magistri Franbisci quenon
Constantiensis et Subdecani, Rediit supplex
Magister philipus Boisney supradictus, et eodem vestiores
attulit Litteras nominationis a Vig. gymnasiachu
petivo de la pierre; et omnium votis et suffragiis omnium
consensu fuit admissus in gremium venerandae
nationis et sexto ordini collegi Navarriani
pro positus Joffet

Eadem Die Devotinus hovis una cum professorem
deputatis illustrissimum virum dominum De Fleury
procancellarium Catholicum jurisprudentiae studio
profecti sumus, sed villam Floridam petiverat
atque id circo placuit ut ad ipsum scriberem
nomine totius nationis et instrumenta mitterem,
quibus nostrum jus in controversia de veteribus
scripto accurate quidem et valida accepta
vesevimus vivo Rectorio semper de nostra
Republica bene merito Magistro guilelmo Joffet
dagoumer collegij haveuriani provisori vigilantissimo

Die Sabbati 5a Junij Die Martis 15a Junij in sacello haveuriano,
Saevis peractis et in requiem animae M. Regnault gratias habuit satis sicut testamento Magistri Franciscei
sunt M. de Vadelorges, quenon peregit ven. natio solemne saevum
qui pro venerandae matronae pro venerandae natione
voluit celebrare in ejus animae requiem, quo peracto
Rousel licentiatus theologo go tt et fidem mittus est in gremium ven. nationis Joannes
de ditt venerandae natio a Sourdan Constantiensis, Magister in artibus et
se sumam hanc per Baccalaureus theologus Joffet
Soluendam d. de Vadelorges
Subdecanus

Die Veneris 18 Junij habita est supplicatio
ad eadem deo sacram sub invocatione
Annunciationis v.v. Virginis dei paraclin
Regale Coenobio RR pp Coelestinorum Joffet

Die 23 Junij in Collegio Justitiano
post Saevum electus est quatuor vir Magister
Michael le Blond Ebroicensis professor emeritus
Collegij Bellovacei, nunc vero Collegij Sorbonae
plateae professorius, iisdem in comitiis,
Rogatus est vir Rectorius et Collegij
haveuriani provisor vigilantissimus Magister
Guilelmus Dagoumer ut videret ne quid
detrimenti venerandae nationi afferret
Controversia obortae inter honorandam
nationem et Magistrum Duhan professor
stipendium emeritorum, qui beneficium
Ecclesiasticum plus quam mille Librarum
annui et certi reditus obtentam abdicassent
denique rogatus est aequissimus censor
ut adiret gymnasiarchum Justitianum
doctorem theologum, ipsi que denuntiaret
nomine totius ven. nationis nullum
jus habere gymnasiarchas Collegiorum

In quibus sacra peragit ven. natio, sese Capellanos profitendi sed ab eadem ven nationis libere eligi. Eadem die horâ decimâ apud Mathurinenses prorogati sunt fasces Rectori Magistro de Montempuys Josset

Die 28a octaua Junij post solemnia sacra electi sunt examinatores baccalaureorum in artibus, Magistri Bourey, de Limoges, Jourdan, Joubert, et Munus questorium prorogatum est Magistro Barençon denique admissi sunt expunctores rationum accepti; et impensi viri clarissimi, de Vadelorges de la Val, dupont, des Costy, le Monnier, Josset

Die Veneris 2o Julij 1717 Veneranda normanorum natio in sacello Collegij harcuriani congregata omnibus et singulis ex mandato ornatissimi procuratoris conuocatis post per actum sacrum in die festo Visitationis Beatissimæ Mariæ Virginis, recitato libello supplice quem obtulerat Robertus le Cuirot Major ejusdem nationis apparitor, quo postulabat ut filius sororis suæ Claudius Joannes Faitout sibi in eodem munere successor designaretur cum jisdem juribus, emolumentis, ac priuilegijs sibi ab eadem natione concessis. Re, ut moris est, in deliberationem missâ, eadem Veneranda natio ~~[illegible]~~, ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ supplicibus uotis annuens, filium sororis ejusdem le Cuirot Claudium Joannem Faitout successorem post Auunculi obitum, ad munus Majoris apparitoris certo obeundum admisit cum ijsdem juribus, emolumentis et priuilegijs, ijs tamen legibus et conditionibus a Veneranda natione constitutis et a me procuratore dicto Claudio Joanni Faitout, antequam ad sacramentum accederet, denuntiatis. primo ut nihil unquam de reditibus nunciatum a gymnasiarchis et professoribus exigat, sed agnoscat ut ejus Auunculus declarauit, nullum sibi in eum rem jus esse. secundo ut quoties a Veneranda natione nouus creabitur procurator coram eodem fasces deponat Claudius Joannes Faitout futurus Major Ven. nat. apparitor et eodem procuratore jubente, de consensu ven. nationis resumat, ita ut si quid in apparitorem intendatur id penes sit judicium et authoritatem totius Venerandæ nationis rite congregatæ tertio ut Auunculo, quoad viuet, et Venerandæ nationi gratuitam prestet operam, nihilque viuo Auunculo de ejus emolumentis exigat. his nominibus et conditionibus ei concedendas esse litteras decreuit Veneranda natio, die et anno supradictis atque ita conclusi ven nationis procurator Josset

Die 17a Augusti 1717 in peruilegio assumptionis dei paræ virginis post vesperas habita sunt Comitia venerandæ normanorum nationis, in quibus duo proposita sunt, primum ut ratio haberetur postulationis Constantissimæ germanorum nationis, quæ efflagitabat ut tolleretur Intercessio facta quominus perciperet mille Libras ex reditibus publici totius Vniuersitatis patrimonij, saltem quoad septingenta Libras, quas inpendebat alendis pauperibus suis popularibus; offerebat scripto suum Concensum ut veneranda natio mille Libras ex suo Jure perciperet. placuit Venerandæ nationi mutuam gratiam rependere et intercessionem sustulit ita tamen ut septingenta duntaxat Libras perciperet Constantissima germanorum natio suis pauperibus alendis inpendenda, trecentas uero alias Libras tunc perciperet quando veneranda normanorum natio mille Libras pariter perciperet. Alterum, Cauendum esse ne quid detrimenti afferret Litis oborta inter horandam gallorum nationem et Magistrum duhan, placuit venerandæ nationi rem hanc totam Committere sapientiæ vigilantissimi prouisoris hareuriani Magistri guillelmi dagoumer viri Rectorij atque ita a me Conclusum est Josset

Die 4a septembris 1717 peractis sacris in sacello hareuriano, habita sunt ven. nat... Comitia, in quibus placuit eidem nationi summam septingentarum et quatuor Librarum, quam mutuam acceperat a domino stephano le loup eidem roganti restitui et ad illam restituendam parem mutuam accipere a domino Claudio Regnault professore in lexouio, et ijsdem nominibus et Conditionibus, coram notarijs sponsores dedit veneranda natio viros deputatos, nempe procuratorem suum, Censorem, Magistros de la voisée, Courteille, dupont, qui rem totam peragant atque ita a me procuratore Conclusum est. Josset

Die 7a octobris 1717 habita est supplicatio totius Vniuersitatis ad ædem deo sacram sub inuocatione sancti Jacobi ab alto passu Josset

Die 11a octobris 1717 post sacrum in sacello hareuriano Magister Joannes de la val vir procuratorius et Celeberrimus Eloquentiæ professor in Marchiano omnium Consensu electus est quatuor vir Josset

Eadem die horâ decimâ apud Mathurinenses in Comitiis facultatis artium quatuor viri approbati, sunt ingressi Conclaue, ex ijs duo nempe Magister Loudie et Magister

Le Comte nominavunt Magistrum godeau in Rectorem Amplissimum, Magister vero de La val vna cum Magistro Martinot nominavunt Magistrum Coffin in Rectorem Amplissimum Magister de Montempuys Rector ingressus est concluere et adhaesit nominationi D. godeau Rem exposuit in nostris Comitijs Magister De La val quâ rem Deliberationem missâ placuit Venerandae nationi ut ornatissimus procurator sub hac formula sententiam Venerandae nationis coram Amplissimo Rectore declararet per me Veneranda normanorum natio gratam habet electionem Magistri godeau in Rectorem Amplissimum, si modo illaesâ authoritate Regia eum eligere liceat, quod ita a me prolatum est verum quoniam hanc exceptionem repetere noluit Amplissimus Rectoris Eandem postridie mane in institutione seu confirmatione Amplissimi Rectoris Conclusionis nostrae formulam adhibui et postulavi ut tabulis publicis inscriberetur Vosset

Eadem Die 11a octobris 1717 horâ septimâ matutinâ post sacrum, designavi virum clarissimum baccalaureum theologum D. Soubert qui divo Romano orationem panegyricum habeat deinde nominavi M. Chevalier baccalaureum theologum ut nomine ven. nationis sapientissimum Magistrum Regnault doctorem theologum a me designandum invitet ad rem divinam Die virgini deinparae sine Macula conceptae sacrâ, Eandemque virginem illibatam publicâ oratione celebrandam Vosset Denique nominavi D. de Vadelorges qui die divo Carolo Magno sacrâ, eundem in regia navarra Debitis Laudibus prosequatur Vosset

Eadem Die 11a oct. 1717 in iisdem Comitijs matutinis in harcurio, supplex accessit Magister Jacobus nicolaus, Ingont Rotomagensis et Magister in artibus ut cooptaretur in gremium ven. nationis, verum absente meritissimo Consultissimae Jurium facultatis Syndico, ipsi decrant testimonia triennij Jurium studij, admissus est, tamen ad sacramentum, sed privatus jure suffragij donec afferret solita studij jurium testimonia Vosset

Die 22a octobris in pervigilio divi ~~nicolai~~ Romani horâ primâ post Meridiem Vesperarum officium ritu solemni celebratum est pontifice M. Soubert quem postea ad faciendam crastinâ die rem divinam et ad habendam orationem panegyricam invitavi ven. nationis procurator Vosset

Die 23 rem divinam singulari pietate peregit Venerandus pontifex M. Soubert, eundem hortatus sum ut pari Eloquentia Laudes patroni nostri prosequeretur omnium votis et expectationi satisfuit, elegantem enim gravem

A ornatam habuit orationem nostrum hoc fuit omnium Judicium Josset

Die 27 octobris in Comitijs apud Mathurinenses aequissimus Censor electus est Magister dupont Descottys in ijsdem Comitijs vehementem habuit orationem d. viel scriba emeritissimae ut deleretur clausula adhibita a v. natione in electione et insitatione Amplissimi Rectoris, censuit v. natio non esse delendam hanc clausulam si modo illaesa authoritate Regia cum eligere licuerit Josset

Die 25a novembris 1717 post sacrum in die sacra divae Catarinae habita sunt Comitia venerandae nationis, in quibus exposuit aequissimus Censor M. Jacobum nicolaum ingont Rhotomagensem sibi oblulisse testimonia triennij jurium studij, sed anno primo unius duntaxat professoris lectiones excepisse, cautum vero esse et decretum conclusione latâ pridie cal Januarias 1672 ne quis sive baccalaureus sive Licentiatus inter contribules scribatur, nisi per tres annos integros duorum professorum lectiones audiverit et scripserit juxta probatum morem sacrae theologiae facultatis reponebat M. ingont nunc in more positum esse in consultissima facultate, ut primo anno unius duntaxat professor audiatur ejusque lectiones excipiantur; tandem quia constabat eum per tres annos antecâ audivisse et excepisse lectiones sex professorem per triennium in sacra theologia, admissus est in gremium venerandae nationis et ita conclusum est Josset

In Comitiis ordinaris die Sabbati 4o febris 1717 horâ octavâ post sacrum in Collegio hare. orn. D. procurator exposuit Amplis. universi studijs Cado. Rectorem Magistrum Regnault ad se accessisse et ab eo postulari, ut vn. pars accedere velit ad litem, quae eidem academiae Cadomensi illata est a fratribus alumnis Collegij montani qui se Jesuitas dicunt, in qua quidem lite postulant illi fratres ut eorum auditores in theologicis institutis admittantur ad gradus in sacra facultate Cadomensi. secundo, ut ipsi possint, praesente decano facultatis artium Cadomensis si velit adesse, tentare suos scholasticos in artibus, et examine ut ajunt rigoroso, eos promovere

ad Magisterium, demum ut Academici professores
teneantur adire eorumdem fratrum scholas Cadomenses
et in actibus publicis disputare; atque vicissim liceat
eisdem fratribus concertationes habere de prophia
in Collegiis Academicis Remissa in deliberationem
nisum est omnibus ven. nationem non posse
non accedere ad hanc litem, et praesto esse, ven.
Academiae, almae Universitati parisiensi jamdudum
confoederatae, praesertim cum visis tabulis et
expensis variis momentis, quae hinc et inde
depromi possunt; iniqua sit postulatio eorumdem
fratrum et noxia juribus ac privilegiis
universitatum atque ita ab ornatissimo
procuratore fuit conclusum Josset

Placuit insuper ut praecedentis conclusionis
exemplar deferatur nomine ven. nationis
ad Amp. Rect. Cadomensem a duobus tribulibus,
qui Academiae Cadomensis fuerint candidati,
atque ut ab iisdem invitetur ad audiendam
orationem panegyricam quae de illabato dei
parae conceptu haberi debet in sacello harc.
Die Mercurii proximo a Sapiens Mag. Regnault,
doctore theologo, socio harcuriano quod a me
procuratore fuit conclusum Josset

Die 8a decembris celebratum est solemnem
sacrum et habita est egregia oratio in honorem
illabati dei parae conceptus a sapientissimo
viro d. Regnault doctore theologo, socio
harcuriano, aderant, Amplissimus Academiae
Cadomensis Rector d. Regnault, et Eius
Comes de Ste Croix Josset

Die 16 decembris in comitiis apud
Maturinenses prorogati sunt fasces Rectorii
Amplissimo viro d. godeau iisdem verbis,
quibus antea fuerant delati Josset

Die 8a Januarii habitis comitiis post
sacrum Magister Joannes Jacobus Gubert
broquet Ebroicensis bacalaureus theologus
admissus est in gremium venerandae
nationis - deinde fidelissimus quaestor dixit
plures accessisse ad conducendam domum
interiorem que sita est in via vulgo
dicta galande, sed iisdem se respunsum
dedisse non minori pretio quam quingentis
libris per singulos annos esse conducendam
tum ornatissimus procurator dixit sibi
delatam esse Epistolam subscriptam a clarissimis
proceribus Academiae Cadomensis, quaequidem
Epistola publice lecta est et placuit eam
esse inscribendam in nostris

Commentaris. hec autem est eius modi

A Messieurs Les procureur doyen et Supposts de La nation de normandis En Luniuersité de paris

NOUS Souhaiterions pouuoir uous Exprimer Les Sentimens de Reçognoissance, dont nous sommes, penetrés de La Manier obligeante dont uous En auez agi alegard De Mr. nostre Recteur Et des honneurs Extraordinaires, que uous Luy auez faits Et a Mr. L'abbé de Ste Croix qui a bien voulu Laccompagner

NOUS auions tout Esperé d'une Compagnie, que son nom mesme Engageoit a nous Estre fauorable Mais, En verité, Messieurs, uotre generosité a tellement surpassé ce que nous pouuions attendre, que volontiers nous remersirions nos aduersaires, de nous auoir procuré un renouuellement si autentique de Cette ancienne union qui a toujours Eté Entre uostre celebre Corps Et nostre uniuersité

La Seule peine que nous aions apres tous Les honneurs, dont uous nous auez Comblés Est de nauoir Jamais eu Locasion de nous En rendre dignes, nous La Regarderons Comme une faueur signalée, si Jamais elle se presente, ne pauuants Estre auec plus de Reccognoissance Et de Consideration que nous sommes

Messieurs

a Caen 14 xbre 177 Vos tres humbles Et tres obeissants seruiteurs Dufard prof de theologie Louet doyen du droit canon. Joliuet doyen du droit Ciuil Ango doyen de medecine Aubert pour le doyen des Arts

Die 12a mensis Jannuarij 1718 habita sunt Comitia extraordinaria venerandæ nationis in Collegio harcuriano, omnibus et singulis rite Conuocatis, horâ post meridiem primâ Exposuit fidelissimus quæstor agendum esse de Locatione domûs interioris, quæ pertinet ad venerandam nationem; quæque sita est in uia, vlgo dicta

galande; addidit ad eam conducendam plures
se se offerre; Re in deliberationem ab
ornatissimo procuratore missâ placuit primo
audiendum esse clarissimum virum dominum
gerandum de chapuy doctorem medicum
Monspeliensem, qui declarauit se singulis annis
quingentas libras soluturum eas que per
partes æquales singulos trimestri, sibi curam
fore suis impensis gradus ad commodiorum
venerandæ nationi annum vectigal tredecim
librarum pro lucernis ut ajunt et asses
octodecim aut circiter, procuratori congregationis
sanctæ genouefæ, pollicitus est insuper, si quid
aut commodi aut decoris huic domui adderet,
nihil ex eo a se detractum iri Re iterum
missâ in deliberationem placuit ~~hujus~~ te
conclusionem hujusce domus clarissimo viro de chapuy
his conditionibus per nouem annos, a primo
Julij anni præsentis concedi. ita ab ornatissimo
procuratore conclusum est JOSSET

Die Martis primo februarij 1718, post vesperas
in uigilia purificationis beatæ mariæ virginis,
habita sunt in collegio harcuriano comitia
venerandæ nationis, in quibus ornatissimus
procurator compestus est sibi significatum fuisse
quemdam libellum, quo teneretur sistere se
coram illustrissimo proprætore parisiensi, in
quo instrumento fidelissimus quæstor suo et quorumdam
nomine contendebat irritam esse conclusionem
latam a veneranda natione die 12° Januarij
ejusdem anni qua conclusione concessa fuit
Magistro de chapuy conductio domus interioris,
quæ pertinet ad venerandam nationem et
quæ sita est in via vlgo dicta galande,
postulauit ornatissimus procurator ab
integerrimo censore et a fidelissimo quæstore
et ab alijs tribulibus, quid hac in re fidem
ornatissimi procuratoris improbarent, qui inuitus
tulit conclusionem et ex majori suffragiorum
numero, qui antequam eandem ferret, ter
quaterque postulauit, ut nihil fieret inconsulto,
sed comitia ad aliud tempus differrentur tum
concordiæ, tum securitatis causâ. qui non
indixerat comitia nisi rogatus est ex fide
fidelissimi quæstoris, qui rem vrgere dictitabat
et nihil a se neglectum, et fidelissimus quæstor
et æquissimus censor, et sapientissimus decanus
cæterique omnes confessi sunt conclusionem
fuisse legitime latam et suffragia bis fuisse
numerata ab ipso æquissimo censore ut
moris est, addidere nihil improbari posse

In iis quaegesta sunt ab ornatissimo procuratore, qui uidens non rem suam, sed totius venerandae nationis agi, nominauit deputatos qui causam sustinerent si ita libuerit, viros clarissimos magistrum de la Voisée, Magistrum pipon professores Emeritos, et Magistrum poiteuin celeberrimum ppriae professorem in Collegio Bellouaco atque ita ab ornatissimo procuratore conclusum fuit Josset

Die 5a Martij supplex accessit Magister Joannes Stefanus dauid Ebroicensis, Bacalaureus theologus, et admissus est in gremium veneranda nationis Josset

Eodem Mense Martio 1718, orta est controuertia de nuntiatibus Lutetiam inter et Rotomagum; quidam nomine Ribelual voluit contra Jus nostrum, legitimamque nostram possessionem instituere Essedas, quibus ut ajebat commodius in iis locis vbi molesta est nauigatio Lutetia Rotomagum et Rotomago Lutetiam veherentur ij quorum interesset. significauit se opplinuisse litteras a Rege; id que factum esse in gratiam illustrissimi viri d. portail praesidis infulati, id circo nominati sunt deputati qui addirent illustrissimum praesidem, et venerandae nationis obsequium et obseruantiam omni affectu declararent, sed que est tanti viri in Academiam propensa voluntas, rem prius expenderet Jusque nostrum agnosceret; quod cum esset ab eo concessum, Rogatus est a veneranda natione vigilantissimus Collegi harcuriani prouissor et anticus Rector Magister guillemus dagoumer, rerum nostrarum peritissimus ut Jura nostra illustrissimum principem edoceret, adhiberentur que patroni et consulerentur si opus esset Josset

Die 24a Martij 1718 habita sunt ordinaria comitia venerandae nationis in sacello Collegij harcuriani post sacrum, in quibus ornatissimus procurator exposuit agendum esse de professoribus, qui abdicato beneficio Eclesiastico, aut inciperent aut pergerent in Academiâ profiteri, non interruptâ serie, per tempus debitum et Requisitum, ut Emeritorum stipendium consequerentur re missâ in deliberationem, placuit

Venerandæ nationi ut plures inuitentur ad
docendum iisdem professoribus concedendum esse
emeritorum stipendium et soluendum de more,
quandiu non possidebunt sufficiens beneficium
aut pensionem ecclesiasticam plus quam mille
librarum annui et certi reditus, si modo post
abdicatum beneficium decreuerint de nouo per
spatium temporis debitum et ab academia
requisitum. atque ad nouum emeritorum
ius acquirant, atque ita ab ornatissimo procuratore
conclusum fuit. Iosset

Eodem die et iisdem comitiis vnanimi consensu
factus est venerandæ nationis procurator vir
clarissimus dominus martinus Rousel
Rotomagensis licentiatus theologus, quem
probitas et eruditio et nouitatis otium maximè
commendant; idem sacramento dedit gratias
egi amplissimas venerandæ nationi pro munere
procuratorio, quo me anno superiori decorauit
grata et vata habuit venerandæ natio quæ a
me gesta sunt procuratore Iosset

Acta venerandæ normanorum
nationis procuratore M. Marino
Roussel Rothomagensi, sacræ facultatis
parisiensis Licentiato theologo.
a die 24. martij anni 1718. usque
ad diem

Die 24. martij anni 1718. comitijs ordinarijs
mane post sacrum in sacello harcuriano
habitis, omnium tribuliem consensu Ego Marinus
Roussel Rothomagensis, venerandæ nationis
procurator electus sum, magister viro Franciscus
Roussel lexoviensis, Licentiatus theologus et
philosophiæ professor in harcurio designatus
et Quadrumvir creando vel provocando —
Rectori. Roussel

Eadem die 24. martij habitis apud Maturinenses Rectorijs praeclarae Artium Facultatis comitijs horâ decimâ matutinâ, idem magister Franciscus Roussel in quadrumvirum confirmatus est, Amplissimo Rectori Magistro Michaeli Godeau fasces rectorij prorogati sunt lubenti animo, grataque et rata habuit ven. natio quaecunque ab ipso gesta erant praecedenti trimestri magistratu. Roussel.

Die martis decimâ maij comitijs in Aula harcurianâ habitis, gratiae a venerandis tribulibus actae sunt Magistro Guillelmo Dagoumer Emerito philosophiae professori et collegij harcuriani vigilantissimo provisori, pro sua incredibili curâ et operâ impensâ in negotio nunciatuum ad venerandam nationem pertinentium. deinde domus pro cuius locatione controversia orta fuerat inter tribules quosdam, locata fuit cuidam petasorum opifici ~~[illegible]~~ sexcentis libris annuis, ~~[illegible]~~ jussum est ut quidquid impensum fuerat a tribulibus ad persequendam litem suam, id ipsis ex aerario venerandae nationis redderetur, et omnium animi ad concordiam redierunt. Roussel.

Die mercurij 22. junij habita sunt post sacrum in collegio justiniano comitia ordinaria, in ijs Quadrumvir electus est Magister Alexius Vallée baccalaureus theologus, placuitque venerandae nationi honorarium Missae erogari dicti collegij Gymnasiarchae Doctori theologo, non verò sportula quae solis tribulibus qui gaudent iure suffragij in natione, solet erogari. Roussel

Eodem die eiusdem mensis in comitijs Rectorijs
praeclarae artium facultatis apud maturinenses
habitis confirmatus est Quadrumvir M. vallée
matutinis horis electus, votis supplicum indulsit vene-
randa natio, fascesque rectorij Magistro Michaeli
Godeau libenter prorogati sunt. Rousset

Die martis 28. junij habita sunt comitia in
sacello harcuriano, in quibus postquam gratias
egi fidelissimo Quaestori Magistro Barençon in
Lexoveo professori ob fideliter diligenterque obitum
per plures annos quaestoris munus, Magistrum
Marie eloquentiae professorem in Cardinalitio
in eius locum designavi, salvo iure DD. Baccalau-
reorum quorum vices recurrebant istius oneris
perferendi, et quorum nonnullis palam et publice
a ven. nat. oblatum est.
Deinde expunctores rationum Magistri Barençon
quaesturâ abeuntis designavi M. Desauthieux professo-
rem in harcurio, M. Basselin philosophiae professo-
rem in Grassinaeo, M. Bonnesaur philosophiae
professorem in Lexoveo, et M. Feron baccalau-
reum theologum qui omnes a venerandâ natione
approbati sunt. Demùm nominavi etiam ego pro-
curator M. Benet philosophiae professorem in
collegio Bellovaco et MM. Feron, Barabé et
Cheron baccalaureos theologos ad tentandas eorum
vires qui aspirant ad gradum Magisterij in
artibus.
post quàm haec acta sunt aequissimus
censor dixit litem intercedere inter M.trum
Rollin ornatissimum nationis honorandae
procuratorem et M.trum pourchot è tribu
senonensi et meritissimum universitatis
parisiensis syndicum, occasione praesen-
tationis ad curionatum SS. Cosmae et

R.

Damiani. Duæ tribus eius nationis elegerant M.
Besoigne licentiatum theologum et socium sorbonicum
in pastorem supra dictæ paræciæ. duæ M. Godeau
amplissimum universitatis Rectorem, et tribus Bitu-
ricensis tertium quendam elegerat. ornatissimus procu-
rator ratus sui juris esse in quam vellet partem
inclinare, ijs tribubus suum suffragium adiunxit —
quæ M. Besoigne elegerant, eumque ritè ab —
honoranda natione electum ad obeundum pastorale
officium pronunciavit.
paucis interiectis diebus conclusionem de eâ —
electione tribunali Academico apud Amplissimum
Rectorem obtulit, cui tunc tantùm intercessit —
meritissimus syndicus, violatas esse leges et —
statuta honorandæ nationis ab ornatissimo —
procuratore asserens, cum non potuerit concludere
nisi pro pluralitate suffragiorum, quam certè,
aiebat, non habuit M. Besoigne, cum ipsi —
duæ tantummòdo tribus suffragatæ sint, duæ Ampliss.
Rectori, et una tertio cuidam. Ornatissimus contra
procurator M. Rollin contendebat a se nullatenus
violatas leges cum pro M. Besoigne pronunciavit,
idque multis argumentis ostendebat a quibus —
referendis abstineo.
Ne autem similis controversia in ven. natione
aliquando oriretur a me postulavit æquissimus
censor cum multis alijs contribulibus ut de jure
ornatiss. procuratoris in eiusmodi casu statueretur. —
re ergo per me procuratorem missâ in —
deliberationem, rogatis dictisque sententijs, —
censuerunt venerandi tribules (excepto tamen —
sapientissimo Decano M. le Merolel qui dixit
sibi non constare de jure procuratoris in hisce
casibus) ornat. procuratorem ven. nationis,
si quando contingeret in eâ tripartita esse suffragia,
adeout v. g. viginti tribules starent ex unâ
parte, viginti ex alterâ et decem ex tertiâ

quadam parte starent, pro suo iure posse tunc concludere in quam partem voluerit quae viginti tribulium suffragijs nititur, nec ipsum teneri prius remittere alios decem ad suffragia et expectare dum accedant ad alterutram partem quae iam habet viginti suffragia, ut possit ferre sententiam; atque ita a me conclusum est. Roussel.

ante quam è comitijs discederemus postulavit M. Dagoumer Exrector et Collegij harcuriani provisor ut ven. natio deputaret quosdam ex suis qui expenderent et referrent ven. nationi quidquid in supradicto negotio inter M. Rollin et M. pourchot actum esset, ut posteà, si è re suâ foret, ven. natio accederet ad litem M. Rollin contra M. pourchot. re missâ in deliberationem, nominati sunt nobiscum deputati M. Dagoumer vir acerrimi ingenij et numquam satis laudandus pro eius incredibili amore et studio in ven. nationem, et M. Touraine notae fidei et probitatis baccalaureus theologus. Roussel.

Die 30. julij in comitijs extra ordinem a nobis indictis hora 1.ª pomeridianâ ad nominandos deputatos sicut caeterae nationes pro negotio Curionatuum quorum nominatio seu praesentatio ad universitatem pertinet, in diversas partes abierunt animi et re infectâ discessum est. Roussel

Die sabbathi 6.ª Augusti in Comitijs menstruis in Aulâ harcurianâ habitis exposui ven. nationi die sabbathi proximè elapso, julij verò trigesimo è comitijs nostris ad nominandos deputatos habitis, ut iam factum fuerat in caeteris nationibus, qui diligenter expenderent num e re Academicâ foret permutare nominationem Curionatuum quae ad universitatem pertinet, pro nominatione aliorum beneficiorum quibus cura animarum expresse non sit annexa, magistros re infectâ discessisse, totumque istud negotium ad hodierna comitia

R.

remisisse: addidi deputatos caeterarum nationum interea simul convenisse die iovis ultimo 5.° mensis decurrentis, et mihi a Magistro Huré nomine Eminentissimi Cardinalis Noallij significatum fuisse, pergratum fore huic Eminentissimo Antistiti si venerandae Nationi placeret deputatos nominare ad supra memoratam Beneficiorum Ecclesiasticorum commutationem pertractandam. re ergo per me propositâ ad deliberandum, a ven. Natione nobiscum delegati sunt huic negotio M. Vadelorge prodecanus et M. Dupont professor in Cardinalitio et aequissimus ven. nationis Censor, eâ tamen lege ut nihil omnino conficeremus, sed illud totum a nobis prius diligenter examinatum cum delegatis caeterarum nationum ad ven. Nationem referremus et eius judicio integrum permitteremus. atque ita conclusi. Roussel

Die sabbathi 13.° Augusti horâ septimâ matutinâ in Comitijs praeclarae artium facultatis apud Maturinenses habitis ad eligendos novos Examinatores Licentiandorum in artibus, ven. natio elegit pro examine apud B. Mariam M. Alexium Vallée baccalaureum theologum, et pro examine apud B. Genovefam M. Le Moine proprimarium harcurianum et baccalaureum theologum, qui coram procancellarijs a ven. natione renunciati, sacramentum in manibus Amplissimi Rectoris cum examinatoribus a caeteris nationibus electis praestiterunt. Roussel

ex Decr. generali facult. Artium Lato Die 11 Maii An. 1739

~~Anno Domini 1718. die primo octobris, in Comitijs ordinarijs venerandae Normanorum Nationis horâ septima matutina de more habitis in Collegio harcuriano, post Sacrum, ut fieri solet, ego eiusdem venerandae Nationis procurator exposui satis esse notum omnibus, Eminentiss. Cardinalem Noallium, Archiepiscopum parisiensem, nuperis hisce diebus Appellationem a se~~

R.

factam die 13. Aprilis anni 1717, a Constitutione quæ incipit Unigenitus, in publicam emissis; instrumentum illius Appellationis ad validas Ecclesiarum et per Concilia affixum, distributum scriptis, venale propositis, ac clamorum strepitu, adeo ut nemo fere è venerandis Fratribus, qui illud non perlegerit; et quidem sacram Theologiæ Facultatem in suis Comitiis die 29. mensis ultimo proximi, eidem Appellationi ab Eminentissimo Cardinali factæ adhæsisse, ita tamen ut voluerit, et in nulla re derogaverit priori Appellationi sua facta die 5ª martij anni 1717. Addit præterea multos alios Seculares et Regulares Societates seu Communitates eidem Appellationi adhæsisse, tempus earum non esse novam Venerandæ Congregationi, cum ipsa die 12. martij anni 1717, occasione Appellationis ab eadem Constitutione per quatuor Illustrissimos Episcopos Ecclesiæ Senonensem, Senecensem, Montispessulani et Beloacensem erectam, à prædictâ Constitutione ad Generale Concilium provocaverit. primum igitur postulari legi et confirmari Conclusionem Venerandæ Congregationis sabbathum supradictum die duodecimo martij anni 1717.

Post quam pater ac publice Lecta est ex Commentariis ven. Congregationis supradicta Conclusio de provocatione ad futurum Concilium Generale, de per me Procuratorem missâ in deliberationem, placuit prædictam Conclusionem die 12. martij anni 1717, de provocatione ad futurum Generale Concilium a Constitutione Unigenitus, quantum opus sit, confirmari.

Secundo Loco idem ego Procurator proposui ulterius placeret Venerandæ Congregationi adhærere Appellationi nuper promulgatæ ab Eminentissimo Cardinali Noailio, et insuper, pro jure Universitatis parisiensis, nomine suo atque ipsius Universitatis provocationem instituere a prædicta Constitutione Unigenitus. Re per me proposita ad deliberandum, dictisque sententijs, placuit ven. Congregationi adhærere provocationi facta ab Eminentissimo Cardinali Archiepiscopale parisiensi ad futurum Concilium Generale; ita tamen ut ven. Congregatio in nullâ re derogaret Appellationi sua facta die 12. martij anni 1717. insuper censuit Universitatem parisiensem pro jure suo, habitâ ratione materiæ de quâ agitur ac temporum, debere proprio suo nomine provocare a prædicta Constitutione, et ab omnibus gravaminibus quæ exinde secuta vel secutura sunt, ad futurum Concilium Generale libere convocandum, in quo suam provocationem defendere ac tueri possit. Denique Actum provocationis facta a Venerandâ

R.

nationem, describi in Commentarijs Universitatis, postulavique
a D. Officiali Ecclesiæ parisiensis ut a progressu
senatus partitionis, ut præsens instrumentum reservatur in
Commentarios tam senatûs quàm Officialitatis. Actum
Actumque ita Ego ver. nationis procurator concludi.
Martinus Rousset.

Die decimo octobris 1718 habita sunt comitia ordinaria
in Sorcurio, in quibus ad creandum Rectorem
Quadrumvir electus est M. Crobey professor in colle-
gio Marchiano. postea M. Le Merolet emeritus
philosophiæ professor et ven. nat. decanus —
nominati ad sacrum faciendum in honorem sancti
Romani die 23. præsentis mensis, et M. Jugault ad
habendam orationem panegyricam; et M. Bavabee
baccalaureum theologum ut nomine ven. nat. invitet
et compellat M. Le Blond doctorem theologum
a me designandum, ad rem divinam ritu solemni
faciendam die virgini Deiparæ concepta sacrâ, et
ad eandem virginem illi babam honorificâ oratione
celebrandam. Demùm Guillelmus Matriè Abricensis
baccalaureus theologus inter ven. tribules provecto sæcu-
mento annumeratus est. Rousset

Eadem die in comitijs præclara Artium facultatis
apud Cratherinenses habitis, M. Crobey matutinis
horis electus, Quadrumvir confirmatus est. in Rectorem
electus est non sine magno totius Academiæ gaudio —
M. Carolus Coffin antèa humanitatis professor
in Dornano-Bellovaco, et nunc ejus collegij vigilan-
tissimus gymnasiarcha. Rousset

Die 27. ejusdem mensis horâ 7ª matutinâ, habita sunt
apud Cratherinenses comitia præclara Artium facultatis
ad creandos novos Censores; post gravem et elegantem
amplissimi Rectoris, orationem dimissa sunt nationes ad delibe-
randum et Censores nominandos; in ven. natione M. de
Limoges baccalaureus theologus et præmonstratus —
sorcurianus Censor nominatus est.
Deinde ven. natio Deputatos nominavit ad ~~eligendum~~
qui unà cum Deputatis Sorbonicæ Nationem ~~rogent~~ dilectionis probent et
emittere declarationem super ejusdem appellatione quam
ex eodem decreto
instituit Universitas a Constitutione Unigenitus,
ad futurum Concilium Generale. Hi autem sunt
M. Le Merolet ven. nat. decanus, M. Dagoumer
provisor sorcurianus, M. Bonnet licentiatus theologus
et socius navarricus, et M. De la Motte baccalaureus
theologus. Iidem Deputati sunt ad examinandum utrum
è re ven. nationis sit, accedere ad litem quam habet S. P.
Dictatorensis adversus quosdam è suis Doctoribus qui se dicunt
Jesuitas.
Demum Ludovicus Verdt qui post vesperas die 22°. octobris supplex
accesserat ut admitteretur in gremium ven. nat. de more admissus est
Rousset

Die sabbathi quinto Novembris anni 1718. in comitijs venerandæ Nationis in
harcurio de more post sacrum habitis horâ septima matutina, Ego procura-
tor quæsivi an vellet ven. Natio ad partes sacræ Facultatis pictaviensis
accedere in ea lite quam habet cum quibusdam eiusdem Facultatis Doctoribus,
qui se dicunt Jesuitas: continuò instrumentum quoddam litis causas aperiens
lectum est; lectæ sunt et nonnullæ propositiones scandalosæ, quæ dicuntur
excerptæ è scriptis eorumdem Doctorum; quibus auditis et intellectâ
materiâ litis (quia nempe agitur de authoritate Facultatum in sua
supposita) unanimi voce dixit ven. Natio se ad litem quam cum ijs qui
se dicunt Jesuitas habet Facultas pictaviensis, libenter accedere.
prodijt in hoc ipso temporis articulo M. Thomas Renatus Devouges qui
dixit intercedere se præsenti deliberationi, neque posse præclaram Artium
Facultatem tueri Libertates Ecclesiæ Gallicanæ, aut de illis quidquam
statuere, nisi ea de re rogetur, quod quidem Gallico idiomate, quo ferè
semper usus est præter consuetudinem nostram, non modo voce, sed scripto syngraphâ
suâ firmato, cuius tenor ~~[illegible]~~ sequitur, expressit. je soutiens que le parlement
seul, le clergé et les facultés de theologie sont en droit seuls de
deffendre les Libertés de l'Eglise de France, et que la Faculté des Arts
n'a point droit de s'en mesler, qu'elle n'en soit requise. ijs peractis justus
est comitijs egredi, et tunc dixi me non posse non conqueri de supradicto
Magistro Devouges, de M. Jacobo Lavoisé professore emerito in Regia
Navarra, M. Ludovico Nicolao Durand philosophiæ professore in cardi-
nalitio et M. Jacobo Allais Licentiato theologo, qui in instrumento
quodam ipsorum nomine per accensum forensem mihi procuratori
denunciato die tertio octobris huius anni imprudenter et audacter
asserunt conclusionem cuius mentionem feci die primâ octobris proximè
elapsi, et quam dixi latam die duodecimâ Martij anni 1717. a venerandâ
Natione, prout legitur in nostris commentarijs, esse suppositam; quasi aut
Ego falsidicus fuerim, aut ornatissimus mense Martio anni 1717. procurator,
falsarius cum præclarâ Artium facultate, quæ idipsum actis suis testatur
nuper evulgatis. Quæsivi quid facto opus esset: rogatis ergo dictisque
sententijs de quatuor iam appellatis Magistris Devouges, Lavoisé, Durand
et Allais, censuit ven. Natio eos omni suffragio cùm activo, tum passivo, omni
sportulâ et honorario, et duos ex ijs professores omnibus etiam nunciatuum
reditibus privandos esse quandiu in suâ pertinaciâ remanebunt, atque
ita Ego Nationis procurator conclusi.

Addidit insuper veneranda Natio prædictum M. Devouges, etsi agnos-
ceret conclusionem factam die 12ª Martij anni 1717. veram esse con-
clusionem latam ut moris est a venerandâ Natione, privari tamen
suffragio tam activo quàm passivo, nisi intra diem tertium a denun-
ciatione præsentis conclusionis agnoscat tam voce quàm scripto posse
imo debere præclaram Artium Facultatem et etiam singulas Nationes
cavere ne quid contra Libertates Ecclesiæ Gallicanæ, jura Regum christia-
nissimorum et Regni fiat, proponatur et disputetur, hancque et illas

ex eodem Decreto

R.

temeri suos magistros, qui contrà deliquerint, punire? Quam conclusionem prædicti magistri rebus denunciari per viciarem suum expletivorem nomine et diligentiâ Censoris integerrimi M. Ludovici De Limoges.

ex decreto generali facult. Art. lato die 11° Maii 1739

Die sabbathi tertio decembris anni 1718. in comitijs ven. nat. in Harcurio de more habitis post sacrum horâ septimâ matutinâ, Ego infrascriptus Procurator capoti mihi denunciatum esse Senatus-consultum ejusdem rationis quo M.M. Lavoisé, Allais, Durand et de Jouge restituendos esse jubent quibus ad tempus spoliati fuerant conclusione latâ in nostris comitijs, quandiu scilicet in suâ pertinaciâ remanerent addi eos mihi videri ab illâ pertinaciâ recessisse et tenderem suum errorem agnoscere in libello supplici qui dictum Senatus-consultum profert, ubi ingenuè fatebitur se verbis detestandis conclusionis quo usi sunt in actis nunquam mihi denunciato, non intellexisse fuisseve ornatissimum Procuratorem ejusve Regentem qui latam a ven. ratione conclusionem die 12. martij anni 1717. in commentarios retulerit et se negantem de palpitate prædictæ conclusionis de appellatione a Constitutione vulgenitus ad futuram Generalem Concilium cogitasse, habitâ ratione istius declarationis quâ constat eos non habere ut fatuam conclusionem de appellatione ad Generale Concilium Latam die 12. martij an. 1717. supradictos Magistros nempe M.M. Lavoisé professorem emeritum in Regia Navarra, M. Allais Licentiatum theologum, M. Durand philosophiæ professorem in cardinalitio et M. Devouges Licentiatum theologum toto animo amplexa est Veneranda Natio. Rousselle.

eos non habere ut fatuam prob. Rousselle.

Postea surrexit M. Benet celeberrimæ philosophiæ professor in Dormano-Belovaco, qui a Veneranda Nationè postulavit ut deliberaretur de statu M. Devouges qui hucusque nec voce nec scripto errorem agnoverat propter quem suffragio tam activo quàm passivo in comitijs ordinarijs die quinto novembris præsentis anni privatus fuerat. Sed M. Limoges aequissimus Censor observavit dictum M. Devouges ut ante hic post Senatus-consultum privari debere voce cum passivâ tum activâ ob illum errorem, illatamque ab ipso tum Venerandæ Nationi cum toti Academiæ injuriam; cum nec in libello supplice oblato supremæ curiæ, nec in Senatus-consulto quod palam et publicè lectum est, quidquam sit, quod nominatim M. Devouges licentiatum theologum spectet, de quo tamen singulariter et nominatim aliquid a venerandâ Natione fuerat pronunciatum. integerrimi censoris observationi omnes tacitè venerandi contubules assensi sunt. Rousselle.

probari litteram. Rousselle.

Die decimâ sextâ decembris in comitijs post sacrum in collegio justiniano habitis, M. Le moine baccalaureus theologus et primarius collegij harcuriani quadrumvir electus est.

Eadem die in Comitijs apud Nationenses habitis M. Le Moine manè electus, quatuorvir confirmatus est; omnibus supplicibus postulata

R.

concessis veneranda natio, [illegible] rectorios amplissimo Rectori cui.
Carolo Coffin prorogavit, grata et rata habuit quæcunque gesta in suo
primi magistratu, eoque nomine literas ipsi decretis commendatitias quam
amplissimas; postulavit unanimi consensu prestantissimam orationem nuper
ab ipso habitam coram Universitate, ante quam supplicatura procederet
ad eadem Deo sacram sub invocatione Sancti Maglorij, typis mandari
ad confirmationem Declarationis typis Appellationem ad futurum
Concilium Generale. Elegantissimam quoque epistolam ab illustrissimo Episcopo
Catalaunensi Universitati scriptam ea de re, gratissimo animo excepit, eamque
publici iuris fieri voluit, si tamen ita eidem illustrissimo antistiti placuerit.

Rousset.

Die 24ª martii in comitijs apud Harcurianum mane post sacrum la-
tis. Longe majori suffragiorum numero M. Gaspardus Poitevin celeber-
rimus philosophiæ professor in Dormano-Bellovaco, vir ob eximias
animi dotes splendidiore purpurâ dignus, ven. nationis procurator electus
est. Supplicavit pro eodem munere procuratorio M. Angerr emeritus
professor in Lixoveo, sed ii pauci admodum suffragati sunt. grata et
rata habuit ven. natio quæcunque per me procuratorem gesta sunt,
neque ante magistratu decedentem Quadrumvirum creavit.

Marinus Rousset.

Ca. moneo conclusiones quæ factæ sunt pro renunciatibus circa- nota
majum anni superioris, occasione consilij cujusdam suscepti ab illustris-
simo præside infulato DD. Portail, a me non fuisse in commenta-
rios relatas, sed eas omnes in potestate et manibus M. Dagourner
collegij Harcuriani provisoris et primarij remansisse, qui eas solus
scripsit et cui ven. natio pro labore indefesso et singulari cura
insumptis in negotio renunciationem suorum magnopere devincta est.

Rousset

Acta Venerandæ nationis procuratore magistro
Gaspare Poitevin philosophiæ professore emerito
in collegio Dormano-Bellovaco a die 24 martij
anni 1719

Venerandæ nationis Comitia habita sunt in sacello Harcuriano
die 24 Martii hora 9ª matutina post sacrum celebratum, majori
Conventuum consensu venerandæ nationis sui electus magister procurator
Marinus Rousset sacræ facultatis Licentiatus ex procurator
quadrumvir creatus est D. Poitevin

Eadem die hora decima matutina habita fuit comitia præclaræ
artium facultatis in quibus magister Carolus Coffin Rector eodem decreto
Legit Epistolam quam scripserat illustrissimo ecclesiæ principi
Joachimi Baptistæ Ludovico Antonio de Noailles episcopo
Catalaunensi ut ei totius universitatis nomine gratias ageret

ob Litteras ad eo missas ejdem universitati, quibus ei significaverat, ejusdem admodum sibi fuisse acta universitatis ejusdem proxime superioris appellationem solemniter interjecta nomine ejusdem universitatis ad futurum concilium generale a constitutione pontificia quæ incipit, unigenitus Dei filius. data Romæ sexto Idus 7bris anni 1713 ipsi universitatis nomine missa.

Pallis quoque complexus est amplissimus rector orationes quas et apud regem et apud serenissimum principem ducem aurelianensem regni regentem et apud fidelissimum regiorum sigillorum custodem eis coram nomine universitatis offerendo habuerat præcipuas earum orationum scopus erat ut à sereniss. principe eam obtineret universitas pensionem, quâ ipsi deinceps professores prælectores artium facultatis juventutem eorum cura committam ad hoc apto præmio docere possent, eaque juxta fidelissimum regiorum sigillorum custodem faciorem haberet

Cum singuli in suas nationes discessissent et ad comitia generalia paulo post redissent, procuratores quatuor nationum renuntiaverunt nationes suas rata et grata habere quæcunque amplissimus rector in trimestri fui magistratu gessisset, eaque nomine litteras commendatitias quam libentissime ei dederunt.

Idem procuratores nationum suarum nomine amplissimum Rectorem rogaverunt, ut quâ generali diligentiâ apud serenissimum principem regni regentem ageret pensionis ad liberalem gratuitam juventutis institutionem necessariæ obtinendæ causa. &c. ut supra

Die sabbathi prima aprilis anni 1719 hora 6ta matutinâ habita fuit in collegio harcuriano venerandæ nationis comitia generalia celebratum ad venerandam nationem retuli de versura faciendâ ad minus solvendi mercedium ob pecuniam mutuo acceptam ad construendam domum quæ sita est in via dicta galendes. de in deliberationem missa censuit venerandæ nationis Rogandum esse magistrum Merlet Rhetoricæ professorem in cardinalitio et venerandæ nationis quæstorem ut adiret eos à quibus hæc pecunia mutuo data fuerat, iisque rotum faceret pecuniam ab iis mutuo acceptam quam primum à venerandâ natione eis reprehendam esse, nisi nova facta pactione consentirent, ut pensiones quas singulis annis solvit venerandæ nationi minuerentur, ita ut in posterum non vicesimam, sed vicesimam tantum quintam partem summæ suæ totius, singulis annis acciperent, et ita âme conclusum fuit &c. ut supra

Censuit insuper venerandæ nationis versuram esse faciendam ad reprehendendas pecunias iis qui nollent pro pensione à venerandâ nationis eis singulis annis hucusque solutâ vicesimam tantum quintam partem summæ suæ totius in posterum accipere et ita âme conclusum fuit &c. ut supra

Eodem die primo Aprilis hora prima post meridiem habita fuit comitia deputatorum universitatis apud amplissimum rectorem in collegio Normano Bellovaco in quibus magister Lambert adjunctus

habens eMag istros Lideux quinot facre facultatis Doctores
orationem elegantem non minus quam solidam habuit in qua nomine
facre facultatis postulavit ut dicte conclusiones à sacro ordine facte
per commentarios universitatis inscriberentur

Primo loco ne deputati pronegotio appellationum (videlicet à constitutione que in egit s. Unigenitus) coram dicto nominato pregerant de
laboribus tribus quas ferunt ac nonnulli eMagistri ad instar facultatis adversis, et si qui id fecerint propam conclusionis
statuto imposterum subeant donec sacre facultati satisfecerint

Secunda est, hanc propositionem, summum pontificis judicium deberebus fidei ab errore semper esse immune, esse erroneam
Lata fuit hec conclusio oratione eMagistri tamponneri qui dixerat
in sacra facultatis comitiis hanc propositionem censuram dignam non esse
Re per inscriptionem missa concluxit et amplissimus Rector duas
illas conclusiones, juxta petitionem sacri ordinis, universitatis Commentariis simulque (hoc enim meritissimus universitatis syndicus
postulavit) elegantem orationem habitam in dicto eMagistro Lamber
sacre facultatis doctore inscribendas esse per

eadem decreto.

Cum discessissent magister lambert et magister le hideux, dixit magister quinot
se acepisse ab illustrissimo ecclesie principe Bernardo dabbadie Dax episcopo sequens epistolam procuratoriam, qua ipsi hac dabat parte, ut ad
comitia apud amplissimum rectorem habita solita accederet, suoque nomine
postularet, ut mandatum, quo appellationem a dicta interiectam constitutione
Unigenitus ad summum pontificem melius consultum et ad futurum concilium
generale promulgaverat, simulque proscripserat appellationem suam ad idem
tribunal a summi pontificis litteris in lucem prolatis et proscriptis romae die
octava septembris ultimo, que his verbis incipiunt, pastoralis officii. Cum
meritissimus universitatis syndicus a dicto magistro quinot postulasset, ut
epistolam istam cum amplissimo rectore, universitatis que deputatis communicaret, eam statim legit. cum illustrissimus iste ecclesie princeps in significaret se quam munificentissimum de universitate persistendi sentire, eamque
ab se haberi, ut fontem purissimum ex quo omnes galli opiniones ab omni
errore immunes hauriebant, postulavit meritissimus syndicus universitatis
ut magister quinot rogaretur eam scribae universitatis tradere, simulque cum
appellatione illustrissimi dicti ecclesie principis, ut in universitatis commentariis
inscriberetur. re in deliberationem missa et eundem universitatis deputatis, — Hic decimus
(sapientissimis scilicet theologie, juris et medicine doctoribus et quatuor primariis artibus
artium facultatis procuratoribus) ita concluxit amplissimus rector, posterius

eadem decreto.

Convocatis venerande nationis bibulibus ad comitia per procuratorem indictis
in collegio lexovii die octava aprilis hora prima post meridiem. dixit ornatissimus procurator, de cum ornatissimis aliarum nationum procuratoribus ab
amplissimo rectore die lepotima ejusdem mensis accersitum fuisse, a quo accepe-
rat negotium jampridem conceptum scilicet ut professores
collegiorum, quos nunc sunt, ut vocant pleni exercitij, nulla imposterum mercede
a discipulis exigenda docere possent, jam propositum esse, ut ad felicem exitum
perduceretur, et ut nulla per facultatem artium esset mora ne tanta res non minus
regno, quam universitati utilis perficeretur, necessarium judicavit amplissimus
rector, ut singulas nationes nominarent deputatos, quibus plenam et integram
potestatem darent rem illam cum illo conficiendi. re in deliberationem missa
prius audito magistro ludovico de limoges baccalaureo theologo, procuratore hasceuiano
et aquissimo venerande nationis gestore, placuit venerande nationi ut contractus

miretur cum rege, ita ut servaretur nuntiaturum proprietas, aliquotam habe-
ret preclare artium facultas partem summe totius, quam publici conductores
nuntiaturum cujuscunque generis singulis annis regi solvent et quotiescunque
publici nuntiaturum cujuscunque generis conductores novum cum rege contractum
inibunt, recipiant ac promittant quoque primarijs et professoribus facultatis —
artium contractu cum eo facto tertio quoque mense in antecessum solutores alle
quartam partem summe totius, que ad ipsos pertinebit. reiterdet venera-
da natio nominavit me Gasparem Switeviin philosophie professorem —
emeritum in bellevreus et illius procuratorem, magistros Joannem Vadalorge
professorem emeritum, Joannem Capitistam Wuture virum rectorium et
professorem emeritum eloquentie in marchiano, nicolaum morin profes-
rem emeritum rhetorice in malarineo, Guillelmum Dagoume virum-
rectorium provisorem et primarium in harcurio, nicolaum le fevre virum
procuratorium et primarium in grassineo, petrum vial virum rectorium
professorem emeritum rhetorice in plessaeo et universitatis scribam, magis-
trum Stavenson humaniorum litterarum professorem in lexovio, quirem —
ellam peragant cum amplissimo rectore, quibus plenam et integram —
potestatem illius perficiendæ concessit, servata tamen, ut dictum est nuntia-
turum proprietate, determinata et assignata parte aliquota predictis primarijs
et professoribus, que semper sit eadem summe totius, quam publici —
conductores nuntiaturum cujuscunque generis singulis annis regi solvent alijs-
que supra memoratis conditionibus servatis, et ita a me venerandæ nationis
procuratore conclusum fuit. ✠ poitevin —

in ijsdem comitijs dixit ornatissimus procurator fieri posse, si res cujus-
conficiendæ gratia nominati sunt deputati ad felicem exitum perducatur, ut
inter quatuor nationes ob divisionem summe ab optimo rege concessæ, illiusque
adjuncta, quædam in posterum nascerentur controversiæ, que ejusdem nationis
ejusdem non componerentur ad judices proprios deferri non possent, quin inde
libes difficillimæ et diuturnæ nascerentur, que quatuor nationum concordiam
et consensionem dirimere possent. quare fibi utile videri ut aliarum nationum
procuratoribus et deputatis proponeretur antequam fœdus et societas cum
earum tractibus iniretur, seligere quatuor nationum consensu arbitros quorum
arbitrio permitterentur omnes controversiæ, que imposterum ob dictam —
societatem et illius adjuncta orirentur, ita ut ab arbitris illis ad alium —
judicem provocare non liceret, placuit res in deliberationem missa venerandæ
nationi hac cautione ubi ita a me conclusum fuit. ✠ poitevin

eodem die hæc conclusio ab aliarum nationum procuratoribus et deputatis —
apud amplissimum rectorem subscripta fuit electi sunt controversiarum —
quæ oriri possunt ob dictas causas arbitri supremi senatus primarius —
præses, antiquissimus advocatorum catholicorum et procurator catholicus.
et dicta conclusio universitatis scribæ tradita est. ✠ poitevin

eodem die venerandæ nationis procurator et illius deputati cum aliarum —
nationum procuratoribus et deputatis ab amplissimo rectore vocati sunt apud
quem Dionis major tabularius regius scripsit dictum in quo exprimebantur
conditiones, quibus facultas artium (sunt eadem cum ijs quæ descripta sunt
in superiori conclusione) consentiebat, ut nuntiaturæ preclaræ facultatis artium
a redemptoribus nuntiaturum regionem semper conducerentur. eidem tabulario
tradita sunt duo exemplaria procurationum quatuor nationum, quibus
procurator cum singulis suæ nationis deputatis subscripsit exemplaribus a te
tabulario traditis. alterum ex illis exemplaribus cum primoribus tabulis
adjungetur, alterum cum exemplari contractus qui regni administris a —
tabulario tradetur. ✠ poitevin

die martis decima octavâ aprilis hora septima matutina habita est apud mathurinenses synodus universitatis, adfuerunt plerique eorum, quibus beneficia ab universitate collata sunt, qui abfuerunt excusati habiti sunt ob rationes amplissimo rectori sapientissimis decanis et ornatissimis procuratoribus expositas. G. poitevin

20 die martis vigesima tertia maij hora sesquis quinta vespertina habita sunt comitia extra ordinem celeberrimorum venerandæ nationis professorum in collegio harcuriano, quibus exposuit ornatissimus procurator, quâ diligentia magister coffin collegij Dormano-Bellovaci gymnasiarcha, nec non universitatis rector amplissimus in id incubuisset, ut præclara artium facultas a rege optimo obtineret pensionem, quæ sufficeret, ut dictæ facultatis professores nulla a discipulis mercede accepta suum possent exercere munus. exposuit quoque quantum insudasset magister Guillelmus Dagoumer collegij harcuriani primarius et provisor, nec non vir procuratorius et rectorius in colligendis et in ordinem redigendis decretis et diplomatibus quibus jus præclaræ facultatis artium in nunciatus probari posset, quantoque successu id peregisset. rogavit deinde venerandos contribules, ut deliberarent utrum satius esset unum tantum eligere quæstorem, qui a publicis nuntiatuum conductoribus pensionem a munificentissimo rege concessam acciperet, an plures essent eligendi. postea postulavit ut nominarentur deputati, qui ab alijs nationibus rationem reposcerent pecuniæ summæ, quæ deposita manserat apud publicos nuntiatuum conductores ex quo rex munificentissimus duodecim millibus librarum turonensium auxerat pensionem, quam ex nuntiatibus percipere solebat singulis annis præclara artium facultas, nominati sunt simul cum venerandæ nationis procuratore magistri Dagoumer collegij harcuriani provisor et primarius, de l'aval rhetoricæ in marchiano professor emeritus, Barençon humanionum litterarum in lexovio professor et ita a me conclusum est. G. poitevin

Denique postulavit, ut nominarentur deputati qui cum aliarum nationum deputatis constituerent, quâ ratione præclara artium facultas suum erga eos gratum animum significaret, qui sua auctoritate apud serenissimum ducem aurelianensem et regni regentem et præcipuos magistratus egregiam præclaræ artium facultati navassent operam, ut a munificentissimo rege eam obtineret pensionem, quâ dictæ facultatis professores nullo a discipulis accepto præmio docere possent, ijdem nominati sunt deputati quos elegerat veneranda natio die octavâ aprilis in generalibus venerandæ nationis

21 comitijs extra ordinem habitis et ita a me conclusum fuit. G. poitevin

die sabbathi tertia junij habita sunt comitia venerandæ nationis in collegio harcuriano post sacrum factum exposuit ornatissimus procurator se a fidelissimo quæstore monitum fuisse domum vetustam venerandæ nationis sitam in vico dicto rue Galande ananu architecti indigere, utileque ipsi videri, ut duo contribules nominarentur, qui dictam domum lustrarent, cognoscerentque quid in ea facto opus esset, hæc cura commissa est magistris Barençon et du pont et ita a me conclusum fuit. G. poitevin

die eâdem, hora prima post meridiem habita comitia universitatis apud amplissimum rectorem, in ijs magister cassè collegij lexovij gymnasiarcha exposuit litem moveri dicto collegio a monachis sanctæ Genovefæ, ut fenestræ, quibus e dicto collegio in eorum hortum patet aspectus occluderentur, eamdem litem ab ijs anno 1633 motam fuisse, tuncque universitatem ad dicti collegij causam se adjunxisse, quare sperabat, simulque postulabat ut universitas eamdem gratiam dicto collegio concederet. re in deliberationem missa secundum illius postulationem conclusum fuit ab amplissimo rectore cum ea tamen conditione ut indemnitatem universitati daret dictum collegium. G. poitevin

die 23a junij habita sunt comitia venerandæ nationis in collegio justitiano. post sacrum celebratum quadrumvir electus est magister, cui veneranda natio significavit fasces rectorios clarissimo viro magistro coffin esse prorogandos ob magna illius in præclaram artium facultatem merita, et ita a me conclusum fuit. G. poitevin

in ijsdem comitijs suffectus est Vincentius robin in locum Gabrielis coutart ultimi

22 possessoris magni nuntiatus diœcesis ebroicensis. G. poitevin

23 Eodem die hora sesquisdecima matutina habita sunt comitia praeclarae artium facultatis apud mathurinenses, in quibus amplissimus rector post elegantem orationem omnibus maxime probatam legit litteras patentes et consilij regij decretum, quibus decernebatur, ut imposterum praeclara artium facultas vigesimam octavam partem redituum totius regni nuntiatuum singulis annis perciperet, eâ lege ut illius professores nullam a suis discipulis mercedem exigerent, quibus factis singuli in suas nationes discesserunt. Venerandae natio confirmavit quadrumvirum mane electum, non modo rata et grata habuit, quaecunque amplissimus rector in suo magistratu trimestri gesserat, litterasque commendatitias quam libentissime ei decrevit; sed insuper censuit ab ornatissimo procuratore unum professorem e singulis collegijs esse eligendum, qui cum ipso quam maximas amplissimo rectori illius nomine gratias agerent, quod illius cura, prudentia et dexteritate eam tandem a munificentissimo rege obtinuerat praeclara artium facultas pensionem, quae sufficeret, ut illius professores nulla a discipulis accepta mercede docere possent et ita a me conclusum fuit. G poitevin

quadrumviri mane electi fasces rectorios amplissimo rectori prorogarunt, quod omnium applausu confirmatum est. magister Gibert rhetoricae in mazarinaeo professor emeritus et honorandae nationis quadrumvir magistrum coffin rectorem renuntiando elegantem et ornatam habuit orationem, in qua quantum de tota praeclara artium facultate amplissimus rector meritus fuisset disertissime exposuit. censuit veneranda natio gratias per suum procuratorem magistro Gibert esse agendas, quod gratos venerandae nationis in amplissimum rectorem sensus facundissime expressisset et ita a me conclusum fuit G poitevin

24 Die mercurij 28ae junij habita sunt comitia venerandae nationis in collegio harcuriano in quibus post sacrum celebratum magistri de la Dainte, le chevalier, de la rue constantienses et magister du mesnil, ~~de la~~ rothomagensis electi sunt examinatores eorum, qui artium baccalaureatum consequi vellent in ijsdem comitijs nominati sunt ab ornatissimo procuratore magistri du pont, Barençon, le monnier professores et foubert Baccalaureus theologus, qui fidelissimi quaestoris magistri marie rhetoricae in cardinalitio professoris rationes examinarent G poitevin

25 die sabbathi primâ julij habita sunt comitia venerandae nationis in collegio harcuriano post sacrum celebratum dixit ornatissimus procurator, se cum viris clarissimis magistris de laval, le sauvage, Barençon, chantlou, Bonnesaur Basselin, marie, le monnier, rivet professoribus et magistro de limoges aequissimo venerandae nationis censore, ut in comitijs proxime superioribus apud mathurinenses habitis decretum fuerat, amplissimum rectorem adijsse eique nomine venerandae nationis gratias egisse, quod illius cura opus gratuitae institutionis ad felicem exitum tandem perductum fuisset. addidit amplissimum rectorem auditâ venerandae nationis procuratoris oratione sic verba fecisse. acceptissimam sibi esse venerandae nationis legationem, quae semper academiae parisiensi honori atque ornamento fuerit, in opere illo pulcherrimo gratuitae institutionis non parvo sibi adjumento fuisse venerandam nationem, edictorum, quibus nuntiatuum haereditas praeclarae artium facultati asseritur fidelissimam custodem. caeterum agere se et habere gratias amplissimas venerandae nationi ob illius in se singulare studium atque benevolentiam, se quidem vicissim non nationi solum sed singulis illius tribulibus semper fore addictissimum

in ijsdem comitijs dixit ornatissimus procurator magistrum dagoumer vigilantissimum collegij harcuriani provisorem et gymnasiarcham, non modo de venerandâ natione, sed et de tota praeclarâ artium facultate optime esse meritum, quod multo labore decreta et senatusconsulta quibus nuntiatuum haereditas asseritur in venerandae nationis archivis recondita in lucem produxisset, ex eisque firmissima deduxisset argumenta, quibus jus in nuntiatus probaretur; quare postulabat ut veneranda natio decerneret, qua ratione clarissimi istius viri officiorum se non esse immemorem testificaretur. re in deliberationem missa censuit veneranda natio ad eum mittendos esse deputatos, quorum unus, magister de laval in marchiano rhetoricae professor gratias amplissimas venerandae nationis nomine ei ageret. censuit quoque eadem veneranda natio effigiem magistri dagoumer in aere esse insculpendam cum inscriptione, qua illius in venerandam nationem merita exprimerentur. censuit insuper veneranda natio assignandos esse reditus, quibus singulis annis sacrum fieret pro illius vitae conservatione dum viveret, et post illius mortem pro illius animae quiete, in quo diceretur domine salvum fac regem, ponendam esse in sacello harcuriano tabulam marmoream in qua rationes cur hoc institutum fuisset inscriberentur et ita a me conclusum fuit. poitevin

sed clarus ille vir non minus suâ modestia, quam suo in praeclaram artium facultatem et venerandam nationem conspicuus ut haec executioni mandarentur nullo modo consentire voluit.

26 Die quinta augusti anni 1719 habita sunt comitia ordinaria V.n. in collegio harcuriano, in quibus post sacrum electus est magister jourdan, qui deinceps sacris operaretur, pro venerandâ natione in locum magistri le moine, qui alijs munijs impeditus dixit, se non posse imposterum hoc munere fungi, eâ tamen conditione, ut si doctoratus gradum adipisceretur, hoc munus eo ipso statim abrogatum esset. poitevin

die sabbathi septima octobris habita sunt comitia V.n. in collegio harcuriano hora septimâ matutina, in quibus admissi sunt in venerandae nationis gremium joannes moullin et germanus josset, ille ut doceret in secundo ordine collegij harcuriani, hic vero in sexto ejusdem collegij ordine. poitevin

27 Die decima octobris habita sunt comitia V.n. in collegio harcuriano in quibus post sacrum celebratum electus est quadrumvir magister rouget rhetoricae in monte acuto professor, designatus pontifex et orator ad festum sancti romani magister du mesnil, et orator qui rogaret pontificem festi immaculatae Virginis magister moullin in secundo ordine collegij harcuriani professor. in ijsdem comitijs postulavit ornatissimus procurator ut sibi et magistro pourchot universitatis syndico et antiquiori rectori liceret quadraginta libellarum millia in foenus annuum collocare supra fundum nuntiatuum ad praeclaram artium facultatem pertinentium, qui pro illa summa oppigneratus est, ita ut pro illa summa subrogarentur creditoribus, quibus in foenus annuum denarius vigesimus quartus pensitatur, ea conditione ut et mihi et magistro pourchot denarius tantum trigesimus singulis annis pendatur. magister pourchot triginta millia suppeditare debebat, ego vero decem libellarum millia re in deliberatione missa censuerunt tribules omnes huic postulationi esse consentiendum et ita a me conclusum fuit. poitevin

28 Eodem die hora decima matutina habita sunt comitia praeclarae artium facultatis apud mathurinenses, in quibus quadrumviri mane electi confirmati sunt, et fasces rectorij magistro coffin collegij dormano-bellovaci primario prorogati, quod quam maxime ab omnibus nationibus probatum est. in ijsdem comitijs cum venerandae nationis tribules ab alijs nationibus juxta morem solitum discussissent. dixit ornatissimus procurator se monitum fuisse magistrum jacobum allais quinto ordini in lexovio a proxime superioribus remigialibus praepositum possidere ab aliquot annis beneficium parochiale, quod est contra statutorum articulos 61, 63, 64 et contra senatus supremi decretum latum 15 dbris anni 1716. quare postulavit ut veneranda natio hac de re deliberaret, qua re in deliberationem missa censuit veneranda natio magistrum allais per apparitorem esse vocandum, ut hac de re ipse audiretur, qui vocatus cum se statim praesentem stitisset, ex eo quaesivit venerandae nationis procurator an ab aliquot annis beneficium parochiale possideret, cui cum respondisset rem ita esse, jubente veneranda natione secessit, et re in deliberationem missa censuit veneranda natio eum contra articulos statutorum 61, 63, et 64 et decretum supremae curiae 15 dbris anni 1716 docendi munus suscepisse et quod ex nuntiatuum reditu ad eum pertinere posse sequestro dandum esse nec ipsi tradendam esse nisi eam nuntiatuum reditus partem, quae ad ipsum pertinere poterit ex eo die, quo beneficium parochiale penitus dimiserit, et ita a me conclusum fuit. poitevin

die decima quarta octobris habita sunt comitia venerandae nationis in collegio harcuriano in quibus sacris peractis dixit ornatissimus procurator in superioribus comitijs apud rectorem amplissimum habitis quaesitum fuisset an utile foret comitia universitatis ex mathurinensibus ad dominicanos transferre cum apud illos ob locum non satis capacem pro academiae dignitate haberi nequeant, re in deliberatione missa censuit veneranda natio ad dominicanos in vico sancti jacobi sitos migrandum esse, modo prius constaret scripto aliquo, cujus auctoritas firma esset, dominicanos imposterum nunquam aditum universitati in assignatum ipsi locum negaturos esse et insuper certum esset comitia universitatis apud eos commodius habenda esse et ita a me conclusum fuit. poiterin

29 Cum in comitijs diei decimae octobris ad me delatum fuisset satis distincte mentionem factam non fuisse de subrogatione quam cum magistro edmundo pourchot postulaveram rursus postulavi ut subrogarer creditoribus quibus oppigneratus est fundus nuntiatuum et eis solverem decem millia libellarum turonensium ijsdem conditionibus quibus magister edmundus pourchot triginta millia ijsdem creditoribus solvere debebat et veneranda natio annuit postulationi meae et ita a me conclusum fuit. poitevin

30 die 21 octobris habita sunt comitia v. n. hora septima matutina, in quibus nominati sunt magister couvillier de laval emerito in marchiano professore emerito, magister courteille professor emeritus in monte acuto et magister Brerençon in lexovio humaniorum litterarum professor, qui simul cum ornatissimo procuratore et magistro le melorel rationes magistri des authieux nuntiatuum reditus quaestoris expenderent et ita a me conclusum fuit. poitevin

die 27 octobris hora septima matutina habita sunt comitia praeclarae artium facultatis apud mathurinenses in quibus magister le monnier philosophiae in harcurio professor a veneranda natione censor electus est et ita a me conclusum fuit. poitevin

die 30 octobris habita sunt extra ordinem gymnasiarcharum et professorum v. nationis comitia in harcurio horâ prima post meridiem, in quibus cum exposuissem, quid fuisset observatum in rationibus magistri des authieux ab ijs, qui ad earum examen nominati fuerant, censuerunt gymnasiarcha et professores scriptum dandum esse illius haeredibus ab ijs qui illius rationes expenderant quo constaret illius haeredes tradidisse venerandae nationi codices et acta omnia, quae erant poenes magistrum des authieux ad eam pertinentia, et eos nihil omnino debere venerandae nationi, ea tamen lege ut solverent venerandae nationis gymnasiarchis et professoribus ducentas et septuaginta novem libellas cum duodecim assibus et quatuor denarijs, quae summa statim tradita est magistro marie in cardinalitio rhetoricae professore et fidelissimo v. nationis quaestore, qui promisit se illius rationem redditurum esse ad arbitrium gymnasiarcharum et professorum venerandae nationis. cum insuper in rationibus magistri des authieux mentio facta esset commentarij cujusdam et ab ipso et a magistro de Bray quondam quaestore reditus nuntiatuum ad gallorum nationem pertinentium, obsignato, quo constabat sexcentas et septuaginta libellas cum uno asse et sex denarijs, et ab ipso magistro des authieux et a magistro de Bray solutas fuisse, litis, quae tunc erat novem collegiorum antiquorum plenae exercitij gymnasiarchis et professoribus cum gymnasiarcha et professoribus collegij mazarinaei, cum mentio quoque facta esset trium aliorum actorum, quibus constabat magistrum desmarets patronum in consilio regio accepisse ab eodem magistro des authieux sexaginta novem libellas ad deffendendam eamdem causam, faulconnet apparitorem accepisse ab eodem magistro des authieux triginta quinque libellas cum venerandae nationis archiva aperta sunt in lite adversus magistrum du hamel, huart procuratorem in supremo senatu accepisse ab eodem des authieux ducentas et septuaginta libellas ob litem adversus dictum du hamel cumque acta illa desiderarentur, ita ut si desmarets faulconnet et huart ob operam venerandae nationi his in litibus datam has pecuniae summas ab ea exigere rursus vellent, non posset veneranda natio ullo instrumento probare

ut a se soluti fuisse censerunt gymnasiarcha et professores v. nationis magistri dict. auctorem
[illegible] immunes et liberos a quacunque re non fore erga dictos gymnasiarchas et professores
nisi in quantum promittarent; se illas pecunias nummos, quorum supramentio facta est et quos
solutos fuisse nullo instrumento constat solutorios esse, si accideret ut aliquis eos a venerandâ
nationis gymnasiarchis et professoribus exigere vellet, simul cum sumptibus et impensis, quas
ob eam ferret venerandæ nationi et ita ame conclusum fuit, scriptum sub hac forma
Dictis hæredibus traditum ✠ poiteviniis. Die 4ta novembris habita sunt comitia deputatorum universitatis apud
amplissimum rectorem in quibus postulante magistro Billet questore de signatis est in illius successorem magister Cossart [illegible]
magistro pourchot universitatis syndico designatus est in illius successorem magister Coffin tunc amplissimus rector ✠ poiteviniis
Die decima sexta decembris habita sunt comitia v. nationis in collegio justitiano in quibus
post sacra peracta electus est quadrumvir magister d'herouville in marchiano secundi
ordinis professor, magister robertus lecollant pajocasus baccalaureus theologus titulo
baccalaureatûs supplicavit pro regentia et scholis et in venerandæ nationis gremium
admissus est. ✠ poiteviniis
eodem die horâ decimâ matutinâ habita sunt comitia præclaræ artium facultatis apud
mathurinenses in quibus quadrumviri mane electi confirmati sunt et fasces rectorij
magistro carolo coffin dormanæi-bellovaci gymnasiarcha prorogati. in ijsdem comitijs
postulavit meritissimus universitatis syndicus ut aliæ nationes subscriberent conclusioni a
venerandâ natione factæ die 10ma octobris proximæ superioris, quâ censuerat ne magister
alias quinto ordini præpositus a magistro cessâ in lexovio professor gymnasiarcha ullum
ex nuntiatorum reditibus percipere emolumentum, nisi ex codice, quo se abdicavisset sacerdotio
parochiali, quo jam pridem fruebatur, cui postulationi subscripserunt aliæ nationes
✠ poiteviniis
Die trigesima prima januarij anni 1720 amplissimus rector nomine universitatis
obtulit cereos christianissimo regi, serenissimo principi duci aurelianensi regni
regenti, fidelissimo regionum sigillorum custodi et supremæ senatus principi
alij quibus offerri solent aberant. hoc autem procedit ordine procuratores nationum
immediate succedunt decani, procuratoribus vero decanorum adjuncti. Quæ sunt hoc in
articulo verba a me delibata, et aliud supra alterum ex dictis scriptum ✠ poiteviniis
Die decimâ februarij habita sunt comitia venerandæ nationis in collegio harcuriano
ad quam diem dilata fuerat missa quæ primo hujus mensis sabatho celebrari debebat
hac de re per bidellum monitis venerandis tribulibus, in quibus dixit ornatissimus
procurator deliberandum esse de libello offerendo propter litem pendentem apud
supremam senatum professores præclaræ artium facultatis inito et aliarum
facultatum baccalaureos et eruditos hac de re baccalaureis, qui aderant, censuerunt
venerandæ nationis professores offerendum esse libellum in quo duo postularentur
a supremo senatu. primum est ut supremus senatus decanos velit doctoribus artium
facultatis artium in gremium nationum admissis, cappâ nigrâ, qua induitur
quadrumvir uti licitum esse. secundum ut professores ejusdem facultatis artium hac
toga induti, in amplissimi rectoris supplicationibus eo procedant ordine quo vocantur
a bidello apud mathurinenses, quique eis assignatur in libro rectoris et ita
a me conclusum fuit. unum verbum deletum a me fuit in articulo ✠ poiteviniis
in ijsdem comitijs nominati sunt magister le mormia cenor, magistri gayençon
et chemitte humaniorum litterarum professores et magister bouret baccalaureus theologus
qui contractum inirent cum ijs a quibus minori cum usura pecunia mutua sumeretur
quæ rependeretur ijs, quibus pensiones annuas pendit v. natio, ijsdem mandatum est
v. minorem ut titulos qui in venerandæ nationis archivis continentur redigerent, et eos qui
extracti sunt, ab ijs quibus sunt traditi repeterent et ita ame conclusum fuit
✠ poiteviniis
aliquanto post dominicæ nasse quibus venerandæ natio debet octo circiter millia
libellarum ne convenerunt dixeruntque se consentire ut pro illa summa non vigesima
quinta, sed quadragesima tantum pars summæ totius singulis annis a venerandâ natione
eis solveretur, rogari magistrum marie venerandæ nationis quæstorem ut hanc
rem conficiendam curaret. ✠ poiteviniis id enim eis concedendum statuerat ordinatio
✠ poiteviniis
Die jovis 22 februarij habita sunt extra ordinem venerandæ nationis professorum
comitia in collegio harcuriano hora prima post meridiem in quibus dixit ornatissimus

procurator neminem esse gymnasiarchas inter et professores venerandæ nationis qui non intelligeret, quanti præclaræ artium facultatis interesset, ut illius leges et statuta, ex quo institutio gratuita concessa est, quam diligentissime servarentur, novaque statuta antiquis, si necesse esset, adderentur, idque diutius a præclara artium facultate diutius negligi non posse quin illius moræ eam brevi pœniteret; quare postulavit ut ex venerandæ nationis gymnasiarchis et professoribus viri prudentia et æquitate conspicui eligerentur qui cum aliarum nationum deputatis consulerent et viderent quid utilius esset ut juventus cujus institutio præclaræ artium facultati[+], quam optime instituretur imposterum. re in deliberationem missa confuerunt dicti gymnasiarchæ et professores in id quamprimum incumbendum esse et ad id perficiendum nominaverunt magistrum couture rhetoricæ in marchiano professorem emeritum, et nunc in collegio regio eloquentiæ professorem, magistrum dagoumer in harcurio provisorem et gymnasiarcham, magistrum couvilliard de laval in marchiano professorem rhetoricæ emeritum, magistrum le monnier philosophiæ professorem in harcurio, et me Gasparem poitevin nunc venerandæ nationis procuratorem, et ita a me conclusum est. poitevin

[+] commissa est

Eadem die 5.a Aprilis postquam recesserunt Decani sapientissimi accessit supplex Gabriel Dangerville et postulavit ab Ampliss. Rectore et ab ornatissimis quatuor Nationum Procuratoribus, munus Clerici magnorum nunciatuum sibi concedi a præclarâ artium facultate, cuius quidem supplicationi libenter annuerunt omnes, excepto honorandæ Nationis Procuratore qui dixit nil de ea re sibi statuendum videri nisi prius nationem suam consuluerit.

atque

atque in gratiam prædicti Gabrielis Dangeville ab Ampliss. Rectore conclusum fuit. Lobet

Die 3.a mensis Maii horâ sexta matutina habita sunt post sacrum apud Harcurianos comitia ordinaria in quibus clarissimus vir Guillelmus Dagoumer Harcurianæ domus provisor vigilantissimus recitavit primam partem memorialis libelli quem conscripserat in modum commentarii jussu Illustrissimi Galliarum Cancellarii de iis quæ veteribus statutis facultatis artium, aut addenda aut mutanda, aut detrahenda videbantur. Tota Vener. Natio audivit non sine plausu maximo dictum D. Dagoumer virum vere Academicum si quis unquam extiterit, Rogavitque vehementer ut memorialem hunc libellum pergeret conscribere pro ut cœperat. Dictus D. Dagoumer Vener. Nationis postulationi libentissime annuit. Lobet

Eodem die horâ j.a post meridiem habita sunt comitia ordinaria deputatorum universitatis in Collegio Dormano=Bellovaco apud Ampliss. Rectorem in quibus inter cætera retulit syndicus Universitatis de jure Graduatorum et indultariorum in Beneficia sive præbendas totius Legationis Avenionensis, id summopere requirente M. Barbaroux in curia Parlamenti advocato qui libellum memorialem ea de re conscripserat; quod ubi in deliberationem ab Amplissimo Rectore missum est, omnes deputati censuere consulendos esse advocatos antequam ea de re quidquam decerneret Parisiensis Academia. Et ego Procurator Vener. Nationis ad id nominatus sum ut cum dictis syndico et M.o Barbaroux consulerem D. Noüet Celeberrimum in Curia Parlamenti advocatum, utrum Graduatis jus esset aliquod in Provinciâ, Delphinatu, Occitaniâ cæterisque Regionibus quæ circum cingunt Comitatum Avenionensem.

Die Nono ejusdem mensis post sacrum hora decimâ

peractum

Peractum sub invocatione S. Nicolai in Harcurio habita sunt comitia extraordinaria in quibus Mr. Dagoumer provisor Collegii Harcuriani secundam partem libelli recitavit quae pari applausu excepta est ab omnibus tum Professoribus tum Baccalaureis Vener. Nationis, sed ejus lectio non potuit absolvi, itaque pars reliqua in subsequentem diem remissa est.

Die sabbati decima mensis Maii an. 1721. horâ sextâ matutina habita sunt Comitia Vener. Nationis in Collegio Harcuriano. Post sacrum accessit supplex Petrus Nicolaus Limosin de Riberval Civis Parisiensis qui obtulit Vener. Nationi Chyrographum Illustriss. Praesidis infulati D. D. Portail manu obsignatum, quo Chyrographo apparuit dictum de Riberval nominatum fuisse ab Illustrissimo Praeside ut jure Nunciatus Vener. Nationis institueret Rhedas minores quae ferrent viatores iter agentes per sequanam in Naviculis, vulgo Battelets, a loco vulgo dicto le Roulle sous Gaillon ad portum sancti Audoeni vulgo le port saint Oüen; jis legibus quibus jus illud concessum fuit a Vener. Natione dicto D. Portail Praesidi Illustrissimo Conclusione lata die decimâ sexta mensis Maii an. millesimi septingent. decimi Octavi et confirmatâ decreto supremi senatus Paris.is dato die decimâ octavâ Augusti ejusdem anni, et altero decreto ejusdem senatus dato die secunda Aprilis an. 1721. Postulavit igitur dictus de Riberval ut placeret Ven. Nationi praedictae nominationi annuere, sibique dari Litteras Nuncii Vener. Nationis. Re in deliberationem missâ censuit Vener. Natio indulgendum esse postulationi dicti de Riberval, eique Diploma huius nominationis concedendum, Postquam, more solito, justum praestitisset sacramentum quod quidem ubi a me Vener. Nationis Procuratore Conclusum est, dictus de Riberval ex tempore in manibus nostris sacramentum dixit et dextrâ manu super sacrum Evangelium positâ Gallice, quia nesciebat Latine, et altâ voce pronuntiavit:

Je Jure 1.° de vivre et de mourir dans la Foy Catholique Apostolique et Romaine. 2.° de porter Respect a monsieur Le Procureur de la Nation de Normandie et a monsieur Le Recteur de l'Université. 3.° de garder inviolablement Les Privileges, Franchises, et Libertés de la Nation de

Normandie

Normandie et de l'Vniuersité. 4°. De demeurer attaché comme bon et fidelle suppost a tous les interest de lad. Nation et a ceux de l'Vniuersité de Paris. 5°. De ne point reveler les secrets de lad. Nation. 6°. De faire et remplir tout cequi regarde cette Concession, auec tout le soin et l'exactitude necessaire pour que le public en receive l'vtilité qu'on se propose.

Nominatio autem dicti Petri Nicolai Limosin de Riberval ad institutionem et executionem dictarum Rhedarum rite data et obsignata a dicto Illustriss.° Præside infulato D. Portail die 7.° mensis Maii 1721. deposita est in Tabulario Vener. Nationis et extat sub hac verborum formulâ:

Nous soussigné Antoine Portail Chevalier seigneur du Valdreuil, Lery, Chatou, Montesson et au. Lieux Conseiller du Roy en ses Conseils President a Mortier au Parlement de Paris tant pour nous, que pour M.re Louis Antoine Portail mon fils ainé ayant tous deux droit par Concession de Messieurs les Procureur, Doyen et suppost de la Venerable Nation de Normandie fondée en l'Vniuersité de Paris, portée par arrest du dit Parlement du dix huit Aoust mil sept Centz dix huit, pour Etablir et faire exploiter par qui bon nous semblera des Voitures par terre a tiltre de Messageries pour voiturer les Voiageurs venants par la route des Battelets depuis le Roulle sous Gaillon jusques au Port saint Ouën en passant par le Valdreuil et depuis le Port S.t Ouën jusques aud. lieu du Roulle par la meme routte moyennant Quarante Liures de reconnoissance annuelle et aux autres charges, clauses et conditions contenues aud. arrest, Declarons aux d. sieurs Procureur, Doyen, et suppost de lad. Venerable Nation de Normandie, que nous nommons la personne de Pierre Nicolas Limosin Sieur de Riberval Bourgeois de Paris pour faire led. Etablissement et l'Exploitation des d. Voitures pendant le Cours de dix huit années qui commenceront a courir du jour que les d. Voitures auront eté etablies, et prions les d. sieurs Procureur, Doyen et suppost de lad. Venerable Nation de Normandie d'en donner leurs

provisions

provisions aud. sieur de Riberval conformement aud. arrest. Fait a Paris ce sixieme jour de May mil sept cent vingt et un, signé Portail. /. Lobey

Venerandæ Nationis Conclusio Lata die 17. Maij an. 1718; quâ quidem conclusione hæc modo dicta concessio facta est Illustrissimo Præsidi D. Portail, hadita mihi fuit a Viro Clarissimo M.° Guill. Dagoumer Harcurianæ domus Provisore, tamque hic, jisdem omnino, quibus extat verbis, ~~Acquatissime~~ accuratissime descripsi.

Lata hic extare conclusionem quâ mentio facta est supra pagina 308. Lobey

Anno Domini Millef. septingentesimo decimo octavo die martis decimo septimo Maii horâ sesqui decimâ matutinâ, Ornatissimi Procuratoris Jussu, missisque per apparitorem schedulis, habita sunt Comitia Venr. Nationis in Aulâ Theologicâ Harcurianâ in qua deliberare solet de rebus ad se pertinentibus: Ornatissimus Procurator dixit convocatos a se Tribules singulos ut audirent quid factum sit a deputatis in Lite pendente in supremâ Curiâ Parisiensi, occasione Litterarum Regiarum, quas Patentes vocant, et quas obtinuit Petrus Nicolaus Limousin de Riberval, ut tandem aperirent quid facto sit opus in eâ parte, quæ sane gravissimi momenti est, cum agatur de Nunciatibus Academicis è quibus Primarii et Professores tam emeriti quam actu Regentes aliquod capiunt emolumentum, ex quo possint munus docendi laboriosum sustinere. Jussus itaque M.er Guill. Dagoumer Provisor et Primarius Harcurianus, unus ex deputatis primum legit hasce litteras, ut ajunt Patentes quibus Lectis dixit Domus Dei administros aliosque complures ad quos pertinet institutio Rhedarum in singulis Normaniæ locis, si id Reipublicæ utilitas postulet, intercessisse quominus eædem litteræ in supremæ Curiæ commentarios referrentur, sed evenisse tandem ut, factâ ab infulato Præside viro Illustriss.° Antonio Portail, et ab eodem Petro Nicolao Limousin de Riberval declaratione se nolle majoribus Rhedis Gallice des Coches et des Carosses, sed minoribus Gallicè des Carrioles quibus nuncii uti possunt, institutum Regiâ munificentiâ sibi concessum persequi, latum sit senatus consultum consentientibus et ejusdem Domus Dei et Nosocomii, vulgo

des

des Enfans trouvés, administris, renitente vero eâ societate quæ a Sancto Lazaro nomen habet, nec non aliis societatibus intercedentibus. Addidit idem Mag.r Guill. Dagoumer Joannem Coulombier nunciatuum ad Vener. Nationem pertinentium, conductorem hæc singula Praecensum forensem nobis denunciata voluisse atque eadem viâ significasse libellum supplicem a se Curiæ oblatum .... Observatum autem est ab eodem deputato dictum Coulombier quod nationi denunciavit hanc litem, causam que litis, satisfecisse quidem contractibus cum ipso initis, sed quod in hoc supplice libello non modo Regiorum nunciatuum conductoris nomen, verum etiam eorum tutelam et patrocinium assumpserit, ipsum graviter peccasse contra Nationis jura et tenorem eorumdem contractuum quatenus nulli prorsus sunt nuncii Regii qui ab hac urbe Principe possint ad ulla Normaniæ loca, et præsertim ad urbem Rothomagum ire ac redire, vetitum istud fuisse plurimis senatus consultis, ac edictis Regiis quæ relata in supremæ Curiæ, tum Parisiensis tum Rothomagensis codices, facta sunt publica lex, quale est imprimis solemne decretum latum a Ludovico Justo anno 1642. auditis partibus ipsis Hieronimo de Nouveau summo Cursorum Regiorum Præfecto, et Raulino Burin eorumdem Cursorum in totâ Normaniâ Magistro; quod decretum utraque Curia Parisiensis et Rothomagensis variis sanctionibus executioni demandatum voluit, et Regia authoritas aliis subsequentibus confirmavit contra invasores Nunciatuum Academicorum; Cuius denique Decreti exemplar sibi datum in Contractibus fatetur jam dictus Coulombier, ut juxta ipsius tenorem Nunciatus nostros exerceat; Quapropter antea Nationem censuisse porrigendum esse Libellum supplicem supremæ Curiæ, quo jura nostra illibata servarentur et adversus Illustriss. Præsidem et adversus dictum Coulombier, cum eo discrimine quod nominaverit deputatos sapientissimum Decanum ..... qui prius adirent Illustriss.um Præsidem ipsum rogaturi, ut aut coerceret dictum Limousin de Riberval, aut non ingratum haberet, si Veneranda Natio intercederet quominus prædictæ Litteræ Regiæ effectum suum sortirentur ..... Visis nostris Tabulis et probatis a Clarissimo viro Deniau causarum forensium Patrono peritissimo, dixit idem Mag.r Dagoumer per Illustriss. Præsidem

Præsidem non stare quominus senatus consultum feratur non modo negans a se postulata, sed confirmans et assidens jura nostra adversus quoscunque qui vellent aliquo nomine, quale=cunque sit nuncios se gerere et nunciatum exercere causâ commercii etiam augendi Lutetiam inter et Rothomagum.

Verum cum videatur inter esse Reipublicæ vt viatores qui Naviculis, Gallice des Batteles, ab vrbe Pisciaca ad locum dictum le Roulle sous Gaillon, deferuntur, aliquo vehiculo ducantur ad portum de Sancto Audoeno et ab eodem loco ad portum dictum le Roulle sous Gaillon, — Quæsivit Ornatissimus Procurator quid in hac parte agendum esset: Rogatis dictisque sententiis placuit vnanimi consensu offerri et concedi Illustriss.o Præsidi Infulato et nobili ejus filio natu majori Ludovico Antonio Portail, quamdiu viverent potestatem instituendi Rhedas minores Gallice des Carrioles duabus rotis subnixas quæ tres Viatores hisce Naviculis advectos non plures continere valeant et possint ab vno è dictis locis transeundo per Pagum qui a valle Rodolii nomen habet, ad alium locum hac ratione non aliâ deduci cum suâ supellectile quæ non excedat pro vno quoque pondus librarum quindecim; Concedi proinde vtrique potestatem vtendi operâ quorumlibet, quos ad illud ministerium seligere voluerint si modo illi ministri formâ solitâ a Natione obtineant Litteras quas ipsa concedere non recusabit: hæc tamen eâ conditione concedi vt in recognitionem Dominii ad Nationem pertinentis idem Præses infulatus et filius ejus natu major singulis annis solvant summam Quadraginta Libellarum quæ pertinent ad dictum Joannem Coulombier eo nomine quod conductor sit sex Nunciatuum priscis temporibus a Natione institutorum causâ Commercii exercendi, fovendi, et amplificandi Lutetiam inter et Rothomagum. Atque ita a me procuratore Conclusum fuit.

Eodem die Decimo Maii horâ sexta Vespertina habita sunt Comitia extraordinaria in Harcurium rite convocata in quibus M.r Dagoumer Collegii Harcuriani Provisor absolvit Lectionem memorialis Libelli quem Jussu Illustrissimi Galliarum Cancellarii conscripserat, et totum, quodcunque est, in eo Libello exaratum singulari suffragiorum consentione

comprobatum

comprobatum fuit, Justitque Veneranda Natio hunc libellum non privati cuiusquam, sed suo totius Nationis Nomine — describi et deferri ad Illustrissimum Franciae Cancellarium

Robert

Die septimo mensis Junii habita sunt Comitia deputatorum vniversitatis apud Ampliss. Rectorem in Collegio Dormano Bellovaco, in quibus, cum retulisset Meritiss. Syndicus, M.um Robert in Curiâ procuratorem nuper mortuum esse et M.um Petel ejusdem generum et multos alios in Curiâ procuratores ejus locum ambire placuit deputatis omnibus, antequam successor nominetur, per M.um Le Vasseur Quaestorem intra spatium vnius mensis, quidquid Chartarum ac litis instrumentorum residuum esse potest in domo dicti Mgri Robert, ab ejus haeredibus, quod aequum erit persoluto, repeti. Atque ita ab Ampliss. Rectore conclusum fuit.

Die sabbati decimo quarto ejusdem mensis Junii habita sunt Comitia Vener. Nationis in sacello Collegii Harcuriani ad Justa persolvenda piis manibus duorum Contribulium quibus peractis accessit supplex Mgr Joannes Ambrosius Pantin Acolythus Rothomagensis qui postulavit admitti in gremium Vener. Nationis jure Magisterii in artibus et Baccalaureatus in sacrâ Theologia; audito aequissimo Censore, vnanimi consensu admissus est et juramentum praestitit.

Robert

Die 17. ejusdem mensis Junii 1721. horâ octavâ Matut. apud Maturinenses habita sunt Comitia supplicatoria vniversitatis in quibus Rector Amplissimus de recens electo Romano Pontifice Innocentio decimo tertio orationem habuit eloquentissimam ita omnibus proceribus auditu jucundam, acceptam que vt cuncti ordines Rectori Ampliss. per suos deputatos sint gratulati, Ejusque dicendi vim et copiam mirifice laudarint. Deinde processit Academia ad aedes sancti Bernardi.

Robert

Die 23.a Junii 1721. in Comitiis ordinariis Vener. nationis in collegio Justitiano habitis post sacrum Electus est in quadrumvirum Mag.r Joannes Conquet de Prefontaines humanitatis professor in Cardinalitio. Deinde Gilbertus Redon Civis Parisiensis se stetit supplicem et postulavit a Vener. Natione sibi concedi officium magni Nuncii pro Episc. et Diac. Abrincensi vacuum per obitum Claudii

Trollier

Trollier Civis Parisiensis. Re in deliberationem missa huius postulationi libenter annuit Ven. Natio et dicto Gilberto Redon hoc officium magni Nuncii contulit Sacramentum praestitit more solito et obtulit fidejussores Petrum Monfetit et Andream Jacquiere Cives Parisienses Et a me Procuratore Conclusum est. Libet

Eodem die hora decima matutina in Comitiis praeclarae facultatis artium apud Mathurinenses confirmatus est Quadrumvir Matutinis horis electus M. Joannes Longuet de Préfontaines humanit.io Profess.or in Cardinalitio. Grata et rata habuit Vener. Natio quae gessit Rector Ampliss. in suo hoc trimestri Magistratu, Eoque nomine ipsi libentissime concessit Litteras commendatitias quas potuit honorificentissimas. Rogavit praeterea Rectorem Amplissimum ut patiatur elegantissimam orationem, quam habuit in postremis Comitiis generalibus universitatis supplicationis causa, referri in commentarios facultatis artium et vrsitatis annuente que Augustissimo Regente, Typis impressam Romam mitti ad supremum Pontificem. Supplicibus indulsit. His ita peractis et Sacramento a Quatuor viris praestito, in Conclave ingressi sunt, scilicet ex honorandâ Natione, Mag.r Loudier Phiae Professor in Sorbonae Plessaeo; Pro fidelissima natione, Mager Dangers Sexti ordinis Professor in Mazarinaeo; Pro Vener. Natione, Mager Longuet de Prefontaines humanit. Professor in Cardinalitio; Et Mager Roussel pro Constantissimâ Natione, Et post aliquod tempus Mager Loudier Philosophiae Professor in Sorbonae Plessaeo retulit in Rectorem novum electum fuisse Magrum Baltazarem Gibert virum Rectorium et Eloquentiae Professorem in Mazarinaeo. Missis que ad confirmandam novam Electionem in suas Nationes Procuratoribus Ornatissimis, re in deliberationem missâ, Rogatis dictis que sententiis, Censuit Vener. Natio hanc Electionem omnino improbandam esse, Eo quod iniuria fieret Rectori Ampliss. Mag.r Coffin viro de Praeclara facultate ~~tam~~ optime merito, qui et honorifice et utiliter consuluit ejusdem facultatis artium Professoribus, suo praestanti ingenio, singulari Eloquentia, caeterisque virtutibus quibus assiduo et indefesso labore usus est ad tuendam, augendam, ornandamque praeclaram artium facultatem et potissimum in promovenda feliciter gratuita institutione; adeo ut gravissimo

afficiatur

Officiatur dolore Vener. Natio tam ignominiose agi cum viro et propriis virtutibus et Collatis in Academiam singularibus officiis commendatissimo. Gratias praeterea egit Mag.ro Longuet de Prefontaine Quadrumviro suo, non quod suffragium ferre noluerit in gratiam D. Gibert quem Vener. Natio plurimi semper fecit, sed quod non consuluerit fasces Rectorios praeproperâ festinatione, et injuriose abrogari è manibus viri Clarissimi D. Coffin. Quam sententiam Vener. Nationis his verbis retuli: Licet Vener. Natio plurimi faciat M.um Baltaz. Gibert non modo tamen non approbat, sed et improbat electionem modo factam; doleque hanc injuriam inferri viro qui tanta beneficia in praeclaram artium facultatem contulit, quique non potest sine ingrati animi labe sic ejici. Rector Ampliss. conclusit cum tribus aliis Nationibus confirmari in Rectorem Mag.rum Baltaz. Gibert. Lobet

Die 25. ejusdem mensis Junii hora septima Matutina apud Maturinenses habita sunt Comitia deputatorum vrsitatis ad instructionem seu confirmationem novi Rectoris, ut in more positum est, in quibus, cum aperui sententiam Vener. ordinis, dixi, jam exposuisse Vener. Nationem in postremis Comitiis quid de hac Electione sentiret, et in sua perstare sententia. Lobet

Die 28. mensis Junii habita sunt Comitia Ven. Nationis in quibus postquam bene precati sumus piis manibus Magri Joan. Des Authieux viri Procuratorii et Nunciatuum Quaestoris Fideliss. qui sua liberalitate hoc solemne sacrum instituit; Prorogatum est in alterum annum Quaestorium munus fidelissimo et nunquam satis laudando Quaestori M.o Roberto Barençon in Lexovio Professori clarissimo cui gratias egit Vener. Natio pro indefesso Labore et diligentia singulari quibus res Vener. Nationis curat a pluribus annis promovetque feliciter. Quae quidem publica Vener. Nationis grati, memoris que animi significatio unica est in hoc operoso munere tot curarum laborum que merces. Nominati sunt deinde Magistri qui audiant rationes fidelissimi Quaestoris Magri Roberti

Barençon

Berençon scilicet M.er Joan. de Laval Emerit. Eloquentiæ Professor in Marchiano. Magr Lhermitte Professor in Harcurio, et M.er Thiberge Professor in Sorbonæ Plessæo, qui cum sapientiss. Decano, integerrimo Censore M.o Le Grand, meritiss. Exquæstore M.o Marie his adsunt rationibus eas que Vener. Nationis nomine probent. Postea vero elegit Vener. Natio Examinatores Candidatorum Baccalaureatus in artibus Magistros Joan. Longuet de Préfontaines Lexoviensem Profess.em in Cardinalitio, Joan. Nicolaum Jugont Rothomagensem Profess.em in Sorbonæ Plessæo, Guillelmum Mazier Abrincensem Licentiatum Theologum et Germanum Josset Abrincensem Professorem apud Harcurios. Cum autem multi contribules Vener. Nationis conquesti essent de injuria illata Mgro Coffin, quem præpropere et contra morem solitum quorumdam suffragatio è dignitate Rectoriâ immeritum dejecerat, eo potissimum tempore quo æquitas postulabat, ut, dictus Magister Coffin Labores et sumptus per novem menses in administranda re Academicâ, impensi debitos fructus hoc tandem ultimo trimestri spatio perciperet, re in deliberationem missa Tota Vener. Natio ut provideret imposterum ne talis injuria cuiquam Rectori deinceps fieret, Censuit rem agendam esse cum cæteris Nationibus, et postulandum ut quidquid ex annuo Rectoratu fructûs percipiendum esset, id particulatim vel a Scribâ vel a Quæstore universitatis reciperetur et summatim divideretur in quatuor partes æquales, adeo ut singulo Trimestri spatio, æqua pars addiceretur, et Rector, quicunque futurus est, perciperet id pro rata portione temporis per quod Rectoratum gessisset, atque ita a me Procuratore conclusum est. Tum Fidelissimus Quæstor Vener. Nationis Mag.r Berençon admonuit esse in domibus ad Vener. Nationem pertinentibus partes quasdam quæ præsenti Instauratione indigerent et maturato opus esse, hac de re Censuit Vener. Natio ut dictus Mag.r Berençon cum Mag.ro Courteille quondam Quæstore fideliss.o Vener. Nationis periculum recognosceret, et eas partes ~~[illegible]~~ quam primum reficiendas curaret atque ita a me procuratore Conclusum est.

[signature]

Die 29. mensis Junii auditæ sunt rationes Quæstoris ~~Fideliss.~~

Mgri

Mgri Roberti Barencon, et ab omnibus deputatis comprobata.

Lobet

Die 5.° Julii 1721. hora post meridiem prima apud Ampliss. Rectorem in Collegio Mazarinæo habita sunt ordinaria Comitia deputatorum Universitatis, in quibus unanimi omnium deputatorum suffragio electus est Mgr Berenger in Senatu Parisiensi Litium Procurator ad munus obeundum Procuratoris in Curia Loco Mgri Jacobi Robert.

+ Hic deest Conclusio quæ incaute omissa relata fuit in Commentarios Fol. 348. vero. Lobet

+ Die vigesima sexta Julii 1721. horâ undecimâ Matutina habita sunt apud Harcurianos extra ordinem Vener. Nationis Comitia per schedulas indicta et sub debito juramenti, in quibus ego Procurator tria ad deliberandum proposui. Primum an præter Togam laboris et officii quotidiani, quâ omnes et singuli tum facultatum, tum Nationum Magistri utuntur, Præclara facultas artium haberet, et jure habeat suum et peculiare ornamentum sive habitum quem induerit et induat in pompis solemnibus, ut cæteræ facultates singulæ suum habent. Deinde rogavi ut Vener. Natio declararet quibus liceat hanc gestare Togam solemnem in supplicationibus generalibus Universitatis. Denique quem ordinem inter se se servare debeant in iisdem supplicationibus qui hac insigni Toga induti procederent. Rogatis sententiis sic unanimi consensu censuit Vener. Natio:

Primo Præclaram artium facultatem præter eam Togam nigram laboris et officii quotidiani, quâ omnes et singuli Magistri cuiusque facultatis in obeundis suis muneribus utuntur, habere suum ornatum sibi specialem, sive Togam solemnem, quemadmodum habent cæteræ facultates vestes insignes sibi proprias, hoc que esse extra dubitationem positum cum sint et semper fuerint empta atque confecta sumptibus cuiusque Nationis hæc Ornamenta, quibus, nemine reclamante, Nationum Proceres induuntur quoties Ampliss.us Rector cum majoribus infulis, aut Reges nostros salutaturus adit, aut quamlibet aliam solemnem pompam exequitur; et perstat Vener. Natio in ea sententia de qua multoties antea mentem suam aperuit, ut qui hoc habitu solemni induuntur, medii procedant inter Ornatissimos Procuratores Nationum et Baccalaureos Scholari Baccalaureatus habitu

ornatos

ornatos.

Secundo, Censuit Vener. Natio hanc solemnem togam posse mixto gestari indiscriminatim ab omnibus et singulis Tribulibus qui et gradus et ætatem assecuti sunt, qua desiderantur vt ad Lectoriam dignitatem possint promoveri.

Tertio denique declaravit Vener. Natio omnes et singulos qui hac solemni cappâ induti adeunt supplicationibus Vniversitatis, nullum inter se alium debere locum tenere quam quem dedit dies et antiquitas admissionis in Gremium Venerandæ Nationis; Et ita a me Procuratore Conclusum est

Die secunda Augusti 1721. Ordinaria Comitia Vener. Nationis habita sunt in Collegio Harcuriano in quibus Vener. Natio vno ore, vno que suffragio decrevit suo nomine accedendum esse ad Litem quæ pendebat in Curia Supremi Senatus de Togis solemnibus siue Rubris quibus Tribules Nationum decorari deber in supplicationibus totius Academiæ, aliisque Cæremoniis, Et rem suam commisit promovendam M.ro Bownier in dicta Curia Litium Procuratori, Et ita a me Procuratore conclusum est

Eodem die Mag.r Henricus Michael Gueder d'Aubermont Rothomagensis Baccalaureus Theologus supplicavit pro Regentia et Scholis, et, audito prius æquissimo Censore, communibus omnium suffragiis admissus est in gremium Nationis, dixit que Sacramentum more solito

Die Martis 12.° Augusti 1721. hora octava Matutina habita fuit Comitia deputatorum vniversitatis extra ordinem in Mathurinis. Exposuit Rector Amplissimus quam conveniens sit quamq; cum officio conjunctum, Vniversitatem in communi procerum suorum Lætitia solemnem supplicationem instituere, quâ grates omnipotenti Deo pro restituta Regis Christianissimi et optimi Academiæ nostræ Parentis, Consociatis omnium Doctorum, magistrorum que precibus ac votis referantur. Huic quidem Exposito minime placuit omnibus Deputatis. addidit præterea Rector Amplissimus a se Actum fuisse templum majorum Augustinianum quo supplicatum die 16.° hujus mensis, procedatur.

Die 16. Augusti 1721 hora ipsa octava matutina

apud

apud Maturinenses habita sunt Comitia totius Universitatis extra ordinem celebrandæ causâ supplicationis, quam Rector Amplissimus mandato dato die duodecimo Lucius mensis, atque ubicunque ut moris est, affixo, in Lunæ diem indixerat. Omnes ordines Promiserunt Rectori comitatum Amplissimum, et præstiterunt non modo procedenti ad ædem majorum Augustinientium, sed etiam ad Maturinenses Redeunti, Nullum que honoris genus ab Augustiniensibus prætermissum est quo suam seu reverentiam erga Academiam supplicantem, seu in causâ supplicationis alacritatem, testarentur. Illo die omnes Academici ægregium specimen dederunt suæ erga Regem pietatis quantum mæroris ægrotante Rege hauserint æstimare licuit ex Religiosâ alacritate quâ eadem restituto, sua vota persolverunt.

Lobex

Die Martis 19. Augusti hora secunda post Meridiem convenerunt in Collegio Mazarinæo juxta Mandatum Ampliss. Rectoris Decani trium facultatum et Procuratores Nationum cum adjunctis septem omnes Majoribus infulis ornati et inde in octo Curribus ad Luparam Regiam domum salutandi Regis convalescentis causâ processimus. ibi Rector Ampliss. salutato Rege, eo, quo decebat modo orationem habuit ad ipsum de sanitate restituta, gratulatoriam; Cui Rex optimus breviter quidem sed benigne respondit magnâ cum significatione suæ erga Academiam voluntatis.

Lobex

Die 4.° Mensis Octobris an. 1721. habita sunt post sacrum in Harcuriano Comitia Vener. Nationis ordinaria in quibus ego Joannes Delaval vices agens Procuratoris absente Magro Simeone Lobex tunc temporis Procuratore; Iterum retuli id quod proximis ante Comitiis apud per paucos Tribules retuleram; nempe Magrum Gibert Rectorem Universitatis et generalem reditus Nunciatuum Quæstorem tandem accepisse die 4.° Septembris a conductore Nunciatuum summam Librarum Turonensium sex millia, cum nongentis[tt] libris, septem decim solidis et quatuor denariis, 6990.[tt] 17.[s] 4.[d] quæ summa sequestro relicta fuerat in manibus dicti conductoris ex duodecim millibus Librarum quæ Augustissimus Dux Aurelianensis Regni Regens dictum conductorem jusserat pendere quotannis quatuor Nationibus supra solitum Locationis pretium; quam summam 12000.[tt] quatuor

[tt] nonaginta

Nationes

Nationes convenerant coram illustrissimo Senatus Parisiensis Principe et Illustriss. Procuratore Catholico ad promovendam gratuitam institutionem ita inter se partiri, ut singuli Professores trium aliarum Nationum tantum acciperent ex Nunciatuum reditu quantum Professores Nationis Normanicæ accipiebant, ex suâ locatione renovatâ cum conductore Nunciatuum; Cum autem desumptâ portione professoris cuiusque singularum trium Nationum Franciæ, Picardiæ, et Germaniæ, ex prædicta summa 12000.tt aliquid reliqui superesset singulo trimestri spatio; quod reliquum fuit a Calendis Januar. 1716. ad Calendas Aprilis 1719. pervenit ad prædictam summam 6990.tt 13.s 4.d, hanc summam quam dictus Magr Gibert huc usque omni ope atque operâ incassum enixus fuerat elicere è manibus dicti Conductoris, tandem me ministro et accepti Rationem ferente, solutam fuisse; Magrum Gibert ad quem rus profiliscens scripseram nomine Vener. Nationis ne divideret antequam rure rediissent Nationum Quæstores, divisisse tamen et singulis Professoribus qui Parisiis aderant non ratam quidem sed opinabilem portionem persolvisse. Quibus sic expositis Censuit Vener. Natio adeundum esse D. Gibert et rogandum ut peteret a Quæstoribus Nationum schedulam in qua descriptum sit id quod quæque Natio acceperit a Calendis Januar. 1716. ad Calendas Aprilis 1719. ex prædicta summa 12000.tt nomine singulorum Professorum inter quos portio cuique Nationi addicta divisa fuerit et Nominavit Vener. Natio deputatos ad expendendam hanc schedulam Magistros Dagoumer Antiquum Academiæ Rectorem, Professorem emeritum et Collegii Harcuriani Provisorem vigilantissimum, Barençon Professorem humanitatis in Lexovæo Quæstorem Vener. Nationis qui mecum et cum Mag.o L'hermite nunciatuum Quæstore nostro expenderent et recognoscerent utrum æqua cuique portio et debita singulis Professoribus divisa fuerit, atque ita a me Procuratoris vices gerente Conclusum est. J. Delaval.

38

Eodem die 4.o mensis Octobris in Comitiis deputatorum universitatis apud Ampliss. Rectorem in Collegio Mazarinæo, Mag.r Emmerez saluberrimæ facultatis Decanus obtulit Libellum supplicem quo petiit addi ex ære Academico in modum annuæ pensionis summam ducentarum

Libellarum

Libellarum erogandam Professori a duobus annis in saluberrima facultate instituto, cui munus incumbit ut Chirurgicam artem publice doceat, qua de re audito M. Edmundo Pourchot Syndico cum omnes deputati dixissent, se nihil ea de re posse statuere inconsultis ordinibus suis, Conclusit Rector Ampliss. et Rogavit deputatos omnes ut consultis quam primum suis ordinibus sententiam cuiusque referant ad Tribunal Academicum.

J. Delaval.

Die decima Octobris horâ septimâ matutinâ habita sunt post sacrum in sacello Harcuriano Ven. Nationis Comitia quibus Ego Gaspardus Poitevin pro Mag.ro Simeone Lobey Vener. Nationis Procuratore Molini ægritudine detento dum rediret ab aquis Borboniis, præfui et duo retuli.

Primum me a Mag.ro de Laval qui vices Procuratoris egerat in ultimis deputatorum Universitatis Comitiis apud Ampliss. Rectorem in Mazarinæo habitis die 4.a huius mensis, audivisse saluberrimam facultatem Libellum supplicem obtulisse in Tribunali Academico, quo dicta facultas postulat ut præter mille libras Turonenses quas, ex reditu ad omnes et singulos Universitatis ordines æquo jure pertinente, ipsi in singulos annos pendi jussum est, sibi insuper concedatur Pensio ducentarum librarum ex eodem reditu erogandæ quotannis novo Professori præposito ad docendam Gallico idiomate Chirurgiam, Omnesque deputatos uno ore censuisse, ea de re se nihil posse quidquam statuere inconsultis ordinibus, quorum singulorum necesse erat in huiusce modi negotiis sententiam afferri ad Tribunal Academicum per peculiarem Conclusionem in publicis cuiusque tum facultatis, tum Nationis Comitiis latam, et ex more Jurisque formulâ descriptam atque obsignatam, Et ita conclusum fuisse ab Ampliss. Rectore.

Secundum dixi Eligendum esse Quadrumvirum qui nomine Vener. Nationis fasces Rectorios aut Proroget Ampliss. Rectori aut ad alium deferat. Cui muneri impetrando se se supplices obtulere duo viri insignes, Rhetorum par eximium, dictus Mag.r de Laval Eloquentiæ Professor emeritus in Marchiano et Mag.r

Rouget

Rouger in monte Acuto Rhetor emeritus et vir Censorius. His ita a me in deliberationem missis, dictisque sententiis censuit Vener. Natio de primo Capite Nominandos esse duos deputatos qui cum deputatis honorandæ Gallorum Nationis rem diligentius expenderent, et disceptarent quid in hac re facto esset opus, Et nominavit M.um Guillelmum Dagoumer virum Rectorium et sapientissimum Collegii Harcuriani provisorem; et dictum Mag.rum de Laval virum Procuratorium et Eloquentiæ Professorem emeritum in Marchiano.

De secundo satis longum anceps Vener. Natio substitit utrum ex duobus viris optimis et insignibus potiorem judicaret, cui suas partes ad creandum Rectorem permitteret, ac tandem elegit M.um de Laval et ita a me ex Procuratore Conclusum est. —

Poiterin

Eadem die horâ decimâ habita sunt Comitia totius præclaræ facultatis artium apud Maturinenses, in quibus quatuor Nationes grata et rata habuerunt quæcunque Ampliss. Rector gesserat per trimestrem Magistratum, ei que Litteras Commendatitias decrevere; Deinde Quadrumviri quos singulos sua Natio mox confirmaverat præstito sacramento conclave ingressi sunt et paulo post per Procuratorem Honorandæ Nationis Mag.rum Mordret Philosophiæ Professorem emeritum in Bellovaco, fasces Ampliss. Rectori Balthasari Gibert uno omnium Quadrumvirorum consensu prorogatos renunciarunt assensere Nationes quatuor et Electionem confirmavere; atque ita ab Ampliss. Rectore conclusum est. Poiterin

Die 23.o Octobris 1721 Cum solemni pompa celebrata est Divi Romani festivitas. Post sacrum de huius sanctissimi Patroni nostri Laudibus elegantissimam, omnibus que acceptissimam habuit orationem Mag.r Nicolaus Josephus Thiberge in Sorbonæ Plessæo Professor clarissimus. Lobe

Die 25. 8.bris 1721. in Comitiis Censoriis apud Maturinenses habitis, Creatus est Censor Ven. Nationis Mag.r Franciscus Guillelmus Lhermitte celeberrimus Professor in Collegio Harcuriano et Nunciatuum Quæstor fidelissimus.

Lobe

Die sabbati 8.° mensis Novembris 1721. habita sunt post sacrum apud Harcurianos Comitia Vener. Nationis, in quibus Ego Procurator proposui Mag.ros Guillelmum Dagoumer Collegii Harcuriani Provisorem et Antiquum Academiæ Rectorem, et Joan. Dehaval antiquum Vener. Nationis Procuratorem et Eloquentiæ Professorem in Marchiano, quos proximis Comitiis Vener. Natio deputatos nominaverat ad expendendam una cum deputatis honorandæ Nationis postulationem saluberrimæ facultatis, de amplificanda pensione mille librarum quam quot annis dicta saluberrima facultas ex fundo Academico percipit, id consilii cæpisse ut sisterent se apud Tribunal Academ.um et postularent cum dictis deputatis honorandæ Nationis, ne quid fieret contra Conclusiones latas in dicto Tribunali Academico diebus 2.a Maii, 6.a Junii, 16.a Ejusdem mensis Junii anno 1721. si ita videretur Vener. Nationi; his ita propositis, dictisque sententiis una voce Vener. Natio rogavit dictos deputatos ut quod Consilii cæperant cum deputatis Vener. Nationis, id hodie exequerentur; atque ita a me Procuratore conclusum est.

[illegible]

Eodem die Octavo Novembris 1721. in Comitiis ordinariis deputatorum Universitatis apud Ampliss. Rectorem in Collegio Mazarinæo, dictum est Comitiis superioribus die 4.° octobris habitis postulasse saluberrimam facultatem per sapientissimum Decanum suum ut Universitas afectam vellet pensionem mille Libellarum a pluribus annis ipsi concessam, novâ pensione ducentarum Libellarum, eo quod cum quinque tantum hactenus Professores haberet, sextus additus est nuper qui Chirurgicam artem Gallico idiomate traderet, mandasse vero Amplissimum Rectorem deputatis Universitatis ut suos singuli ordines consulerent. Ideo igitur his Comitiis hodiernis adfuerunt præter deputatos ordinarios singularum facultatum et Nationum extra-ordinarii etiam deputati bini tum ex Honorandâ Gallorum Natione, tum ex Venerandâ Normanorum, atque ex priore quidem Mag.r Carolus Rollin vir Rectorius, Rhetoricæ professor emeritus et Mag.r Andry Baccalaureus Theologus, vir Procuratorius; ex posteriore vero Magister Guillelmus Dagoumer, vir pariter Rectorius, necnon

Harcuriani

Harcuriani Collegii provisor, et Mag.r Joannes de Laval vir Procuratorius, et Rhetoricæ professor emeritus: Qui omnes honorifice, ut decebat, non modo per apparitorem, sed per unum etiam ex officiariis Universitatis introducti et admissi dixerunt unanimi Consensu tum per Mag.rum Rollin, tum per Magrum Dagoumer, nihil sibi magis esse Cordi, si modo quod juris est constanter servetur, quam ut saluberrimæ facultati, quod illa petit concedatur, adhibita tamen aliquâ Cautione. Jus autem est constans quod continetur conclusione præsertim Tribunalis Academici facta die 2.° Maii 1711. more maxime solemni ac Legitimo, nimirum consultis Omnibus et singulis Universitatis tum facultatibus, tum Nationibus et earum conclusionibus allatis et in eâ ipsâ Tribunalis Academici conclusione descriptis, Qua quidem Conclusione tribunalis Academici, ut et Conclusionibus facultatum et Nationum disertis verbis agnoscitur ærarium Universitatis, fundos, item que eorum reditus inde provenientes esse Patrimonium omnibus et singulis tum facultatibus, tum Nationibus commune; Inde æquum esse pensiones æquales singulis facultatibus et singulis Nationibus distribui; Proinde cum mille Libellæ annui reditus tributæ fuerint antea Consultissimæ facultati in gratiam antecessorum et totidem saluberrimæ facultati in gratiam Professorum, juris esse certi ut eadem pensio tribuatur et sacræ facultati et fidelissimæ Picardorum Nationi in gratiam Professorum pariter que Constant.mæ Germanorum Nationi, propterea quod illa Natio maxime hoc auxilio indigere videretur, ita consentiente Vener. Normanorum Natione; eâ tamen lege has tres novas pensiones ita concedi, ut nulla deinceps pensio, aut etiam gratificatio aut pensionis augmentum cuiquam privato, cuiquam facultati aut Nationi concedatur, donec similis pensio mille Libellarum tum Honorandæ Gallorum Nationi, tum Venerandæ Normanorum tributa esset; Quam ob rem postulare se prædicti deputati extraordinarii declararunt ut Honorandæ Gallorum et Venerandæ Normanorum Nationibus pensiones primum mille Libellarum concederentur, tum se facile et ex animo saluberrimæ facultati quod petit concessuros, id que eo magis petere se quod supradicta Conclusio Tribunalis Academici facta die 2.° Maii 1711. item altera die 6.°, item 3.a die 16.° Junii sequentis facta in eam sententiam fuisset et auctoritate supremi senatus

confirmata,

confirmata, Senatus Consulto scilicet lato die Julii 21. anno 1712. certis conditionibus a Senatu appositis quas servari oporteret.

Tum accedito Syndico et re diu multumque inter deputatos omnes, ut par erat agitatâ, addiderunt dicti deputati extraordinarii rem esse multo faciliorem ad decidendam quam cum adhuc integra esset nondum nempe factis prædictis conclusionibus Tribunalis Academici, aut nondum factis conclusionibus variorum ordinum, nondum lato denique prædicto Senatus consulto; tunc enim temporis consuli singulos ordines necessario debuisse, tunc afferri eorum oportuisse Conclusiones, tunc intercedere aliquem conclusioni Tribunalis Academici potuisse nondum a Senatu confirmatæ; Nunc vero non esse opus nisi Judicio quodam oeconomico justos inter homines sive ordines, et juris jam certi et æqualis inter ipsos; ad id ferendum necessarium esse cognoscere reditus annuos Universitatis itemque impensas ordinarias et quantum fieri posset extraordinarias, quæ si facile ferri possent, attributis et solutis pensionibus quæ postulantur quid esse tandem difficultatis videretur quominus unusquisque ordo de fundo reditu que communi sumat sibi partem aliis æqualem, et in id reliqui consentiant, quod nullo jure impedire possunt, propterea quod scilicet nulla res hactenus obstitit quominus æqua portione singuli fruerentur, nisi sua quorumdam æquitas, dum patiuntur eos sibi præferri, qui maxime indigerent, quo sane animo, æquo et liberali semper se affectos fore ultro profitebantur deputati extraordinarii. Hæc igitur tam justa propositio an non placeret omnibus et singulis cum quæsivisset Ampliss. Rector, eo nimirum Consilio ut omnes et singuli quod petebant consequerentur, et læti suâ re perfectâ discederent, dixit Magister Romigny sacræ facultatis prodecanus ea de re non esse consultam facultatem suam, sed fore ut consulatur. Eadem responsio fuit Mag.ri le Saché Consultissimæ facultatis Decani. Mag.r vero Emmerez saluberrimæ facultatis Decanus dixit sibi æquum videri ut Honorandæ Gallorum, et Venerandæ Normannorum Nationibus sua cuique pensio mille libellarum tribuatur, id que confirmatum iri a suo ordine et perstare se in sua postulatione. Mag.r

Duhan

Duhan Honorandæ Nationis procurator dixit se annuere postulationi Venerandæ Nationis atque etiam petitioni saluberrimæ facultatis ut pote cum suæ Nationi petita mille libellarum pensio tribuatur. Mag.er Grandin fidelissimæ Picardorum Nationis Procurator respondit suam Nationem annuere petitioni tum Honorandæ Nationis, tum Nationis Venerandæ, si modo hæc suæ Nationi libellum supplicem offerat, tum etiam petitioni saluberrimæ facultatis. Mag.er Lobey Normanicæ Nationis Procurator dixit se annuere petitioni tum Honorandæ Gallorum Nationis, tum saluberrimæ facultatis eo quod suæ Nationi sua quoque pensio tribuitur. Denique Mag.er Guillaume Constantissimæ Nationis Procurator dixit se annuere tum duarum Nationum petitioni, ut antea annuit sua Natio Conclusione lata die 14. Augusti anno 1717. tum etiam saluberrimæ facultatis petitioni. His dictis atque auditis dixit Ampliss.us Rector juxta prædictas Conclusiones universitatis et variorum ordinum, juxtaque senatus consultum tribui ac debere solui Honorandæ Gallorum, et Venerandæ Normanorum Nationibus suam cuique pensionem annuam mille libellarum; saluberrimæ vero facultati concedi augmentum in singulos annos ducentarum libellarum. Atque ita ab Ampliss.o Rectore Conclusum est.

Sed cum in eo Judicio duo essent capita quorum primum spectat pensionem mille libellarum tum Honorandæ, tum Venerandæ Nationi addicendam, quæ pensio ex dictis Conclusionibus Tribunalis Academici senatus Consulto confirmatis constituta jam ante fuit ac proinde non eget novâ supplicatione, nec novis singularum facultatum et Nationum Conclusionibus ut solvenda statuatur; Alterum spectat augmentum ducentarum libellarum saluberrimæ facultati de novo concedendum, quod ut concederetur Honoranda et Veneranda Nationes binos quæque deputatos extraordinarios ad Tribunal Academicum miserunt, qui vice Nationum suarum suffragarentur; quia tamen duarum facultatum deputati ordinarii non erant Conclusionibus ordinis cuiusque sui muniti, Ampliss.us Rector subscribere distulit

6 Xbre 1721. ad hunc ad diem hunc sextum Decembris quo die allatæ sunt ex abundanti Conclusiones Honorandæ Gallorum, et Venerandæ Normanorum Nationis, item que saluberrimæ facultatis, in eam ipsam sententiam supra dictam scriptæ, certis conditionibus

appositis

appositis in illis Nationum Conclusionibus, nempe ne nova pensio ducentarum Libellarum saluberrimæ facultati concessa sortem sequatur prioris pensionis mille libellarum expressam in prædicto senatusconsulto, neve ea solvatur nisi cum sua cuique Nationi Honorandæ et Venerandæ soluta fuerit ex Conclusione Tribunalis Academici lata die 2.° Maii anno 1711. Neve denique ea pendatur nisi Doctori Medico, non autem Chirurgo. Præterea attulit etiam Conclusiones duas sapientissimus Decanus Consultissimæ facultatis quarum altera facta est die 14.° Novembris proxime elapsi, altera die 1.° huius mensis Decembris. Ac priore quidem illâ dicitur Consultissimus Antecessor et Decanus in actu Mag.r le Saché retulisse ad Consultissimam facultatem duo decisa fuisse gravia negotia apud Tribunal Academicum inconsultis ordinibus. 1.° intercedendum certo libello supplici a Magistro Coffin Curiæ oblato - 2.° de Pensionibus supradictis solvendis: Quibus duobus Consultissima facultas definit intercedendum, atque hæc prior Conclusio etiam per apparitorem in Curia Libellorum supplicum apud Basilicam, qui apparitor vocatur Le Moyne, curante Consultissimâ facultate denunciata est Mag.ro Pourchot syndico. Posteriore autem Conclusione Consultissima facultas 1.° non nisi certis conditionibus assentitur supradictis Conclusionibus: Deinde cum retulisset syndicus Consultissimæ facultatis ad suam ipsius facultatem ex vulgari famâ ad se pervenisse quod quidam sint qui graviter ferant decretum Universitatis latum in Comitiis ordinariis mensis Novembris anni 1719. quo decreto Mag.r Coffin electus est Coadjutor Mag.ri Pourchot in munere syndici, et quod eam in rem apud singulos universitatis ordines intercessiones captentur, ut quod jure et de more factum est et a Consultissimâ facultate comprobatum, irritum fiat, eadem facultas Consultiss.ma statuit, si quis se gravatum putet electione Mag.ri Coffin in Coadjutorem Mag.ri Pourchot, debere illam, si velit, apud Curiam suis propriis sumptibus ~~[illegible]~~, non vero Universitati movere ac persequi. Consultissimam enim facultatem existimare eam electionem jure factam et declarare a se comprobatam. Denique Mag.r de Romigny sapientissimus sacræ facultatis Prodecanus dixit conclusionem illius novam nondum potuisse perfici ac Professores ejusdem postulare ut sibi aliquando concedatur dicendi copia. His omnibus diligenter consideratis exposuit Amplis.us Rector intercessionem eam, quæ revera decreta est die supradicto 8.° Novembris separatim ab rebus hic contentis, adversus Libellum

supplicem

supplicem Mag.ri Coffin, differri nec potuisse, nec debuisse, cum ea omnino necessaria esset ipso patente Sapientissimo Decano Consultissimæ facultatis Mag.ro Brés et periculum esset in morâ maximum, neque de hac parte potuisse conqueri Mag.rum le Saché Sapientissimum Decanum in actu, cum ipse censuisset quam primum intercedendum et in suâ sententiâ firmiter perseverasset. De pensionibus vero exposuit Amplissimus Rector quæcunque superius memorata sunt; maxime autem se mandasse die 8.bris 4.o ut deputati suos ordines consulerent, qui non consuluerint, ipsorum esse videre cujusnam id culpâ factum sit, ita ut mirum sit eam priorem Conclusionem per apparitorem esse denunciatam, minime prius, Civilis officii causâ convento aut viso Rectore Amplissimo. Tum Sapientissimus Decanus Consultissimæ facultatis Mag.r Brés iterum ac sæpius declaravit sperare se fore ut nihil reprehenderet Consultissima facultas, sed omnia comprobaret. Tum vero ut hæc de Pensionibus deliberatio perficeretur, iterum Rogatis sententiis dixit Mag.r de Romigny Sapientissimus Sacræ facultatis Prodecanus non obstare se quominus interim concedatur unicuique Nationi Honorandæ et Venerandæ sua pensio mille Libellarum, item que saluberrimæ facultati sua ducentarum modo tamen Liceat sibi afferre conclusionem et dicendi copia concedatur Sacræ facultatis Professoribus. Mag.r vero Brés Sapientissimus Decanus Consultissimæ facultatis dixit non invidere se pensiones concessas Nationibus tum Honorandæ tum Venerandæ, aut saluberrimæ facultati dum servetur adamussim senatus consultum factum die Julii 21. an. 1712. Cæteri autem deinceps deputati dixerunt sententias supra memoratas, atque tunc Amplissimus Rector Pronunciavit, se, salvâ Conclusione Sacræ facultatis nomine offerendâ atque dicendi copiâ ejusdem Professoribus facienda; item salvo examine rationum a Consultissima facultate afferendarum, aut ejus Conclusionibus contentarum, ut de illis omnibus jus fiat, Concludere ut supra cum pluribus juxta Conclusionem Tribunalis Academici supra dictam, factam nempe die 2.o Maii anno 1711: item que juxta Conclusiones ordinum variorum in eâ contentas, Juxta que senatus=consultum supra memoratum adamussim observandum, quo illa Conclusio Tribunalis Academici confirmatur, Concedi

a die

a die 1.° Januarii anni 1722. Honorandæ et Venerandæ Nationi suam cuique pensionem mille libellarum in singulos annos; similiter concedi saluberrimæ facultati pensionem novam ducentarum libellarum, ea primum conditione, ut non alius quam Doctor Medicus Chirurgicæ arti tradendæ præponatur. 2.° ut ea pensio non solvatur saluberrimæ facultati nisi prius soluta unicuique Nationi honorandæ et Venerandæ suâ pensione juxta Conclusionem Tribunalis Academici anni 1711. Denique ut pensio illa non sequatur sortem veteris pensionis; quibus conditionibus assentiente saluberrimæ facultatis Decano, vocatis Nationum deputatis extraordinariis, eadem palam pronunciavit a se conclusa, quæ prius illis absentibus conclusa fuerant, nemine omnino reclamante ac proinde subscripsit Amplissimus Rector die Decembris 6.° anno 1721.

His verbis concepta erat Conclusio lata eodem die quam detuli ad Tribunal Academicum.

Anno Dom. 1721. die 6.° Decembris post sacrum habita sunt Comitia Vener. Nationis in Harcurio in quibus Ego Procurator retuli M. M. Guillelmum Dagoumer Collegii Harcuriani Provisorem et Antiquum Academiæ Rectorem et Joan. Delaval virum Procuratorium et Eloquentiæ Professorem in Marchiano, (quos Vener. Natio suos deputatos nominaverat et proximis Comitiis legaverat ut una cum deputatis honor. Gallorum Nationis deferrent ad Tribunal Academicum suam totius Nationis sententiam de concedenda summa ducentarum libellarum salub. facultati, præter summam mille libellarum quam quot annis dicta saluberrima facultas ex fundo universitatis in gratiam suorum Professorum percipit,) rem ita prudenter et ex voto Vener. Nationis egisse, ut nulla temus recessum sit a Conclusionibus Tribunalis Academici latis diebus 2.° Maii, 6.° Junii, et 16.° ejusdem mensis An. 1711., Confirmatis vero senatusconsulto die Julii 21. an. 1712., sed pæne omnium tum facultatum, tum Nationum suffragio constitutam fuisse pensionem annuam mille libellarum et Honorandæ et Venerandæ Nationi priusquam de

amplificanda

amplificanda pensione saluberrimæ facultatis in gratiam Professoris artis Chirurgicæ ageretur, et locum esse sperandi intra paucos dies fore ut, quæ duæ Nationes huc usque pro sua æquitate benigne indulserant se præteriri et pensionem annuam mille Libellarum singulis aliis tum facultatibus, tum Nationibus fuisse concessam ex fundo omnibus et singulis ordinibus communi, ea suo tandem et pari jure fruantur; quia tamen quidam deputati ordinarii non erant Conclusionibus suicuiusque ordinis muniti Amplissimum Rectorem noluisse Conclusioni Tribunalis Academici subscribere, itaque necesse esse ut Vener. Natio vel per eosdem deputatos extraordinarios Mag.^os Dagoumer et Delaval, vel Conclusione lata annuat petitioni saluberrimæ facultatis. His ita expositis et in deliberationem missis, rogatis dictisque sententiis censuit Vener. Natio rogandos esse eosdem deputatos extraordinarios ut se sistant in Tribunali Academico apud Amplissimum Rectorem et declarent nomine totius Nationis Vener. annuere se libentissime petitioni saluberrimæ facultatis his Conditionibus. 1.° ut prius annua pensio mille Libellarum quæ tum honorandæ, tum Vener. Nationi in ultimis apud Amplissimum Rectorem Comitiis constituta fuit ~~rata~~ rata fixaque habeatur. 2.° ut summa ducentarum Libellarum de novo concedenda saluberrimæ facultati non sequatur sortem mille Libellarum jam attributarum quæ ex senatus consulto debent præcipuo jure solvi annuatim dictæ saluberrimæ facultati, sed pensio honorandæ, et Vener. Nationis solvatur imposterum quotannis priusquam hæc summa ducentarum Libellarum de novo concedenda numeretur a Quæstore Academico saluberrimæ facultati. 3.° ut qui ad docendam artem Chirurgicam a saluberrima facultate eligetur, is sit Doctor in saluberrima facultate Parisiensi. 4.° denique ut dicta saluberrima facultas has conditiones accipiat et instrumento, ut ajunt, authentico polliceatur se semper observaturam. atque ita a me Procuratore Conclusum est.

Lobet

Die decimo sexto mensis Decembris hora decima matutina habita sunt Comitia Rectoria facultatis Artium apud Maturinenses in quibus Magister Rouges in Collegio Montis acuti Rhetoricæ professor emeritus, Matutinis horis in Justitiano in Quadrumvirum a Vener. Natione electus, ab eadem confirmatus cum aliis quatuorviris fasces Rectorios prorogavit Amplissimo Rectori Magistro Baltazari Gibert, la que prorogatio a singulis Nationibus fuit confirmata

Gibert

Die Vigesimo Decembris 1722. Supremo Senatus Judicio decisa tandem fuit lis illa acerrima quæ post solemnem ad Divi Rochi supplicationem habitam die 3.° Junii 1719. adversus Gymnasiarchas et Professores Collegiorum pleni, ut dicitur Exercitii in præclara artium facultate mota fuerat a Baccalaureis facultatum Theologiæ Jurium et Medicinæ, dictarumque facultatum Decanis, Syndicis et Doctoribus, pro suis Baccalaureis ad Causam ~~ad Causam~~ accedentibus de ordine in solemnibus Universitatis supplicationibus incedendi, de que Rubea Toga qua dicti Professores in præclara facultate se debere uti in solemnitatibus quibusque contendebant. Post infinita numero prope instrumenta responsaque hinc et inde data et cum partibus communicata quorum seriem longum sit recensere et possis in dicto Senatus Consulto perlegere, Curia sic Pronunciavit: Notre dite Cour ordonne que l'appointem.t sera reçu, et suivant icelluy a reçu les intervenants parties intervenantes, au principal, donne acte aux parties de la prise de fait et cause faite par les Docteurs de Theologie, des Droits et de Medecine, pour leurs Bacheliers: Ordonne que l'ordre de l'appel pour les processions generales de l'Université sera observé suivant et conformement au Livre du Recteur, et en consequence que les Principaux et Professeurs des Colleges de plein Exercice, ensemble les Bacheliers qui sont immatriculés dans les Nations de ladite Faculté en vertu de la supplique quil, ont faite pro Regentia et

et scholis

= Ste Scholis et qui auront atteint l'âge et auront les qualités requises
= pour etre elus a la dignité de Recteur de l'Université, marcheront
= aux Processions generales de l'Université entre les Procureurs des
= Nations et les autres Bacheliers de Theologie, sans neanmoins
= aucune preference entre lesdits Principaux, Professeurs et autres
= immatriculés esdites Nations que celuy de la datte de leur immatriculation
= pourvû toutes fois que les dits Principaux, et Professeurs et autres
= immatriculés esdites Nations soient revêtus de Robes rouges pareilles
= a celles des Procureurs des Nations, sans quels puissent se revêtir
= de Robes pareilles a celles dont les Docteurs de la Faculté de
= Medecine sont revêtus : Ordonne que le present arrest ne pourra
= nuire ni préjudicier aux autres droits respectivement pretendus
= par les parties en autres Causes. sur le surplus des demandes
= met les parties hors de cour, tous depens compensés. Mandons
= mettre le present arrest a Execution selon sa forme et teneur,
= de ce faire le donnons pouvoir. Donné en Parlement
= le vingt Decembre l'an de Grace mil sept cent Vingt un,
= et de notre Regne le septieme. Collationné D'Auvergne.
= par la Chambre signé Gilbert avec Paraphe Signifié le
= 30. Decembre 1721.

Die j.° Februarii 1722. Post Vesperas Sabbati fuit Comitia Vene. Nationis in quibus aquissimus Censor Magister Semille exposuit aquum sibi videri, juxta Senatus Consultum Sabbati die Et nupe. instauratum, quo Trigesimus annus assignatur cuilibet Tribuli, vt jure suffragii tum activi, tum passivi gaudere posset in Electionibus ; ~~vt quadranuiri~~ Catalogum Magistrorum Vene. Nationis denuo typis mandari et ita disponi vt non modo Cooptationis annus Magistri cuique liber, sed etiam vltas appareat. Re a me in deliberationem missâ Rogatis dictis que sententiis, vnanimi Consensu et nemine reclamante Censuit Vene. Natio sine dubio parendum esse Senatus consulto, Quod vt debite fieret diligentius novam jus fuendam esse Tabulam, typis que mandandam in qua Tribulium omnium falsam recensionem vltas judicaretur, neminem que imposterum admittendum esse in Gremium Nationis quin prius Litteras Baptisterii Aquissimo Censori Exhibuerit. Atque ita a me Procuratore Conclusum.

vt quadranuiri. jus vtas quadranuiri ordinent per Conclusionem Nationis 6 martii anno 1723 fabricam, et appareat annuum ab alio electo Nomen eos qui tres gradum obtinuerunt

Eodem die j.° Februarii M.° Carolus Frigan Constantiensis Baccalaureus Theologus Natus annos . . . . Et M.° Franciscus Carus Dagouene Ebroicensis Baccalaureus etiam Theologus natus annos . . . Supplicarunt pro Legentia et Scholis et vnanimi consensu admissi juramentum prastiterunt.

Die Sabb. 21. Februarii 1722. Hora prima post Meridiem, apud Ampliss. Rectorem in Collegio Mazarinæo adfuerunt septem ordinum deputati cum adjunctis suis, officiarii que Universitatis, ad excipiendas accepti et impensi rationes pro anno integro 1721.

Antequam ad Computa veniretur Rector Ampliss.us dixit administratores sodalitii San-Carolomagni libellum supplicem in hæc verba obtulisse:

= A Monseigneur le Recteur de l'Université de Paris supplient humblem.t
= les administrateurs de la Confrairie de vos Messagers jurés et vous
= remontrent que quelqu'un d'entre eux conjointement avec les
= officiers de l'Université se sont appliqués l'année derniere a
= decouvrir les abus qui s'etoient glissés dans la maniere d'obtenir les
= offices de Messagers jurés, et que quoyque par votre authorité, il eust
= eté remedié a plus.rs de ces abus, il en reste encor de considerables: un
= grand nombre de ceux que vous avez gratifié de ces offices negligeant
= en tout de sacquitter des obligations expressement marquées dans les
= patentes quils ont obtenues de vous; ce qui fait qu'on ne scait ou ils
= demeurent, s'ils vivent encore, et si par une mauvaise conduite ils ne
= se sont point rendus indignes de votre Bienfait. A ces causes il
= vous plaise, Monseigneur, donner un mandement par lequel il
= sera ordonné que dans trois mois a compter du jour de la publication
= de votre dit Mandement, tous ceux generalement qui sont pourvus
= des charges de Messager juré en l'Université seront tenus de se
= presenter devant vous, d'exhiber leurs lettres, de les faire reconnoitre
= a votre Greffe, et de les montrer semblablement au syndic et
= administrateurs de lad. Confrairie sur peine contre ceux qui n'auront
= pas satisfait dans led. tems d'etre declarés dechus de leur
= employ, et leur place declarée vacante et impetrable, pour y etre
= par vous pourvu de droit et vous faires bien. Signé J. Le Dieu
= de Boissauvé, V. Bouchard et Martin syndic avec Paraphe. Au bas
= est soit communiqué au syndic de l'Université signé Gibert Recteur.
= Veu la Requête cy dessus je consens pour l'Université les conclusions
= etre ajugées aux supplians signé Pourchot avec Paraphe.

Deliberarent igitur Ornatissimi Nationum Procuratores quid censerent fieri oportere. Re igitur ab Ampliss.o Rectore ad deliberandum sic proposita, audito Mag.o Edmundo Pourchot syndico dictisque sententiis, Ornatissimi Procuratores unanimi consensu censuerunt habendam esse rationem dicti libelli

supplicis

supplicis et Rectorem Amplissimum rogaverunt, vti mandatum quod prædicti administratores petunt, edere velit et quam primum promulgare: atque ita ab Amplissimo Rectore Conclusum fuit. Lobel

[Hoc Mandatum Rectoris Amplissimi promulgatum est die 4.° Mensis Martii sequentis.]

Postea inceptæ sunt expendi rationes accepti et impensi quas exhibuit Mag.r Antonius Alexander le Vasseur Quæstor Universitatis a 1.° die Januarii 1721. ad ultimum diem Decembris ejusdem anni 1721. quæ quidem rationes probatæ et subscriptæ fuerunt ab omnibus.

Die 3.° Mensis Martii 1722. hora 7.a matutinâ in Maturinensi Comitia deputatorum Universitatis celebrata sunt ad Rotulum aperiendum in his Comitiis exposuit Meritissimus Syndicus M.r Edmundus Pourchot sibi allatam fuisse a Mag.o Michaele Godeau Pastore Ecclesiæ Parochialis S.S. Cosmæ et Damiani tabulam manu scriptam in modum libelli supplicis qua tabula significat se præ valetudine sua jam non posse sui muneris partes, vt par est implere, ideo que Rectorem amplissimum Sapientiss.os Decanos, Ornatiss.os que Procuratores rogare suppliciter, vt quam inivit beneficii sui cum Canonicatu in Ecclesiâ Collegiatâ S.ti Sepulchri permutationem acceptam ratam que habere velint. Re in deliberationem missa censuere deputati ferè omnes de ea re nil statuendum esse inconsultis ordinibus, et ita Conclusit Ampliss.us Rector ex pluralitate suffragiorum. Lobel

Die Mercurii 4.° Mensis Martii 1722. hora nonâ Matutinâ in aulâ Majore Collegii Mazarinæi Congregati fuerunt Rector Ampliss.us ac Deputati ordinarii Universitatis cum apparitoribus ad audiendum Dnum de Dreux magnum Ceremoniarum Magistrum qui se jisdem diebus et horâ venturum ad Universitatem pridie Rectorem Amplissimum admonuit. Descendentem eum è Curru suo quatuor Academici exceperunt et deduxerunt ad Tribunal Academicum, vt venit coram vnus ei ex apparitoribus Brachiatam sellam attulit in qua vbi consedit omnes capita pileis suis Dnus de Dreux Rotundo, quadratis Academici operuerunt. Tum ille quæ afferebat exposuit et litteras a Rege porrexit quas scriba ex ejus manibus exceptas Ampliss.o Rectori tradidit. Rector Ampliss.us

Lecta

Lectâ superscriptione, amotoque sigillo, easdem mihi reddidit ad legendum. Sunt autem ejusmodi: De Par le Roy. Tres Chers et bien amés. Nous avons donné nos ordres pour que l'infante d'Espagne soit receüe dans notre bonne ville de Paris avec la magnificence convenable a la dignité de sa Personne et a la qualité de notre future Epouse. le Zele que toute la France temoigne en cette occasion repond a nos desirs. Mais nous serons bien aises quelle voye vos sentimens s'unir aux acclamations publiques et nous vous mandons de l'avis de notre tres Cher et tres ame Oncle le Duc d'Orleans Regent d'aller luy faire vos complimens le jour, et a l'heure que le grand Maitre ou le maitre des Ceremonies vous dira de notre part. Si n'y faites faute. Car tel est notre plaisir. Donné a Paris le 1er Mars 1722. Signatum Louis, atque infra, Phelippeaux. Subjunxit idem Dnus de Dreux assignatum fuisse Universitati diem sabbati proximum horâ tertiâ Pomeridianâ. Dixit Rector Amplissimus Universitatem fuisse semper Regum suorum voluntatibus obsecutam promptissimo animo, nec vero præsenti justui minus alacriter esse obtemperaturam. Tum abeuntem Dnum de Dreux jidem, qui supra, ad currum usque suum reduxerunt.

Hobey

Die sabbati 3° huius mensis matutinis horis habita sunt Comitia ordinaria Vener. Nationis in Collegio Harcuriano, in quibus dixi die 3° Martii in Comitiis deputatorum Universitatis apud Maturinenses habitis ad aperiendum Rotulum, exposuisse meritissimum Syndicum ea quæ jam præcedenti paginâ retuli, de supplicatione factâ a Michaele Godeau Pastore Ecclesiæ Parochialis S.S. Cosmæ et Damiani quâ orabat Tribunal Academicum ut grata et rata haberet permutationem a se factam; at re missa in deliberationem ab Amplissimo Rectore censuisse deputatos fere omnes, ea de re, quæ videbatur gravissimi momenti, consulendos esse ordines, ne tali comprobatione facta a Tribunali Academico violaretur jus tum facultatum, tum Nationum ad quas jure Vicissitudinis sive Turni, ut ajunt pertinet præsentatio beneficiorum quæ sunt Patronatus Universitatis. Postulavi igitur a Vener. Natione ut suam de tali negotio sententiam aperiret; utrum scilicet admittenda, an rejicienda permutatio facta a Mag.ro Godeau. Re in deliberationem missa censuit

Vener.

Vener. Natio non licere per tempus, rem, tanti momenti, in præsens perpendere, proindeque remittendam esse ad alia Comitia quæ convocabuntur intra paucos dies; Et a me sic conclusum est Vener. Nationis Procuratore. Lober

Eodem die 7.° mensis Martii 1722. Horâ post meridiem primâ habita sunt Comitia ordinaria deput. Universitatis apud Ampliss.um Rectorem in Mazarinæo, in quibus Mag.r Brés Jurium Decanus Legit palam ordinis sui Conclusionem factam die 4.° huius mensis qua Conclusione Consultissima facultas intercedit, ne juris sui, ad Beneficia Academica nominandi, vice sua redeunte, quidquam derogetur.

Eodem die horâ sesqui secundâ Rector Ampliss.us, Sapientiss.i Decani, Procuratores ornatissimi, adjuncti septem illorum ordinum, tres majores officiarii Universitatis, omnes majoribus ordinum suorum insignibus ornati, apparitoresque Quatuordecim ordinum clavas gestantes, in octo Curribus è Mazarinæo ad Palatium Luparæ veteris, ut ajunt, processerunt ad infantem Regis Hispani filiam, futuram Regis nostri Ludov. XV. conjugem salutandam.

Non abre fuerit mandare memoriæ nonnihil hac vice adhuc in dandis audientiis mutatum fuisse. Nam cum antiquitus quoties ordines huius urbis ad salutandos seu Reges, seu Reginas, alios que Principes, justu Regis, Universitas eodem die, et immediate post Curias Parlamenti, rationum, et subsidiorum, ante Curiam Monetarum, Præfectum que et Corpus, ut vocant, urbis, admitteretur. Cumque, nescio cuius invidia, anni sunt ad summum quatuordecim, emoti hoc ordine remissi fuissemus ad aliam diem et post Curiam magni Consilii, sequente nos tantum modo Academia Gallicana, hoc anno ipsum hunc ordinem, ni cavetur, amisimus. Is enim ordo fuit salutandi: Die Jovis 5.° huius mensis admissæ sunt Curiæ Parlamenti, rationum et subsidiorum. Die veneris 6.° admissæ Curiæ magni Consilii, monetarum que et Corpus urbis. Die denuum sabbati 7.° admissæ Universitas et Academia Gallicana.

Lober

Die 13.° Mensis Martii 1722. Convocata sunt a me per schedulam Comitia extraordinaria Vener. Nationis apud Harcurianos horâ post meridiem Quintâ, Et denuo rem, quæ supra a me die 7.° huius

mensis

mensis relata fuerat de permutatione facta a Mag.ro Godeau in gratiam Mag.ri le Paige Doctoris Theologici et Ecclesiæ S. Sepulchri Canonici, Sacerdotii Ecclesiæ S.S. Cosmæ et Damiani, proposui jisdem fere verbis. Censuere omnes unanimi Consensu id totum remittendum esse Consultissimæ facultati, cuius est admittere, vel rejicere istam permutationem, cum ad eam pertineat jure Vicissitudinis, sive Turni, ut ajunt, Nominatio vacantis Beneficii si forte id accidit. Et ita a me Procuratore Conclusum est. Lobe

Die 20. mensis Martii 1722. Hora octavâ matutina apud Maturinenses celebrata sunt supplicatoria Universitatis Comitia. Postquam peroravit Rector Ampliss. in medium Comitii prodiit Parlamenti Accensus, nomine Choux qui dixit afferre se, quod modo palam esset Lecturus, decretum Senatus, de Lite inter Professores in Præclarâ artium facultate ex unâ parte, et Doctores et Baccalaureos Facultatum Theologiæ, Jurium et Medicinæ. Rector Ampliss.us Præfatus se in ea lite nullam partem habuisse, jussit audiri Accensum propter reverentiam quæ debetur decretis Curiæ. Ille itaque altâ voce decretum quam longum est a Capite ad Calcem perlegit. [Huius Decreti verba retuli pag. 342. fol. verso.]

Tum M.r Charton Theologiæ Decanus dixit sacram facultatem cum veneratione decretum Senatus audivisse, illam tamen sua jura, si hoc ce præsenti Decreto lædantur ulterius defensurum. Mag.r de Ferrieres Decanus jurium dixit non animadvertere se quid contra decretum dici possit. M.r Emmerez Decanus Medicinæ eandem fere cum Jurium Decano dicebat sententiam, additurus, ut patuit, saluberrimam facultatem via juris sibi consulturam, sed enim ex eadem facultate Doctor quidam nomine Nicolaus le Tellier clamitavit Medicos istud Senatus=Consultum non recipere, imo intercessionem decreto opponere, quas voces iterum atque iterum repetiit. E Comitio tranquille admodum ventum ex Consuetudine in Chorum Maturinensium, ibique singulæ facultates suum locum occuparunt. Interim in Templi Testudine antiqua et solemnis appellatio ab Apparitore peragitur. Ut vocati sunt Baccalaurei in Medicinâ, ex eisque nullus apparuit, Accensus supradictus adiit ad D. Emmerez Decanum, eique denunciavit, ut ordinis sui Baccalaureos juberet procedere; eadem denunciandi formulâ usus est ad Mag.unæ Nau antiquissimum è Consedentibus Doctoribus Theologis

pro

pro Baccalaureis Theologiæ Licentiam decernentibus, quorum pars nullus, ex compositio saltem Baccalaureali veste indutus comparebat. Verque vero Decanus, accenso, quid libuit, respondemus. Hactenus turbarum nihil accidat sed postea quam appellati Doctores Regentes in artibus, Oratiff. que Promotores caperunt è templo egredi, reliqui que Dni Doctores in Medicina, Dni Doctores in utroque jure, Dni Doctores in Theologiâ, Amplff.us Dnus Rector, exteri que qui solent appellari è choro per templi testudinem procedebant, Ille idem le Tellier Doctor Medicus ad januam Templi obstitit ne medici exirent, atque adeo reliquam eunctium ferem cohibuit; multa vociferans, inter alia jterans sæpe alta voce, nobis recipiendum decretum, ei se interdicere. Hinc separatis aliquot Doctoribus accessit ad Rectorem Amplff. actum postulans suarum contestationum. Rector Amplff.us ut offensionem civium ad pretentium Dnus qui in templo fiebant cessarent, haud cunctatus actum se dare asseverat, decisque dicto le Tellier potestatem, ut eum seu à sede Universitatis, seu ab Accensi curia reciperet. At ille his verbis non satis pieri declaravit, scripto et subsignatione in posterum opus esse. Itaque Accensus ad scribendum accingebat, cum repente magna volumina Doctorum contendentium: à quibus tam precipitato nullatenus esse procedendum. Continuo plerique secedunt in Cistam Matutinensium, et reliqui atque ipse patrum Antecessores à proposito supplicationem prosequendi, desistunt. Amplff.us quidem Rector, ille tot suum frustratos fidei mos in comitio data convocavit, et seorsum privatim a singulis magistris juramenta, decretum ejusmodi tenens a supplicatione non cessandum. Itaque cum sola artium facultate ad indictam ædem S. Andreæ de Arcubus processit. Artium vero Gymnasiarcha et Prefectus ab accensi curiam quæ pro eam instrumentum petierunt.

Die 23.a Martii hora post meridiem primâ in Mazarineo habita fuit extraordinaria comitia deputatorum Universitatis in quibus Rector Amplff.us dixit Privilegia Universitatis fuisse a Regnante nunc Rege Lud. XV. confirmata atque instaurata; et jam sigillum Regium instaurationi esse appositum; tandem ut confirmetur a Senatu delatam esse ad amantissimum Universitatis Senatorem Dnum Pucelle et postea ad curam Rationum, subsidiorumque magni Consilii delatum iri. Quo de re Amplff.us Rector gratias egit suas a singulis deputatis.

Die vigesimo quarto Martii 1722. habita sunt Comitia in quibus D. Le Sauvage Civis Parisinus supplex postulavit ut sibi Venerandae Nationis conferret munus magni Nuncii Diœceseos Bajocensis vacantis per Liberam abrogationem D. de St. Bonnet, et in vades proposuit D. Pilon scribam Notarium, et D. Baudry litium Procuratorem Cives Parisinos, Parisiis habitantes, quod quidem munus D. Sauvage nemine refragante impetravit, et dicto Sacramento recessit.

Haec Conclusio, Jussu Venerandae nationis suppressa fuit et penitus deleta ut [illegible] injuriosa toti Venerandae nationi, atque ornatissimo ipsius procuratori per alteram Conclusionem Latam in Comitiis ordinariis habitis die 5a 8bris ejusdem anni. Le Grand

tria vocabula a me procuratore ut inutilia ex templo deleta sunt Le Grand





[major]

[minor]

[major]

[minor]

Haec Conclusio incause omissa folio altero 335. Vero hic a me descripta est. Lobel

Die 19.° mensis Julii 1721. in Comitiis extraordinem convocatis apud Harcurianos, Ego Procurator Vener. Nationis exposui memoriale quoddam in vulgus emissum fuisse a quibusdam ex Picardica Natione, non modo Vener. Nationi, sed et toti praeclarae facultati artium invidiosum maxime, multa quippe in eo contineri quae ea mente scripta esse videbantur, ut institutionem gratuitam et nationum jura labefactarent; scriptorem quippe operis inscienter aut injuriose affirmare id quod in gratiam Professorum Vener. Natio percipit ex nunciatuum reditu non ultra 8150.tt Libellas francicas debere portendi, juxta minutas locationes, inquit scriptor, quarum Catalogus a D. Pajot d'Ozambray suggestus est, quasi vero redemptor reditus id fidei et aequitatis habere teneatur, ut quae contra se faciunt, ea ipse proferat. Praeterea subjicit scriptor, portionem quae Professoribus Picardicae Nationis addicta est, ampliorem semper fuisse et ad summam 15000. Libellarum debuisse extendi. Cum vero Rex Christianissimus Ludovicus decimus Quintus totum nunciatuum proventum constituit et protulit ad summam 60000. libellarum, plus satis fecisse Regem optimum; et altera sexaginta millia libellarum quae ad institutionem gratuitam super addita sunt, merum esse Regiae liberalitatis munus, et caetera huiusce modi.

Hunc Libellum plenum falsitatis et invidiae legit a capite ad calcem Perspicacissimus vir Mag.r Guillelmus Dagoumer Collegii Harcuriani Provisor, omnibus attente, sed non sine doloris sensu audientibus Guscemodi homines intra sinum Academiae reperiri, quorum una cura esse videbatur, ut jura matris almae, quae semper fuerunt indubitata magis, ~~[illegible]~~ tt convellant. Hoc autem Lecto Libello, dixit vir summus et Academiae propugnator acerrimus, dictus Mag.r Dagoumer, nihil esse in tali libello, quod viros Academiae amantes, sollicitos habeat, si modo Vener. Natio velit et jubeat typis mandari memoriale scriptum, quod Illustrissimo viro D. Fagon oblatum est et ex quo gratuita institutio authoritate Regiâ constituta fuit. Illud idem habere se prae manibus; sed longius quam ut possit in praesentia legi; praeterea addenda esse ad calcem omnia edicta, declarationes Regias, senatus Consulta, et Judicia quibus fulciuntur ea quae in hoc Libello scripta sunt, ut tum Praeclarae facultatis artium, tum Vener. Nationis jura indubitata et inconcussa permaneant, et ad seram posteritatem producantur. Itaque postulare

tt sine pudore L.

se

se Deputatos nominari, qui singula secum expendant et ordinent. Re in deliberationem missâ, Rogatis dictisque sententiis, omnes quotquot aderant censuerunt habendas esse gratias dicto Mag.ro Dagoumer Jurium Academiae per quam studioso defensori; Typis mandandum memoriale scriptum juxta quod institutio gratuita constituta fuit, cum Edictis, Declarationibus, &c. Et nominaverunt deputatos M.M. Touraine, Viel, Delaval, Bourrey, Barençon et le Monnier. Atque ita a me Procuratore Conclusum est.

Lobe

Actum Procuratorium a Magistro Bourré ex procuratore Jubente natione in commentariis descriptum die 24 martii anni 1722.

Acta Venerandæ normanorum nationis

Procurante Magistro Joanne Baptista Legrand Licentiato theologo socio et Priore harcuriano a die 24ª martii anni 1722 ad diem

In comitiis ordinariis in aula harcuriana post missam habitis Ego Joannes baptista legrand acolytus Ebroicus electus sum procurator suffragiorum pluralitate, et renuente Mag. Gobei, sacramentum præstiti inter manus magistri bourrei Licentiati theologi e domo et societate regiæ nauarræ. In procuratore. Legrand

in Comitiis ordinariis apud maturinenses habitis supradicta die hora decima rata et grata habita sunt quæcumque gessit amplissimus rector in suo trimestri magistratu, litteræ ipsi commendatitiæ concessæ omnibus indultum est supplicibus. postea magister Gobei ea causa cecidit quam contra meam electionem pertinaciter prosequebatur et Judicio contradictorio trium aliarum nationum, concludente amplissimo rectore M.º gibert electio mea confirmata est, [illegible] Legrand

quatuordecim uerba a me procuratore deleta sunt [illegible] scripta [illegible]. Legrand

in iisdem comitiis confirmati sunt omnibus plaudentibus fasces rectorii meritissimo uiro Magistro gibert prorogati. Legrand

In comitiis ordinariis die 25 mart. habitis retulit æquiss.us Censor finitam Judicio prætoris urbani litem qua cum ~~vene~~ honoranda natione contra fidelissimam contendebat veneranda natio de modo suffragia numerandi an nationalim, an uiritim ubi de annuo nuntiatuum reditu resesset, decretum que ne suffragia viritim, ut optabat veneranda natio, sed nationatim, ad mentem fidelissimæ, haberentur, postulavit que ut interrogaretur veneranda natio nunc sentiret appellandum esse ab hac sententia. re in deliberationem missa unanimi suffragio appellandum esse censuit totus ordo atque ita a me procuratore conclusum est. Legrand

In Comitiis ordinariis die 11ª aprilis requisivit æquiss.us Censor sibi facultatem fieri prosequendi nomine ven. nat.is

Executionem ultimi Senatus Consulti de tota solemniori rubei coloris et de ordine incessus in publicis supplicationibus seruando inter tribules nationum siue baccalaureos siue professores illa solemni veste ornatos, et baccalaureos trium facultatum superiorum licentiam decurrentes. Re in deliberationem missâ, censuit ven. natio adeundum esse amplissimum rectorem, ipsique venerandæ nationis offerendam esse operam et adjunctionem quæcumque opus fuerit, dandamque æquissimo censori potentiam vna cum meritiss. syndico agendi ut tres superiores facultates dicto senatus consulto parere cogantur, et debitum Ampliss. rectori comitatum juxta prædictum senatus consultum præbere, et ita a me procuratore conclusum est. Le Grand

In comitiis ordin. die 2a maii habitis magister Sagiensis supplicauit pro regentia et scholis titulo baccalaureatus, audito censore, lectisque litteris vnanimi omnium suffragio admissus est. # Le Grand
et sacramentum præstitit L.

Die ven. 8a maii habita sunt comitia in quibus magister carolus dauid clericus Ebroiensis supplicauit pro regentia et scholis titulo baccalaureatus, et vnanimi suffragio admissus consueta præstitit sacramenta. postea retuli ego procurator actum esse de rectorata SS. cosmæ et damiani in ultimis deputatorum vrsitatis comitiis apud Ampliss. rectorem ibique lectum esse ab amplissimo rectore instrumentum permutationis initæ inter M. michaelem godeau pastorem prædictæ Ecclesiæ [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
et magistrum gautier doctorem theologum, lectis lectisque duabus conclusionibus vna rectoris amplissimi in ultimis deputatorum universitatis comitiis in collegio mazarineo lata. altera consultissimæ facultatis die 9o martii habita, vnanimiter censuerunt tribules standum priori suæ conclusioni jam occasione permutationis inter eundem magistrum godeau et M. le page

doctorem theologum latæ, totamque hujus posterioris permutationis causam ad consultissimum ordinem pro in turno existentem pertinere, ad ipsum idcirco remittendam, ut dictam permutationem aut admittat consultissimus ordo complendo pro hac vice jus suum, aut si rectius ipsi videbitur, omnino rejiciat. Postea de duplici beneficiorum ordine altero majorum, altero minorum, instituendo consulta ven. natio rendit optabilem esse hujusmodi institutionem quæ justam æqualitatem, adeoque pacem et concordiam inter universitatis ordines stabiliret, nominandos propterea e quolibet ordine academico deputatos qui collatis inter se rationibus et momentis, firmo stabilique eadem ferendo decreto unanimiter quam primum allaborent. atque ita a me procuratore conclusum. deleui ego ex altera pagina decem lineas inutiles et errore meo scriptas. Le Grand

Ex scriptum e commentariis universitatis.

Anno dni 1722 die 2° mensis maii habita sunt ordinaria comitia deputatorum universitatis apud amplissimum rectorem in collegio mazarineo rector amplissimus dixit habere se præ manibus instrumentum permutationis beneficiorum coram notariis et testibus initæ inter M. michaelem godeau pastorem Ecclesiæ parochialis SS. Cosmæ et damiani et M. gautier doctorem theologum verum cum occasione prioris permutationis quæ locum non habuit dubitatum fuerit utrius esset de permutationibus ejusmodi agere, an tribunalis academici ex ordinum auctoritate quæ consuetudo videtur per annos centum et amplius invaluisse, an ordinis illius cujus vices ut nominent ad academia beneficia recurrunt, cumque juridica facultas in turno ut dicitur revera existens intercessionem opposuerit qua sibi soli jus hac vice

de permutatione quae tunc agebatur, statuendi vindicabat, se rectorem studii sane ergo partem alterutram expertem protuendo singulorum communiter ordinum jure, prius quam de praesenti permutatione deliberandum proponat censere suscitandum a consultissima facultate, utrum praesentem permutationem, si usitati videatur illam ad juridicam facultatem remittere, sit acceptura an quemcumque alium ab eo quicum permutatio esset ad cuñonatum SS. Cosmae et damiani quasi cessione vacantem, contensura sit se posse nominare? an consentiat praedicta permutatione acceptanda vices suas recurrentes haberi ab omnibus pro completis ita ut tamen non intendat aliis ordinibus legem imponere pro suis pariter ipsorum vicibus implendis, permutationes similes aut resignationes aut demissiones admittendi, sed libertatem relinquat iis consilio communi, ut antea statuendi? magister brés Jurium decanus dixit in praesentia nihil habere quod addat iis quae in conclusione a se allata die 7° martii nuper elapsi continentur, caeterum de quaestionibus ab Amplissimo rectore injectis, se cum ordine suo, primo quoque die acturum, et ad verbum quae ordo suus mandaverit relaturum, singuli alii deputati probatis, quae ab Amplissimo rectore ad juridicam facultatem injectae fuerant, quaestionibus, dixerunt de conclusionibus factis a suis ordinibus occasione primae permutationis, deinde petierunt secum communicari exemplaria illius intercessionis factae a Juridica facultate, censuerunt que mittendos ex academico tribunali ad Mag. godeau qui videant utrum in eo statu sit ut valeat inire permutationem; rumore enim publico ferri illum jam minus esse compotem suae mentis, deinde videndum tandem in singulis ordinibus utrum quod spectat ad academica beneficia stari oporteat consuetudini ut permutationes et resignationes in favorem tractentur in academico tribunali ordinibus in consultis, an satius sit fieri decretum solemne ad mentem conclusionis latae an. 1696 quo prohibetur ne ullae in posterum seu permutaõnes seu resignaõnes in favorem admittantur, salvâ tamen potestate ordinum ab hac lege recidendi

in certis quibusdam casibus qui quaâ providentia non possunt provideri, denique utrum videatur institui ordines duos beneficiorum, alterum majorum, minorum alterum? Rector amplissimus ex suffragiorum pluralitate nemine contradicente conclusit communicandum esse cum singulis ordinibus instrumentum intercessionis factae a Juridica facultate deputandos ad magistrum godeau M. emmerez decanum medicinae et M. duhan honorandae nationis procuratorem, postquam et illi de statu M.i godeau retulerint et Juridica facultas sua consilia explicavit, responsa communicatum iri cum singulis ordinibus, eosdemque ordines consultum iri, utrum placeat, quod spectat ad academica beneficia stari consuetudini, prout est supra explicata an fieri solemne decretum de non admittendis ullis in posterum beneficiorum academicorum seu permutationibus seu resignationibus in favorem, nisi certis casibus ut dictum est, non praevisis, itemque qualis esse videatur haec praesens permutatio, an rejicienda sit, an potius quàm primum admittenda; denique utrum videatur duplicem ordinem beneficiorum alterum majorum alterum minorum institui, et cum demissiones voluntariae rejici ô possint, et hactenus admissae sint, et beneficia per eas vacantia communi consilio collata sine praejudicio turni, an non eadem usque consuetudo servanda sit sine praejudicio turni, et ita ab ampliss. rectore conclusum fuit

In Comitiis Extraordinem habitis die 12a Junii anni currentis exposui ego procurator, inter alia capita praecipue actum esse, in ultimis deputatorum universitatis comitiis in colleg. mazarino apud ampliss. rectorem habitis, de instituendo duplici beneficiorum ordine, altero majorum seu trium curionatuum, altero minorum seu capellaniarum ad patronatum universitatis pertinentium, statutumque esse ut unusquisque deputatus suum ordinem de triplici potissimum capite, 1o utrum placeat illa duplex ad

beneficia nominandi vicissitudo. 2° utrum placeat quas libet permutationes, sive demissiones, sive resignationes in favorem ad eum ordinem remitti cujus vices pro tunc recurrent. 3° utrum placeat primas ad majora beneficia nominandi vices ad consultissimam facultatem pertinere, ad minora autem nominandi esse theologicae facultatis. Legi postea conclusionem tribunalis academici quae sic erat concepta verbis

Die 6° Jun. 1722 M. Edmundus pouvchot exposuit inter alia capita quae rector Ampliss. in comitiis mensis maii circa beneficia patronatus Academici apud singulos ordines deliberanda proposuerat, unum videri litium omnium occasionibus imposterum tollendis apprime utile, si nimirum duae nominandi vices statuantur, altera majorum beneficiorum, altera minorum; et quoniam ea dere ex ordinibus academicis alii nundum consulti fuerunt, alii consulti non satis explicate mentem suam aperuerunt, postulavit illam deliberationem caeteris consultationibus praemitti. Rector Ampliss. habitâ raôe postulationis syndici, rogavit deputatos ut quam primum suos ordines velint consulere, utrum placeat beneficiorum quae sunt academici patronatus duas vices institui, alteram majorum scilicet curionatuum S. Andreae ab arcubus, SS. Cosmae et damiani, et S. germani veteris in civitate, alteram minorum seu capellaniarum cujuscumque sint generis ac nominis, adeo ut quod prius fiebat confusis beneficiorum conditionibus, idem distinctis fiat, servato omnium aequaliter jure, et cum aliqua, seu facultas seu natio ad aliquod majus beneficium nominarit, jus, ad beneficium classis pariter majoris proxime vacaturum nominandi, ad sequentem ordinem seu facultatem seu nationem pertineat: atque eadem sit ratio nominandi ad beneficia quae minora supra sunt appellata (quod eodem spectat) utrum placeat quam libet propositam seu demissionem simplicem, seu permutationem aut resignationem in favorem, ad eum ordinem remitti cujus nominandi vices recurrent, ut ordo ille suas compleat vices si

ad quod proveneretur, fieri approbaris, Socest si permutationem, resignationem, demissionem admiserit, denique utrum ei detur primas ad majora beneficia nominandi vices adjudicandi facultatem spectare, nominandi vero ad beneficia minora esse Theologicæ facultatis, quibus de rebus deputati polliciti sunt actures esse se quam primum cum suis ordinibus, eorumque sententiam ad prima tribunalis academici comitia allaturos. Signat Gibert rector.

Quo facto res in deliberationem missa censuit veneranda natio 1° Duplicem ordinem beneficiorum instituendum propter rationes in superiori sua conclusione positas unum majorum sicut curionatuum S. Cosmæ et Damiani, S. Andreæ ab arcubus, et S. Germani veteris in civitate, alterum minorum, sicut capellaniarum quæcumque sint. 2° quam libet permutationem, sive demissionem, aut resignationem in favorem ad eam sive facultatem, sive nationem remittendam cujus nominandi vices recurrent. 3° primas nominandi vices ad majora beneficia spectare consensit ad judicandam facultatem, quoniam ejus nominandi vices nunc recurrunt, seu in turno, ut aiunt, nunc existit, primas autem nominandi ad minora beneficia placuit esse Theologorum facultatis, ad alias sive facultates sive nationes suo quoque ordine redituras, et ita a me procuratore conclusum est Le Grand

In comitiis ordinariis venerandæ nationis Gallicanæ sorbonicæ septima post missam in collegio Justinianæ die 23 Junii supplex accessit M. Murain eloquentiæ in Mazarineo professor postulavitque a veneranda natione ut munus quadrum viri sibi conferretur, deliberatione facta unanimi suffragio votis clarissimi supplicis annuit natio mensa Concludente Le Grand

4 pagina sequenti.

In comitiis ordinariis eadem mensis et anno Gallicanæ post missam in vigilia SS. Petri et Pauli rogatus est clarissimus vir Magister Lavenion ut munus Quæstoris quod plurimis jam abannis ita feliciter gesserat, iterum vellet pro hac venerandam nationem observantia suscipere, quibus moram gerens unanimi suffragio prorogatum Gallicæ munus ad duos istarum annos. Deinde nominati sunt expunctores rationum fidelissimi Quæstoris clarissimi viri quatuor magistri Le monnier, Lebon, Touraine, et Bonnejoye. Denique examinatores dicendam artium clarissimi viri Magistri Broquet pro, Lecollan, Moullin, et Dagoumer minor, et ita a me procuratore conclusum est.

Le Grand

+ in comitiis ordinariis die 23 Junii apud maturinenses habitis confirmatus est in quadrumvirum clarissimus vir mane electus magister morain, supplicibus omnibus indultum, rata et grata habita sunt quae gesserat Amplissimus rector in suo trimestri magistrati, litterae ei concessae commendatitiae.
in iis dem comitiis prorogatos fasces rectorios Amplissimo viro M. gibert confirmavit vener. natio me ita concludente Le Grand

In Comitiis ordinariis venerandae nationis in harcurio hora 7a post missam die sabbati 1a augusti anni 1722 habitis, proposui ego procurator ea quae in ultimis deputatorum universitatis in collegio mazarineo apud amplissimum rectorem habitis comitiis peracta fuerant ea potissimum quae spectabant novarum universitatum institutionem in civitatibus divionensi et palensi, et narravi quae ab Amplissimo rectore de consensu deputatorum contra hanc institutionem universitati parisiensi nocivam suscepta jam et foeliciter incepta fuerant, res demum in deliberationem missa est, et unanimi suffragio censuit veneranda natio gratias esse Amplissimo rectori pro susceptis laboribus agendas, rogandum ipsum ut quâ coepit diligentiâ, eâdem velit susceptum opus insistere, interimque ipsi venerandae nationis offerendam esse operam et adjunctionem quaecumque ad illud negotium fuerit necessaria, et ita a me procuratore conclusum est Le Grand

In Comitiis ordinariis die 10o octobris post missam in collegio harcuriano habitis hora sesqui 8a clarissimus vir magister dagoumer antiquus rector et collegii harcuriani provisor et primarius supplicavit pro munere quadrumviri et unanimi suffragio admissus consuetum praestitit sacramentum, exposui deinde quanto studio quantâve diligentiâ res nostras toto trimestri prosecutus fuerit amplissimus rector, cujus in defessis laboribus, prudentiae non vulgari, facultati qua pollet apposite dicendi non minus tribuendum quam aequitati causae nostrae si susceptum opus de novis universitatum institutionibus in civitatibus divionensi et palensi ad exitum foelicem tandem perductum esset, si que tot interpericula sarta tectaque remanserunt omnia universitatis et praesertim praeclarae artium facultatis jura, quo audito statuit veneranda natio mittendos esse duos e suis deputatis qui ~~nomine venerandae~~ nomine ipsius Amplissimo rectori gratularentur et ita quoad omnia a me procuratore conclusum est. Le Grand

in comitiis ordinariis die 7a novemb. habitis in sacello harcur. post missam declaravit fidelissimus Quaestor sua fidei commissam habere summam mille et sexcenta librarum pertinententem ad venerandam nationem, cujus declarationis actum ipsi concessit vener. natio ne sors in ista pecuniae in ipsum caderet. Legrand

In Comitiis ordinariis ven. nat. die 5a xbris anni 1722 habitis in sacello harcuriano post missam hora sesqui 8a ego procurator dixi me pro meo munere cum primum licuit, adiisse librum commentariorum venerandae nationis, ea scit monumenta continentem unde praecepta quae sequerer et exempla peterem, inter legendum incidisse in paginas tres titulum ac speciem praeferentes unius quasi conclusionis cui adscripta esset dies 24. martii anni currentis, scriptum videri alienum a moribus et clementia ven. nationis, me virorum etiam proborum atque prudentium consilio permotum ut genus istud conclusionis e libro ipso recitarem in comitiis, et judicio tribulium subjicerem, ne tale diutius inter ven. ordinis commentarios extare meo silentio paterer. quod cum fecissem et unumquemque suam, ordine, rogassem sciam, omnes uno consensu tribules damnavere conclusionem, duae tamen fuerunt discrepantes damnantium sententiae, una eorum qui existimarent illa tantum esse delenda verba quae essent scripta injuriosius, altera eorum qui rati dictam conclusionem nocere pluribus, profuturam nemini, et toti ven. nationi injuriosam, in eaque scribenda auctorem plus dedisse irae suae quam boni ad posteritatem exempli reliquisse, totam deleri et nullum jus vestigium remanere voluerunt. facta secessione aequissimus censor inito utrorumque calculo, quatuor pro priori sententia stare declaravit, pro posteriori plures supra triginta cumquibus a me procuratore conclusum est Legrand

vadelorge Pantin

In comitiis ordinariis hora 2a post vesperas habitis in sacello harcuriano die 6a xbris magister durand

pro censore absente, occasione conclusionis quam ven. natio delendam paulò ante censuerat, dixit, si qualibet in comitiis facta conclusio, in ordinariis subsequentibus comitiis e scripto non mansuro ante recitaretur quam in perennes commentarios referretur, eam fore optimam viam 1° informandis tribulibus cognitione et peritia rerum nostrarum, deinde arcendis vocibus aut exemplis quæcumque possent minus fovere charitatem ipsorum inter se, conspirantemque ad commune bonum retinere consentionem animorum hactenus inter tribules admirabilem, adjecitque valde etiam pertinere ad robur conclusionum, et earum fidem stabiliendam, si forte in aliquod forum efferrentur, ut subscribatur illis etiam a sapientissimo decano, ab æquissimo censore simul et a fidelissimo quæstore, eumque conclusiones relegendi et a pluribus subsignandi morem constanter apud cæteros universitatis ordines observari, se igitur postulare ut de iis capitibus consuleretur ven. natio. re in deliberationem missâ censuit ven. ordo, conspirantibus omnium tribulium votis æquissimum et per utile esse pro censoris postulatum, eamque legem sancivit ut imposterum conclusiones in commentarios non prius referrentur, quam relectæ in subsequentibus comitiis ordinariis fuerint, et ornatissimi procuratoris sap. decani, æquissimi censoris, et fideliss. quæstoris manu consignatæ et ita a me procuratore conclusum est. in iisdem comitiis stephanus franciscus gaudet civis parisinus supplex petiit a ven. natione ut sibi conferretur munus magni nuntii diœcesis sagiensis vacans per mortem aut amotionem ultimi possessoris qui mandatis duobus ampliss. rectoris non obtemperavit, re in deliberaonem missa, auditoque syndico nuntiorum qui affirmavit munus revera vacare admissus est unanimi suffragio prædictus supplex et sacramentum assuetum præstitit

Le Grand
vadelorge

Pantin ff censor

Judicavi utile futurum si hoc loco describerentur

nomina nuntiorum diocesem nationis veneranda
eo ordine quo tradita mihi sunt a syndico nuntiatuum

Etat des grands Messagers
qui remplissent actuellement les dioceses de la
nation de normandie, et qui ont satisfait aux
mandements de m.r le recteur des 4 mars, et 23 8bre
1722.

Pour

Roüen.	Nicolas parent recen le	2 juill. 1711.
Eureux.	vincent robin du . .	3 juin 1719.
Lizieux.	Julien troussel du	5 juin 1708.
Coutances.	richar gallios du . .	3 juin 1684.
avranches.	gilbert redon du .	25 juin 1721.
bayeux.	Jacques sauuage du	24 mars 1722
Seez.	Etienne franc. gaudet du	6 xbre 1722

In Comitiis ordinariis hora sesqui 8.a post missam
in sacello justitiano habitis die 19.a xbris, lectione
facta praecedentis conclusionis supplicauit pro munere
quadrumuiri clarissimus vir Magister vadelorge professor emerit.
et ven. nat. prodecanus, et vnanimi consensu admissus solitum
praestitis sacramentum.
eadem die apud mathurinenses hora decima in generalibus praecla
rae facultatis artium Comitiis Decem steterunt supplices, alii
postulantes immunitatem ab onere scribendi inter quos eminebat
ingenuus adolescens abbas de pontchartrain illustrissimi Galliarum
Cancellarii nepos, alii vt errores qui irrepserant in catalogis
emendarentur, nouem supplicum votis annuit Ven. natio,
sed de sacerdote Capellano sagiensi cujus causa non ita liquido
constabat censuit nominandos deputatos et nominauit clarissimos
uiros M.M. dagoumer et delaual qui praedictum sacerdotem
supplicem iterum audirent ac de eo ad ven. nationem referrent.
Confirmata est electio quadrumuiri matutinis horis electi. rata
et grata habita sunt gesta amplissimi rectoris cui litterae commen
datitiae concessae sunt.
in iisdem Comitiis hora sesqui meridiana confirmati sunt
fasces rectorii amplissimo uiro M. gibert prorogati, et ita
a me procuratore de his omnibus conclusum. Le franc
vadelorge

Pantin censor.

In Comitiis ven. Nationis Extraordinem in aula theologica Sar-
curiana habitis die Veneris 8a Januar. hora 10a. matutina
dixi procurator actum esse in ultimo tribunali academico
de novo Rhemenses inter et Jesuitas negotio, Legisse videlicet
Amplissimum Rectorem ad se missam a Rectore decanis et
suppositis Rhemensibus epistolam quâ praedicti Rhemenses
Universitatis parisiensis opem et auxilium implorarent contra
Jesuitas in Academicum Rhemense gremium irrepere molientes
rem gravissimi esse momenti propter universitatis Rhemensis
cum parisiensi affinitatem, quo circa statutum a tribunali
Academico fuisse ut unusquisque ordo super ea re
quamprimùm consuleretur. Re missa in deliberationem
Audito aequissimo Censore rogatis dictisque sententiis, unanimi
tribulium suffragio censuit Venerandus ordo offerendam
esse suam quaecumque opus fuerit operam et adjunctionem
Amplissimo Rectori ut solitâ suâ prudentiâ nomine
Venerandae nationis quodlibet Rhemensibus contra Jesuitas
auxilium ferat; et ita a me procuratore conclusum
est Le Grand
vadelorge Pantin censor

In Comitiis ordinariis ven. nationis die Sabbati 6o februar.
post missam habitis steterunt se ab honoranda natione legati
MM. Collot aequissimus Censor, et Besoigne baccalaureus
theologus, quibus ut dicendi facultas facta est, Exposuit
M. Collot Legatum se ab honoranda Natione ad Venerandam
ut de eo quod praeter fas in jura honorandae nationis susceptum
est rogaret sententiam venerandae ejusque imploraret auxilium.
Contigisse videlicet nuperis diebus in petitione prodecanatus
Duronensis tribus facta a MM guerin et Robin, ut M. guerin
spreto et tribus suae et totius honorandae nationis judicio, causam
suam ad tribunal academicum detulerit, factumque esse ita
agentibus quibusdam vel ignaris nationalium jurium, vel
erga ipsa male affectis, ut tribunal academicum neglectâ
etiam intercessione deputatorum honorandae nationis rem ad se
in 1a ut vocant instantia traxerit; exinde nationem honorandam

decretum contra Magistrum querin tulisse quo propter violata
nationis sua jura omni suffragio sive activo sive passivo privatus
donec resipuerit et judicium suæ nationis primum subierit. Cum tribunal
Academicum magistro querin facultatem dedisse in jus vocandi et
Ornatissimum Honorandæ Nat. procuratorem, acquissimum Censorem
et ipsum Honorandum Ordinem ut coram tribunali Academico
rationem reddant suæ Conclusionis qua magistro querin minuitur
jure suffragii activi et passivi; quibus auditis post dimissionem
prædictorum Honorandæ nationis Legatorum, audito æquissimo Censore
Legatis dictis quæ sententiis Censuit Ven. natio unanimi omnium
tribuum Comitia 1° propria esse jus unius cujusque vel nationis
vel facultatis in Academia parisiensi de suis tribulibus aut suppo
sitis in 1° ut vocant instantia judicandi. 2° jus habere unumquemq;
Ordinem Academicum privandi suffragio activo et passivo tribules
aut subditos propter inobservationem Statutorum aut Consuetudinum.
3° ejus modi judicium ab uno quoque ordine latum non posse retractari
ab aliis ordinibus Academicis sive seorsim sive simul cum propria
sive distincta unius cujusque ordinis jura neque etiam a tribunali
Academico cui a nullo est ejus modi concessa facultas, sed a solo
supremo Senatu assertore et Conservatore jurium unius cujusque
ordinis et communitatis in regno. 4° immerito fuisse facultatem
fuisse magistro querin diem dicendi sive Ornatissimo procuratori
Honorandæ nationis sive ipsi Honorando Ordini ad tribunal Aca
demicum propter prædictam privationis in ipsum Mag. querin
sententiam. quinto judicium Honorandæ nationis de jure utriusq;
partis deducentis contendentis et alia quæ libet similia deprivatis
litigantibus propter munera et dignitates ordinum Academicorum
a tribunali Academico retractari posse salva ad tribunal superius
appellatione. Quocirca intercedit venerandæ natio pro suo
et omnium Ordinum jure quominus vel Ornatissimus procurator
vel Honorandus Ordo, vel quis quam alius ordo Academicus
in jus vocari possit coram tribunali Academico propter latum
ab universo ordine in privatum quempiam de Statutorum aut
Consuetudinum inobservatione judicium, de jure autem utriusq;
partis contendentis de turonensibus tribus prodecanatu vel de
judiciis circa jus illud aquocumque latis silet omnino, et
ita a me procuratore Conclusum. in eisdem Comitiis iidem
M.M. ab Honoranda natione deputati obtulerunt libellum
memorialem de re pecuniaria universitatis per M. Cavallier
quæstorem gesta, quo viso Ven. natio deputavit clarissimos
viros, Barentin, Bourret, Lemonnier, qui una cum procuratore
et acquissimo Censore prædictum libellum expenderent ac deinde
ad ven. nationem pro suis Comitiis referrent et ita a me procuratore
Conclusum est Le Franc
Vadelorge, Pantin censor

In Comitiis Extraordinariis Ven. nationis die Jovis 11a februar. anni 1723 in aula theologica Harcuriana habitis; Exposui procurator quæ in ultimis deputatorum universitatis apud amplissimum rectorem habitis Comitiis peracta fuerant occasione Conclusionis ultimæ a ven. nat. latæ qua intercedebat ven. natio quominus vel Ornatiss. procurator vel Ordo quisquam Academicus in jus vocari possit Coram tribunali Academico propter latum ab universo ordine in privatum quempiam de statutorum aut Consuetudinum in observandis judicium, scilicet me prolata prædicta Conclusione ven. nationis iterum atque iterum rogatum esse ut e Comitiis excederem, Constanter negasse me facturum sicque soluta fuisse ab amplissimo rectore Comitia, una mecum intercedente atque intercessionis actum postulante ornatissimo honorandæ nationis procuratore quominus ulla tribus procuratoribus absentibus haberentur Comitia. Legi postea Conclusionem apud Amplissimum rectorem a sapientissimis tribus theologiæ, Jurium, et Medicinæ decanis, et Ornatiss. Constantissimæ nationis procuratore habitam post solutionem Comitiorum, et trium Ornatissimorum Galliæ, picardiæ, et normanniæ procuratorum recessum. addidi me ideo potissimum adduci non potuisse ut recederem, quod honori et dignitati procuratorum derogatum iri putarem si, postulante syndico et ipso eodem remanente procurator recederet. nihil præterea Legitime a tribunali Academico definitum iri si contra Legem ubique observari solitam inter opinantes sedeat qui ex officio suo regis partes sustinet: in parlamentis non interesse deliberationibus advocatos aut procuratores Catholicos; nec in Castelleto aut alia quavis regia ac bene ordinata jurisdictione, qui regis nomine postulant: timendi locum esse ne litigantium alter remanente syndico, et novis fortasse rationibus sua postulata confirmante, inauditus damnetur. re missâ in deliberationem, unanimi omnium tribulium consensu Censuit Ven. Natio 1o abusum esse si meritissimus syndicus postquam suam de reproposita aperuit sententiam e Comitiis non recedat, atque suo nomine intercedendum quominus imposterum dum dicuntur sentiæ præsens assideat. 2o procuratorem Ornatissimum vel sapientissimum decanum nomine sui ordinis intercedentem ut e Comitiis excedat non adigendum donec in tam justum ordinem redactus fuerit syndicus. 3o standum esse præcedenti intercessioni de procuratore aut Ordine quolibet ad tribunal Academicum non vocando. 4o nullam habendam esse rationem eorum quæ solutis Comitiis, et absentibus tribus procuratoribus galliæ picardiæ et Normanniæ, postea resumptis decerni potuerunt; et ita a me procuratore quoad omnia Conclusum est. Le Granch vadelorg

Pantin censor

Die martii 6.° ann. dñi 1723 habita sunt ordinaria Ven. nationis apud Garcurianos Comitia in quibus lectâ de more praecedenti Conclusione Dixi procurator me, ut praecedenti Conclusione statutum fuerat, postulasse atque etiam intercessisse nomine Ven. nat., coram trib. Academico quominus Syndicus, dictâ sententiâ, inter opinantes sedens remaneret, idem postulatum fuisse ab Ornatissimo Honorandae gallorum nationis procuratore sui etiam ordinis nomine non tantum verbo sedet scripto, sed tam justae petitioni nullam habitam esse rationem aliter sentientibus tribus superiorum facultatum decanis et duobus Ornatissimis picardiae et germaniae procuratoribus, quibus unanimiter sentientibus, decretum est nunquam adigendum esse meritissimum Syndicum ut è Comitiis excedat. Legi postea libellum memorialem varias continentem conclusiones sive absentibus sive praesentibus duobus procuratoribus latas die 17.° februarii pxime elapsi, in quo multa notavi a fidelissimo scriba minus fideliter scripta, plura omissa, alia ab eodem scriba praeter jus depicta et exarata. imprimis omissam intercessionem fuisse scripto factam ab Ornatissimo Honorandae nationis procuratore quominus Syndicus dum res in deliberationem veniunt in Comitiis sedeat; immo, quod falsum omnino est, factam fuisse mentionem sententiae Ornatissimi gallorum procuratoris quasi inter opinantes sedens abstinuerit a suffragio, cum tamen mecum simul ac Syndico a Comitiis excessisset, dum caeteri eadem deputati deliberarent. addidi ad scribam non pertinere de rebus dicere quid ipse sentiat, sed quid censuerint judices scribere, videri tamen eundem scribam jus sibi arrogare suam privatam de rebus non dicto solum sed et scripto opinionem aperiendi, Exemplum esse verba in una Esupradictis Conclusionibus tribunalis academici expressa; Citavit) " idest magister legrand procurator) exempla senatus ipsius atque " aliarum jurisdictionum, ubi regii procuratores et advocati " illustrissimi dictis sententiis excedunt, neque unquam dum " feruntur suffragia inter sunt Comitiis. Magister pourchot " Syndicus exemplis nobilioribus exempla convenientiora " opposuit ". non ipse M. pourchot dicit se opponere exempla convenientiora nobilioribus, sed scriba ipse judicat exempla citata a M. pourchot convenientiora esse, quamvis nec Amplissimus rector, nec aliquis judex sive decanus sive procurator ullum de supradicta comparatione verbum protulerint, sed simpliciter decreverint standum esse consuetudini nec meritissimum Syndicum adigendum esse ut e Comitiis excedat. denique falsum esse ostendi opinionem qua contra jus et officium suum pronuntiat scriba convenientiora esse exempla a M.° pourchot citata primo quia unicum urbis basilicae exemplum citavit, contra

a me citata sunt Exempla tum parlamenti, tum castelleti tum aliarum regiarum ac bene ordinatarum jurisdictionum ~~regiarum~~, quarum certe jurisprudentiam perfectam imitari convenientius est quam solius urbis basilicæ. secundo quia falso citatum est Exemplum ejusdem urbis basilicæ in qua constat procuratorem regium, ubi de re contentiosa agitur, et postulantis ipse partes sustinet, dictâ semel sententiâ statim a comitiis recedere; præterea non Exemplis tantum innixam sed et rationibus invictissimis confirmatam fuisse postulationem venerandi ordinis, nempe ne, ut patet præcedenti conclusione, Litigantium alter, remanente syndico, et novis forte rationibus sua postulata confirmante, inauditus damnetur. ne etiam syndicus, ut quotidie evenit, opinantes diversam a sua sententiam aperientes, novis sermonibus interpellet, sicque quasi invitos ad se trahat. quas rationes non aliam obcausam videtur omisisse scriba quam ut vim argumenti eludat, quam etiam ob causam me interrogatum an aliquam afferrem a mea natione super ea postulatione conclusionem respondentem inducit me non habere modo, sed postmodum habiturum interea me proprio ac privato meo nomine agere cum tamen ipsissimis verbis dixerim me conclusionem habere a mea natione factam et latam quam propter temporis angustias scripto tradere fas non fuerat, sed postmodum scriptam traditurum. quæ toto cælo discrepant. his auditis, remissâ in deliberationem, diligentiorique adhibita discussione Censuit Ven. natio unanimi tribulium suffragio nullatenus standum esse conclusioni tribunalis Academici quæ jus syndico tribuitur inter opinantes dicta sua sententia remanendi, sed ab ea appellandum, ~~et~~ interim consulendas et monendas esse tres alias nationes si forte cum veneranda natione velint intercedere. atque ita a me procuratore conclusum est

Le Grand
Vadelosy

Pantin censor

in iisdem comitiis postulavit æquissimus Censor conclusionem die 1° februarii anni 1722 e commentariis deleri, aut saltem emendari eo quod falso supponeret senatus consultum existere quo trigesimus annus assignatur cuilibet tribuli ut in electionibus jure suffragii tum activi tum passivi gaudere possit, cum tamen nullum tale sit nisi de electionibus quadrum viri. postea requisivit vir clarissimus M. Bourrei Licentiatus theologus antiquus Ven. nationis procurator, ut summa mille librarum ab universitate concessa venerandæ nationi deponeretur apud fidelissimum nationis quæstorem donec constiterit an illa summa totius sit nationis regentium simul et baccalaureorum, an ad solos regentes pertineat quibus rebus in deliberationem missis, propter temporis angustias Censuit Ven. natio

supersedendum esse, interim nominandos esse quatuor deputatos duos e baccalaureorum numero, duos pariter inter regentes qui propositis de capitibus certiores facti ad ven. nationem referrent, et nominavit e baccalaureis M.M. bouraine et bourrei, et e regentium numero M.M. Laval et basselin et ita a me procuratore conclusum est Le Grand
Vadelorge

Pantin censor

In comitiis venerandæ nationis extra ordinem apud Sarcurianos habitis die Martii 16° ann. 1723 hora sesquiundecima actum est de gratiis Deo immortali referendis quod Lud. XV. francorum regi multoties votam incolumitatem parem que capescendo regimini immortalitatem sit elargitus. quo circa conspirantibus omnium tribulium votis constitutum est solemne sacrum die jovis subsequenti celebrandum cum hymno Tedeum et invitandos omnes tribules procuratoris mandato. postea M. bourrei retulit de commissâ sibi re conclusionem die 1° februar. anni superioris latam spectante, quo audito, reque in deliberationem missâ censuit ven. natio emendandam esse prædictam conclusionem ipsi que addendam esse illam vocam in electionibus quadrumviri quæ non malo forte animo, sed vitio aut manus aut memoriæ omissa fuerat, ut pateat mentem non esse venerandæ nationis ab aliis electionibus arcendi tribules qui trigesimum annum nundum attigerint; quos ab electionibus quadrumviri non arcet nisi propter reverentiam senatus consulto exibendam et ita a me procuratore conclusum est Le Grand
Vadelorge

Pantin censor.

Die ~~martis~~ Lunæ 22° Martii ann. dñi 1723 habita sunt ordinaria apud Sarcurianos comitia in quibus postquam de commisso mihi procuratoris munere gratias egi venerandæ nationi quantum potui amplissimas, rata et grata habita sunt a me toto anno gesta, deinde conspirantibus omnium omnino tribulium votis in procuratorem electus est clarissimus vir magister barençon emeritus in Lexovco professor et venerandæ nationis

quaestor, qui, ubi consuetum praestitit sacramentum, rogatus est ut quem vellet inter tribules designaret qui suo nomine quaestoris munere usque ad 28. Junii diem fungeretur, designatus est ad id munus clarissimus vir M. Courteille. De munere autem quadrumviri Dixi procurator jus esse procuratoris recedentis nunquam interrupta consuetudine confirmatum eo fungi munere Eo tamen jure me ultro cessurum hac vice si ita nationi videatur hac lege ut qua optarim electione toto anno habenda idem munus mihi concedatur, qua de re facta deliberatione in quadrumvirum electus est clarissimus vir M. dagoumer harcurianus provisor, mihique procuratori concessum quadrumviri munus qua die primum supplicarem, sicque a me procuratore conclusum est Le Grand

Pantin censor

Vadelonge

Acta venerandæ Nationis.

Procuratore M.° Roberto Barençon Ebroico, Professore in 3.ª collegij Lexovij Scholâ —

a die 22.ª martij, an. 1723. ad 24.am martij, an. 1724.

Die martij 22.ª comitiis anticipatis, propter 24.am quæ erat Mercurij, ma officio sanctæ hebdomadis impediendam, Ego, Venerandæ nationis in me liberalis. beneficio, Procurator sum factus, et Magister Guillelmus Dagoumer quatuorvir. Deinde apud Mathurinenses V. natio, referente me, rata et grata habuit gesta ab amplis.mo Rectore Mag.° Gibert, salvo tamen jure appellandi de sententiâ latâ die febr. 17. de præsentiâ Syndici, Deputatis deliberantibus: quo addito, V. natio nihil detractum voluit reverentiæ Rectori debitæ, cùm propter ipsius Amplitudinem, tum propter omnia prudenter abeo fortiterque suscepta, confectaque feliciter. Eidem provvgati sunt fasces Rectorij. Barencon

Die 24.ª martij, comitiis extra ordinem in aulâ harcurianâ habitis super scripto quodam vadimoniali misso à facultate jurium ad impediendam solutionem mille librarū annuæ pensionis è reditibus generalibus universitatis, cujus pensionis percipiendæ jus par cum cæteris et facultatib. et nationib. habet V. natio, latis sententiis nominatus est vir diligentissimus magister L'Ermitte, nunciatarum quæstor, qui cum quibus opus esset, ageret ad removendum impedimentū a jurium facultate illatum. atq; ita a me conclusum est. Barencon

Item dicti impedimenti removendi causâ jam injecti à jurium facultate et ab aliis quibusdam ordinib. fortè injiciendi, V. nationi visum est ut unà cum salubérrimâ facultate et honorandâ natione fieret intercessio, quominùs et illi gauderent pensionibus, qui alios iis frui æquum non censerent. atq; ita à me conclusum est Die aprilis 3.ª post ordinaria sacra. Barencon

Die aprilis 13.ª comitiis pro distribuendâ trimestri ex Nunciatibus pensione habitis, quanquam gratuitâ non minùs voluntate quam conditione Id quæstoris munus accepit Magister L'Ermitte, tamen venerandi Gymnasiarcha ac professores, memores quàm gravis ille sit pecuniæ recipiendæ ac distribuendæ labor, et illiberale futurum rati, si nihil dicto quæstori gratiæ referrent nomine doni ac muneris illi offerendi, trecentas libras impendendas esse censuerunt atque ita a me conclusum est Barencon

Die maij 8.ª audito æquissimo Censore, admissus est in gremiū V. Nationis M.er Romanus Viel à M.e Roy Gymnasiarcha in Montacutio designatus ad alteram Philæ cathedram. Eâdem die post ordinaria sacra, cùm ea retulissem quæ ultimis apud Amp. Rectorem comitiis proposita essent à Syndico, ut per libellum supplicem peteretur a Supremo Senatu, Tribunali Deputatorum vis major, et illi assendi essent tres Decani superiorū facultatum dixissemq; me postulatis Syndici cum tribus aliarū nationū procuratorib. obstitisse, metus est V. nationi injectus graviores justas, ne sub specie coercendarū contentionū, jura nationum in periculum venirent, neve aliæ nationes quæ aliis institutis uterentur, sua jura defendendo, nostra labefactarent, Itaque repudiatis iis quæ me procuratore est V. natione inconsultis, jam acta essem nomine quatuor nationū, censuit sua sibi jura privatim esse defendenda, et mandavit vigilantis.mo et sagacissimo viro M.° Dagoumer instrumentum interventionis conscribendum, quod tamen in comitiis priùs lectum expenderetur. atq; ita a me conclusum est

Barencon

Die maij 13.ª comitiis extra ordinem per me convocatis, et in sacello harcuriano habitis, lectum est, expensumque diligenter instrumentum interventionis quod componendum v. natio die 8.ª maij demandaverat mag.r Dagonmer, ad vindicanda tuendaque jura praelata artium facultatis, contra Syndicum et astipulantes ille Decanos aliarū facultatum. Et illud instrumentum postquam quod satis erat, cognitum et disputatum fuit, censuere omnes Tribules ut eo tenore cujus exemplum hic perscriptum est, per Procuratorem in curiā Parlamenti ..... fournier, judicibus offerretur: aty; ita à me conclusum est.

Barentin

A nos Seigneurs de Parlement. Supplient humblemt les Proc.r Doyen, et Suppos delles Naon de Norm.die disant q.ls ont apris q.l y a instance entre le S.r Pourchot Sindic de l'Univ.te, et les trois Naons de France, de Picardie et d'allemagne a l'occaon de certains mouvemens et contestaons entre le Tribunal de l'Univ.te d'une part et la Naon de France d'autre part. Les Suppliants ont un véritable intérêt dans cette aff.re et pour en obtenir un jugemt a l'avantage de l'Univte, de celui dela faculté des arts, et de chaq; Naon en particulier, ils établissent certains principes incontestables, et neces.res p.r bien entendre le droit des Parties. La faculté des arts a son Tribunal, et ce Trib.al est le plus ancien dans l'Un.te de Paris. Cette faculté a p.r Son chef, p.r Sindic, p.r Greffier, p.r registres, le Recteur, le Sindic, le Greffier, et les Regens de l'Un.te Et au lieu que les trois autres facultes ne peuvent expedier leurs lres, q; sous cette formule, Nos decanus et facultas, celles de la fac.te des arts coencent en ces termes. Nos Rector et universitas. Le Trib.al de la fac.te des arts est ou de toute la fac.te dans ses assemblées Générales, ou des Députés choisis de chacune des Naons, lesquels sont assemblés par le Recr. chez lui, le Sindic et la Greffier appellés et qui agissent suivant les pouvoirs q.ls ont receu de leurs Naons. Dans le 1.er cas il n'y a que Six assemblées generales qui soient ordonnées par les Statuts dela fac.te des arts. La 1.ere la veille de S. Simon S. Jude p.r la creaon des 4. Censeurs de cette fac.te nommés de chaq; Naon, et qui prêtent Serment au Rect.r Seul coe au chef de cette fac.te La 2.e le 17. Aout p.r autoriser les Examinat.rs presentés par les deux Chanceliers p.r l'examen de licence dans lad. fac.te, et ces Examinat.rs ne prestent pareillemt Serm.t qu'au Rect.r Les 4. autres se font p.r la confirmaon ou elecion du Rect.r l'on y recoit differ.tes Suppliques des M.es et des Etudians, et l'on y confirme les Electeurs qui prêtent le serm.t entre les mains du Rect.r Rien n'empesche d'augmenter le nombre de ces assemblées, coe on augmenta dans chaq; autre fac.te et dans chaq; naon les assemblées Suivant l'exig.te des cas. Mais cela ne se pratique plus quoiq; le Recteur aie autant de pouvoir de le f.re, q; chaq; Doyen en a p.r assembler extraord.t sa fac.te et chaq; Proc.r sa Naon. Dans le second cas on ne nomme plus coe autrefois des Députés permanents de chaq; naon p.r veiller a la discipline et a l'entretien dela Profession. Par une erreur funeste chaq; Cens.r ne se croit Cons.r q; de ce qui se passe dans sa naon quoiq.l le soit de tout ce qui se passe dans la fac.te et qu'en cette qualité il aie prêté Serm.t au Rect.r, non au Procur.r des Naons De le defaut d'assemblées gen.les dela fac.te des arts ou a ses deputés, souvent les Rect.rs et les Sindics officiers communs ce du Trib.al de l'Univ.te et du Trib.al dela fac.te des arts, ont admis par erreur ou a dessein au 1.er Trib.al des reqtes et des aff.res qui n'appartenoient qu'au second. Mais ce qui a donné aveinte a la fac.te des arts, c'est q; des particuliers des Naons ont enregistré et enregistrent tous les jours de dresser eux mêes certaines conclusons, dolles f.re pnter dans cert.nes circonst.ces favorables a leurs dessein et dolles f.re approuver par leurs Naons dans des assblées qui ont au moins ce défaut de n'avoir point été convoquées p.r f.re des reglemt Ils ont sous le nom de ces Naons pnté ce present des reqtes a la Cour et surpris sur icelles des arrets d'omologaon sans agiter les autes Naons ni les parties interessées. C'est notoirement par cette voye q; contre l'autorité de tous les temps trois ou 4. de ces Particuliers firent rendre en 1713. dans les Naons de Fr.ce, Pic.die et al.nes trois conclusons portant q; quand une de ces Naons aura statué et résolu quelqu'article concernant ou l'élection de ses offic.rs, ou l'exercice de sa juris.on oeconomiq; nul ne pourra se pourvoir devant les 3. autes Naons, et qu'elles n'en pourront connoitre. La Naon de Norm.die toujrs attachée a la tradion de ses Peres se doa bien de garde de f.re une pareille conclusion, et elle eut raison de se conduire coe auparavant. Ce sont en effet ces 3. conclusons qui sont le principe des troubles presens, qui agitent si vivemt les 3. naons. Ces Partic.rs les firent omologuer sans apeller les Suppliants ni mêe le Rect.r qui en cette qlité, coe on l'a dit, a celle detre le chef dela fac.te des arts, et est aussi interessé a conserver les droits du Trib.al de cette fac.te, q; le S.r Lieut.t Civil chef et du Parc civil et dela Ch. Civile seroit interessé a s'opposer a l'extinction de cette derniere. Voicy ce qui doa lieu a ces 3. conclusons des 3. Naons. Le S.r Coffin Opal du coll. de Beauvais refusé en 1712 p.r l'Intrance par la Naon de Fr.ce sous prexte du réglemt porté par l'arrêt de 1670 dont on a fait renouveller l'execution et qui cependt ne s'exécute point dans cette Naon se pourvut suivt l'usage de tt les tems devt les 3. autes Naons dela mêe maniere qu'actuellemt un Supiat dans la mêe N. de Fr.ce jugé par une Tribu, s'il veut se pourvoir, doit premierem.t se pourvoir devt les 4. autes Tribus, p.r en etre jugé. Le S.r Coffin fut jugé par jugemt dela fac.te des arts, ou des 3. naons auxq.les il avoit apellé du jugemt de la Naon, fut nommé Intrant. Ce fut p.r la 1.ere fois q; ces particuliers eurent l'adresse de f.re regarder coe un desordre la nominaon d'un Intrant ordonnée par le jugemt de 3. Naons; et ce fut p.r remedier a ce prétendu desordre q.ls entreprirent de changer la face dela fac.te des arts. En effet si ces 3. conclusons subsistent, il n'y a plus de fac.te des arts. Il n'y a q; 4. Naons si desunies entr'elles qu'elles ne feront plus une fac.te par consq.t les Réglemt et Statuts de la fac.te des arts deviennent inutiles, et il n'y a plus q; les Statuts de chaq; Naon. Les inconveniens qui resultent d'une pareille disposon sont sans nombre et d'une conseq.te dangereuse. Supposons par Ex. q; quelqu'Intrant soit nommé par une Naon contre la teneur des réglemts Si les 3 autes Naons ne peuvent juger de cette nominaon, qui est ce qui dans ce cas y remédiera. Et s'il arrivoit, coe cela se peut, qu'une autre Naon en ce cas fut d'opinion a son intrant d'entrer avec celui auquel on auroit fait injustice, voila un Schisme, une double élection, qui desideroit la question. On évitera ces inconveniens si on distingue les droits communs a toute l'univte et les droits propres a chaq; fac.te qui lui appartiennent incommutablemt et privativemt a toute autre, coe par ex. les élections des intrans, des Cens.rs, la forme des examens &c. sont appartiennt a la fac.te des arts privativemt a toute autre. Tout ce qui concerne ces droits propres, doit être porté, coe il l'a toujrs été a cette fac.te, et ce qui est des droits comms et dependt des réglemts generaux, doit être porté a toute l'univte, en quelq; fac.te que la contravention puisse arriver. Si les particuliers qui ont introduit ces nouveautés dont on voit les tristes effets, avoient ouvert les livres des Proc.rs qui sont remis entre leurs mains p.r régler leurs conduites, ils les auroient vûs divisés en 3. parties. la 1.ere contient ce qui appartient a l'univ.te en gnal, ses droits, ses privileges, ses conservat.rs, officiers, Bedeaux, Libraires, parcheminiers, papetiers, Enlumin.rs, Ecrivains &c. leurs sermens, et obligaons. La 2.e ce qui appartient a la fac.te des arts. la 3.e ce qui appart.t a chaq; Naon particuliere a qui est le livre. Les vignettes qui sont a la tete de ces 3. parties au moins dans le livre dela Naon de Norm.die leur apprendroient q; toutes les contraventions contre le contenu en la 1.ere partie, doivent être portées au Trib.al de l'univ.te

Roy henry le grand a ajouté par l'article 20 de l'Appendix des Statuts le droit de connoitre de tous les différens mûs entre les Srs pédagogues et Bourciers des colléges prs affres Scholastiques. Mais les contraventions contre le contenu dans la 3e partie et contre les Statuts ou usages non abolis du rapport de la fac.te des arts. Pareillemt celles contre le contenu dans la 3e partie et contre les Statuts ou usages bien établis de chaq; Nāon, sont du ressort en 1ere instance de chaq; nāon et par appel au Trib.al de l'univ.te Si la contrav.on s'oppose les réglemts gnaux de l'univ.te, par apel au contraire a la fac.te des arts, si cette contrav.on est contre un bien et un droit qui lui appartienne privativemt aux aūes fac.tes de la mēe maniere que dans les 3. fac.tés de théologie droit et Medecine. la connoissance des contrav.ons de leurs Supots leur appartient en 1ere inst.ce et doit être portée au partem.t dans passe par le Trib.al de l'univ.te Si cette contrav.on est contre un bien de l'une de ces fac.tés qui lui appartienne privativemt aux autres facultés. au contraire si la contrav.on est contre le bien gral, les réglements graux et les privileges de l'univ.te elle doit être portée mēe a la req.te du Sindic de l'univ.te au Trib.al de l'univ.te et de la par apel au partem.t

Ces maximes établies, les Suplians se contenteront de fre connoitre que les 3. conclūons de 1713. des Nāons de France Picardie et alm.gne ont été la source du différent qui est entre la Nāon de france et le Sr Pourchot, pareq; ceux de france ont voulu se gouverner cōe ils auroient peut être pu fre avant les 3. conclūons. Cette Nāon avoit raison de se plaindre de ceq; le Trib.al de l'univ.te avoit retenu la cause de son décanat de la Tribu de Tours en supposant mēe q; cette Tribu auroit déja porté son jugemt. Puisqu'au desir de ses Statuts celui qui veut apeler du jugemt d'une Tribu doit apeler premiemt au jugemt des 4. aūes Tribus, et la conduite de cette Nāon auroit été régulière. Si elle avoit porté en la cour sa plainte contre la retention de cette cause. Mais elle n'avoit point de raison après avoir jugé le Sr Guérin prétendt au Soudécanat de la Tribu de Tours, et après lui avoir infligé des peines, de trouver mauvais q; ce Supôt apelât de ses conclūons au Trib.al del'univ.te dans l'état present où ce Supôt étoit réduit par la conclūon de 1713. En effet le jugemt de la N. de france n'est point Souverain. le Sr Guérin se croiant mal jugé pouvoit se pourvoir en quelq; Trib.al Or l'arrêt de 1688. lui défendoit de se pourvoir au Châtelet. Il ne pouvoit non plus en apeler aux 3. aūes Nations, attendu q; celle de france par sa conclūon de 1713. homologuée par arrêt Sur req.te a dépouillé par provision et ses Supots du pouvoir d'y apeler, et le Recteur du pouvoir d'en y recevoir. Il ne pouvoit enfin aller directemt au parlemt. Il falloit donc qu'il s'adressât au Trib.al de l'univ.te et que le Recteur l'y dût recevoir, cōe s'il n'y avoit plus de chambre civile, le Sr Lieut.t civil recevroit par provision les Complaignants au Parc civil. Il est sans doute douloureux p.r la fac.te des arts que la connoissance de pareilles causes lui soit ôtée et que son Trib.al soit aboli. Le Recteur lui mēe s'en est plaint dans l'assemblée du 22.e Mars dernier. La Nāon de france doit s'attribuer a elle mēe la dure necessité où elle a réduit le Recteur a recevoir la plainte du Sr Guerin au Trib.al de l'univ.te et non a celui de la fac.te des arts. car c'on parla conclūon de 1713. portée contre le Suffrage du Sr Gibert et des Supots les plus judicieux de cette Nāon qu'il s'est trouvé forcé de recevoir la req.te du Sr Guérin au Trib.al de l'univ.te Les conclūons des Nāons de fr.ce Pic.die et alm.gne ne doivent point préjudicier ny aux droits de la fac.te des arts, ny a la Nāon de Normdie qui a toujours fait des remontrances contre les dites conclūons de 1713. d'autant plus qu'elles ont été omologuées sans qu'elle ait été appellée, sans mēe y avoir appellé le Recteur partye necessre attendu sa qualité de chef de la fac.te des arts et présidt des assemblées de cette faculté. Ce Considéré Nosseigrs il vous plaise recevoir les Supliants parties intervenantes dans la contestation pendante en la cour entre les 3. Nāons de france Picardie et alm.gne et le Sr Pourchot Sindic de l'univ.te et de la fac.te des arts, leur donner acte de ceque p.r moiens d'intervention ils emploient le contenu en la presente req.te, et y faisant droit, les recevoir opposants a l'arrest du 31. may opposants pareillemt aux arrests Sur req.tes des treize decembre 1713. portants omologation des conclūons Scavoir celle de france du 27. octobre celle de Picardie du 31. octobre, et celle d'allemagne du neuf novembre 1713. faisant droit Sur l'opposition déclarer tant lesdits arrests que les conclūons nulles, faire défenses aux dits trois Nāons de faire aucunes conclusions portant réglemens que dans des assemblées indiquées pour raison de ce, et que les dites conclūons seront communiquées a toutes les Nāons avant que d'être presentées a la cour pour y être omologuées, ordonner que faute de les communiquer, l'arrest d'omologation qui seroit surpris seroit de nul effet et vertu, ordonner audt Pourchot Sindic et de l'univ.te et de la fac.te des arts de tenir la main a ceque les causes de contraven.on des Supots de l'univ.te contre les réglemts graux privileges et le bien commun de lad.e univ.te même jugées ou par quelque faculté ou par quelque Nāon soient portées au Trib.al de l'univ.te, que les différens mûs entre les Ppaux pédagogues et Bourciers prs affaires scholastiques soient jugées par led.s Trib.al et que les causes des contraven.ons des Supots des Nāons contre les droits propres a la faculté des arts et contre sa discipline, seront jugées en premiere instance par la nation du Suppost accusé, et seront renvoiées par apel au Tribunal de la fac.te des arts, confirmer en tant que besoin est ou seroit le Sr Recteur en sa qualité de chef de la faculté des arts, et en lad.e qualité le maintenir dans le droit de convoquer extraordinairemt lad.e fac.te de l'avis des Procureurs et des Cens.rs qui seront tenus de se rendre chez lui, comme aussi le Sindic, lors qu'ils seront convoqués par led.s Recteur p.r les affaires de lad.e faculté, comme s'y rendent les Procur.rs et Sindic lorsqu'ils sont convoqués p.r les affres de l'univ.te, faire défenses au Procureur d'une Nāon de convoquer des assemblées autres que celles de la Nāon et des députés d'icelle et d'appeller aux dites assemblées ceux des aūes Nations, et au cas qu'une Nation ou plus.rs, un Procureur ou plusieurs jugeassent q.e il seroit a propos d'assembler la fac.te des arts, ou les députés des Nations, ordonner a eux de se retirer par devers le Recteur, lui demander de convoquer lad.e assemblée, que le Sr Recteur sera tenu de convoquer s'il en est requis par deux Nāons au moins, ou deux Procureurs et deux Censeurs, condamner les contestans aux dépens et vous ferez bien. le 11.e juin 1723.

Barentin

Die Junij 23. post sacra in Justitiano peracta quatuorvir electus est mag. Guillelmus L'Ermite Prof.r harcurianus qui apud Mathurin.ses cum Magro Denyse pro Natione Gallicâ, et in . . . . . pro Germanicâ quatuorviris, optimi cujusq; vota implevit prorogando fasces rectorios amplissimo viro Magro Balthasari Giberi de re academicâ sexcentis locis, et maximis laboribus egregiè promerito. Barencon

Amplis. Rector

Die ipsâ supplicationum, quæ comitia hoc Junij antecessit, antequàm procederetur ad eam Deo sacram sub invocatione S. Martini in Campis ut aiunt, questus est de insolentiâ libellorū ad se per accendū Castelleti delatorum à turbulentis hominibus, quorum etiam partim consiliis partim comminationib.9 permoti Gallia, Picardia, et Germania procuratores cùm deliberarent de literis commendatitiis illi dengandis, Ego ab iis deliberantib. abscessi, et postquàm Procurator hon.e nationis, quod erat inter ipsos hoc animo deliberatum, retulit Ego surrexi, et cum venia Rectoris ampl., Decanorū Sapientiæ, et procerum Academicorū, dixi ven. Nationem minimè accedere ad eam quam esse Preclare facultatis sententiam, relatum fuerat, imò rata et grata habere quæcunq; ampl. Rector illo trimestri spatio gessisset; turbas, et quicquid turbulento instrumento testatum esset adversus debitam Rectoris dignitati reverentiam, detestari; deniq; quidquid in se opis esset, ad sustinendam amplitudinem rectoriam, pollicieri. quæ ame dicta, et ab optimo quoque Academicorū probata scripsit vniversitatis Scriba. Barencon

Diebus Augusti 7.a et 15.a cùm in comitiis retulissem de Regio Edicto, quo Schedulæ, ut aiunt, liquidatæ post calendas novembres caducæ, nullius q; valoris essent futuræ, nisi ante illum diem aut cum auro argentove Septies tanto ad Triumviros monetales deferrentur, aut converterentur in annuam pensionem vel quinquagesinariam in perpetuū, vel dimidio minorem, sed non ultra vitam certi cujusdam capitis duraturam Cumque ven.da Natioñi suis è redditibus obvenisset ejusmodi liquidata Schedula mille quadringentarum quinquaginta quinq; libellarum re missâ in deliberationem censuit ven.da nāo ex eâ schedulâ acquirendam esse pensionem tandiu a se percipiendam, quandiu viveret magister Robertus Basselin Phiæ Professor in Grassinæo. atque ita a me conclusum est Barencon

Die 4.a Septembris post ordin.ria comitia, audito æquissimo Censore, fuerunt admissi in gremiū ven.dæ Nationis Magistri . . . . . Raffard titulo Baccalaureatūs in Theologiâ, Et Joannes Jeanne designatus professor ad sextam Scholam in Grassinæo. Barencon

Die Junij 28. Quæstura mandata est magistro Jacobo Courteille professori emerito, viro in tali munere ut fidelissimo, sic diligentissimo et peritissimo. Electi qui probarent candidatos Baccalaureatūs artium, Magistri, Lud. Nicol. Durand Phiæ prof.r Emeritus in Cardinalitio Carolus Trigan Licentiatus Theol.9 Carolus David, et . . . . . De la Lande Baccalaurei Theologi. Item ~~Electi~~ qui rationes quæsturæ a me gestæ expungerent præside M.o Hobey Exprocuratore, Electi Magistri Guillelmus Dagoumer antiquus Rector et Alexander Du Buisson Licentiatus Theol.9 et professor in Lexovio, Martinus Duménil licentiatus in utroq; jure, et Germanus Josset professor in harcurio. Barencon

Die octob. 10. post ordinaria Sacra a M.o Roannæo institula electus est Mag. Gaspar Poitevin qui cum aliis collegis tribus quatuorviris unâ voce et Sententia Suffragantibus elegit in Rectorem et renunciavit Magistrum Guill. Dagoumer Provisorem harcurianum ✠ cujus primi nominis majori præsidio nitetur res academica.

Barenton

Die octob. 23.ª festâ S. Romano laudationem ejus executus est Magister Germanus Josse Professor harcurianus. Pontifex fuit M. Le Vielorel Decanus.

Die 27. in comitiis censoriis apud Mathurinenses, placuit V.ræ Nationi conservem fieri M. michaelem Sanson in S.ª navarræa prof. emeritum virum insignis modestiæ, pietatis ac diligentiæ. Barenton

Die decembris 8.ª invitatus ab Oratore Pio pariter et facundissimo M.o carolo Trigan Licentiato Theologo M.r Joannes Jourdan doctor in sacrâ facultate sacra, fecit in solemnitate Conceptionis et S.issimæ virgini orationem dixit pulcherrimam. Barenton

Die decemb. . . . . comitantibus Deputatis Universitatis adiit Rect.r Amp.mum Serenis. ducem Borbonium eique versalias oratione dignâ forti Rectore est gratulatus, quòd exemplo Augusti Ducis Aureliani antèà Regentis administrationem Regni Suscipere princeps regius non dedignatus esset, ab eoque petivit ut sibi commendatam haberet Universitatem, cui orationi benignè respondit princeps Serenissimus. Barenton

Die decemb. 16.ª Post sacra ex instituto Mag. Roannæi in Justiniano peracta, electus est quatuorvir Mag. Joannes Courvillard de Laval qui eloquentiâ quam discipulis Marchianis tradit Specimen eximium edidit in renunciando prorogatos amplissimo Rectori M. Dagoumer fasces rectorios, cui literas commendatitias omnes ordines dedere, confirmatis magno consensu iij qua per trimestre Spatium gesserat. Barenton

Die Januarij 8.ª post comitia et Sacra ordinaria, placuit Ven.dæ Nationi decernere Sexagenas libellas annuas apparitoris majoris vices gerenti Gedeoni Lhoste, vicenas item annuas minoris vices gerenti Claudio Collet perinsiendas ex ærario V. Nationis quandiu Rector illi Successerit cujus gerebat vices, nec perinperet stipendia dari apparitorib. suis a Ven. Natione Solita. atq; ita ame conclusum. Barenton

Die Januar. 22.ª, an.o 1724. ante meridiem habitis extra ordinem comitiis in aulâ harcuriana, Ego Procurator legi Syngraphâ a Petro dela Cour die 23.ª junij datam an.o 1714. datam Serenissimo Augensium (d'Eu) Comiti, quâ dictus Dela Cour profitetur se sub certis conditionib. quæ nihil moræ jam injicium, cedere Seren.mo Principi, utroque comitatus Augensis nunciata in filium suum Matthæum ad vitam collato a ven. Natione, per instrumentum coram Vatry et collegâ Notariis factum die 15.ª junij, an.o 1714. eodem Petro Dela Cour Stipulante pro filio. Legi et instrumentum cum illâ Syngraphâ conjunctum factumq; die decimâ hujus mensis, et hocce an.o, quo instrumto dictus Comes Sereni.mus transfert in Jacobum Gerard jus sibi per illâ cessionem acquisitum, ut eo per vitam dicti Matthæi Dela Cour fruatur secundum conditiones dictâ Syngraphâ Petri Dela Cour expressas et secundum pacta conventa inter eundem Dela Cour Stipulantem pro filio, et nationem ven.dam. Re missâ in deliberationem,

Veneranda Natio censuit ad utramq; nunciatum Augensem recipiendum esse dictum Jacobum Gerard qui cum gerat per vitam Matthæi DelaCourt, ita tamen ut quidquid ex pactis conventis dictâ die 15.ª junij, an.º mill.mo septing.mo decimo quarto Stipulans pro filio Pater Dela Court cessavit prestare, ipse Gerard prestet, ut conditiones exsequatur Supradictâ Syngraphâ expressas, ut afferat quotannis ad quæstorem Nunciatum, testimonium quo vivere constet Matthæum Dela Court, his demum conditionibus instrumentum quo opus est, eâ de re cum dicto Jacobo Gerard, esse coram Notariis faciendum. cujus negotij curam Magister Ermette nunciatum quæstori mecum agendam demandavit atque ita concluſi Procurator Barencon

Die 1.ª februar. Versalias cum Deputatis adjunctisq; profectus Amp. Rector Regi primùm oratione dictâ piâ et elegante cereum obtulit: deinde Seren.mo Duci Aurelianensium, apud quem Summâ facundiâ perorando de laudibus Augusti Regentis, acceptorū ab eo beneficiorū memorem se videri percupientis academiæ nostræ vota implevit, et responsum accepit a Principe, gratissimū, Tum Ducum Borbonii eodem cerei et orationis officio prosecutus est Denig; et Sigillorum custodem, cujus famam atque munus id postulare validis argumentis attendit, ut esset Principis Universitatis defensor—

Barencon

Die feb..... De Mandato Regis per Antistitem rituum Majorem allato, amplis. Rector cum Deputatis et Adjunctis interfuit Exsequiis Augusti Regentis Philippi Aurel. Duris erga nostram Academiam aquissimi in Sandionysiacâ ade celebratis. Sedit ipse Rector, ubi abbas Solet; ab illo Deputati; ab his Senatus Parisiensis; a Senatu, proximi altare versus Regij principes.

Die Martij 25. Peractis sacris quæ Magistri Roannæi pietate fuerunt in illam diem instituta. Item vespertino de Annunciatione B. virginis celebrato officio, gratia acta à nobis fuerunt Venerandæ Nationi, cujus erga me liberalitatis memoria refidebit in animo meo sempiterna. Electus est Procurator May. Martinus Dumesnil in utroq; jure licentiatus antiquus Eloquentiæ Professor in Navarrâ, vir arte Suâ et Pietate in laudandis Nationis Ven.da Patronis egregiè meritus de ipsâ, et imposterū Suâ prudentiâ meriturus. Electus quatuorvir Magister Ludovicus Bourey licentiatus Theologus ~~Solertia cujus~~ antiquus Procurator, Solertia cujus ac diligentia quantum debeat Ven. Natio argumento sunt quæ et ipse retulit in hos commentarios, et aliis ut referrent, autor fuit. quare uterque gratissimus Supplex et accessit, et acceptus est. Barencon

acta Venerandæ Nationis

Procuratore magistro martino Dumesnil Rothomageo Consultissimæ facultatis Bacchalaureo a die 24ª martii, ann. 1724. ——

Die vigesima quarta martii habita est circa horam decimam apud mathurinenses congregatio generalis præclaræ facultatis artium in qua natio Veneranda per me procuratorem in locum prudentissimi et omni laude dignissimi viri magistri Barençon unanimi consensu et singulari benevolentia recens suffectum valde probavit quacumque amplissimus rector in suo trimestri magistratu gesserat, gratias habuit immortales pro susceptis in publica commoda laboribus arduis et electum mane quatuorvirum lubenter confirmavit magistrum Ludovicum Bourcy licentiatum theologum qui remuneranti et gratulatoriam orationem diserte ac solerter proferente prorogata est dignitas rectoria clarissimo viro magistro guillelmo Dagoumer proviseri harcuriano et universis ædilibus longè acceptissimo ——

M. Dumesnil —

Die undecimo aprilis amplissimus rector cum deputatis et adjunctis ob demortuam Victoris Amedei Sabaudiæ ducis matrem eandemque Ludovici decimi quinti nunc imperantis provaricam Versalias se contulit et breui ut decebat sed in rem valde accommoda orationem regem est consolatus.

M. Dumesnil —

Die decimo tertio maji oblatum est pretium redemptionis nostræ in sacello harcuriano pro sanctissima anima Reverendi in christo patris D.D de Langlet Episcopi Boromensis qui quidem illustrissimo contribule multum se lætatur natio Venerandæ

M Dumesnil.

Die 15° ejusdem mensis magister de Laual celeberrimus — in marchiano Rector totius universitatis Parisiensis nomine Philippum Aurelianensium ducem de ipsa præclarè meritum —

funebri elogio quod quidem viri omnium ordinum spectatissimi attentis auribus et magno plausu exceperunt, feliciter diserte ac splendide in exterioribus Sorbonæ Scholis prosecutus est

M. Dumesnil.

Die . . . mensis ni faller Iunii vel Iulii in Comitiis ordinariis audito æquissimo censore admissus est in gremium Venerandæ nationis magister Ioannes Carolus guiot du Mazette Sagiensis

M. Dumesnil.

Die 23ª Iunii profusis ad deum optimum precibus in Iustiniano pro anima vere christiana magistri Ioannis de Rouen electus est quatuorvir magister Vallée celeberrimus in harcurio eloquentiæ professor pietate non minus quam doctrina commendabilis qui deinde apud mathurinenses una cum aliis quatuorviris amplissimo rectori magistro guillelmo Dagoumer prorogatos fasces rectorios vere magis quam adulatorie gratulatus est et mirum artis suæ specimen seu primitias viro laudis non-admodum patienti et tamen merenti plurimum egregia oratione laudabiliter consecravit M. Dumesnil —

factæ fuerant antea supplicationes ad ædem deo sacram sub invocatione Sancti Iacobi in collegio fratrum prædicatorum quos summis ut par erat laudibus antequam procederetur, amplissimus rector laudatus et ipse ob multa præclare gesta tum a nobis tum a viro e dominicana familia selectissimo extulerat.

M. Dumesnil —

Die Iunii 28 prorogata est ultro quæsturæ provincia et cura magistro Iacobo Courteille professori emerito cui palam hoc testimonium perhibuimus quod nemini suo in procurandis et administrandis rebus nostris studio vigilantia et incorrupta fide concederet. deinde Electi quatuor magistri scilicet doctissimus vir magister Vallée Rethor harcurianus cum magistris Dagoumer, le febure . . . . . non inferiora sequentibus qui nec plus nimio severi, nec indulgentiores, candidatos primum examen subituros diligenter probarent item qui rationes fidelissimi quæstoris sedulo nobis cum perpenderent debito cum honore appellavimus magistros de Laval, Poitevin, Barençon viros procuratorios et

magistrum Dagoumer baccalaureum theologum vel solo nomine gratum commendatumque

M. Dumesnil —

Die primo Julii habita sunt ordinaria Venerandæ Nationis comitia in sacello harcuriano ubi post peractum de more sacrificium ego procurator ita sum præfatus. diligentem nudius tertius cum deputatis vestris operam adhibuimus in expendendo rationum libello in quibus nemo requirat solertiam et probitatem fidelissimi quæstoris, proindeque merces iam pridem a majoribus constituta non videtur æquare viri laborem et meritum; idem de censore æquissimo cui centum asses duntaxat assignantur veré dixerimus sed de hoc alias interim consolabor ego vos super luctuosis quæ identidem contigerunt auri argentique signati imminutionibus quarum ingluvie licet non parum detritæ sint opes nostræ tamen e communi naufragio salvæ et incolumes evaserunt plusquam decies centum libræ quas penes quæstorem reliquimus. his auditis Venerandi contribules gratias — fidelissimo quæstori amplissimas retulerunt de ampliandæ vero quæstoris ejusdem et censoris mercede siluerunt — nec ego silentium improbavi rem in aliud tempus rejiciendam arbitratus

M. Dumesnil —

in iisdem comitiis dixi animadvertisse me paucissimos adesse contribules quibusdam comitiis ad quæ frequentes — convenire deceret et ea nominatim designavi comitia in quibus eliguntur quatuorviri, item ubi convenitur ad eligendos examinatores pro baccalaureatu et magisterio artium aut censorem, pariter cum dicuntur tres missæ cæteris quodammodo solemniores quarum una apud mathurinenses pro charissimis — sodalibus fato functis, aliæ duæ apud fratres prædicatores celebrantur quibus addenda quam religiose instituerunt amantissimi professores in diem Beatæ virginis Præsentationi sacram. supradicto autem incommodo præsens afferri posse remedium et celebriora effici illa comitia si duplicaretur honoraria ut vocant retributio sive sportula, id nempe majestatem gloriam et utilitatem Venerandæ nationis postulare, nec indo communem censum qui nunc sat bene habet fore multo breviorem, cum præterea nullus ~~sit~~ argento color, nisi temperato usu splendeat et melius sit

Conversi in privatos usus quam injuriae temporum et temeritati fortunae permitti infructuosè. re in deliberationem missa sapientissimus Decanus et Venerandi Contribules Censuerunt duplicandam esse sportulam in iis occasionibus quas modo memoravi ita ut haberetur ratio praesentium duntaxat et pro diligentia cujusque fieret distributio atque ita procurator Conclusi —

M. Dumesnil —

Die 5° Julii amplissimus rector decani et procuratores cum syndico et scriba Universitatis in aula Dormanō-bellovaca adfuimus inde processuri ad collegium sancti michaelis quod quidem lustravimus accurate, omnia perscrutati quae ad rem tum scholarem tum familiarem pertinerent qua super quaedam partim emendavimus partim emendanda quantum fieri potuit curavimus et praecepimus.

M. Dumesnil.

Die Julii 22° amp. rector cum deputatis in sacello Collegii Remensis paulisper demoratus Consedit tum magister Lhermite vir in lingua tum graeca tum latina versatissimus, proindeque docendi maximè peritus in harcuris professor pro munere Librarii Jurati supplicavit, quod quidem officium non sine laude ac Laeto successu exercendum ipsi lubenter Concessimus. quo facto processimus collegium hubantinum vulgo dictum de Ave maria lustraturi ubi Rector reverenter et honorifice exceptus primario alioquin ingenioso et industrio necnon alumnis tenerioribus saluberrima dedit Consilia, monuitque ne inconsulto tribunali academico quidquam gravioris momenti moliretur M. Dumesnil —

Die 5° Augusti sacris in sacello harcuriano peractis habita sunt ordinaria Venerandae nationis Comitia in quibus post relectam et Confirmatam Conclusionem quae die 1° Julii emissa fuerat; dixi Venerandam Nationem mille libras a Celeberrimis professoribus ante aliquot annos cum onere quadraginta quinque libellarum

annui reditus fuisse mutuatam. nunc vero cum in loculis habeat natio veneranda unde aes istud contractum dissolvatur, fasque piumque esse matrem optimam ab hoc veluti tributo vindicari nec amplius filiis suis etiam charissimis esse vectigalem. re in deliberationem missa sauditae aequissimo censore et quaestore fidelissimo sapientissimus decanus et venerandi contribules inter quos professores erant pars longe maxima censuerunt restituendam esse quamprimum primariis et professoribus principalem summam, manere interea tanquam depositum penes quaestorem absque ullo deinceps fenore et emolumento atque ita procurator conclusi.

M. Dumesnil

eodem die pro regentia et scholis supplex accessit magister franciscus stephanus Theodoxius de Vignedal Rothomagaeus et gratiam quam petivit adeptus est unanimi consensu M. Dumesnil

die nono Augusti convocatos in collegium harcurianum primarios et professores rogavi quid fieri vellent de summa mille librarum quam ipsis reddendam in ultimis comitiis unanimi consensu statueramus, re in deliberationem missa placuit mox numerandam a fidelissimo quaestore pecuniam per singulos primarios et professores tam emeritos quam actu regentes aequatis partibus distribui quod fieri coeptum est coram notario cunctis probantibus, et nihil tunc temporis factu opportunius existimantibus sicque a me procuratore quasdam levioris momenti difficultates cum aequis et oculatis sodalibus pariter superante conclusum

M. Dumesnil

die 14 Augusti designatos pro magisterio artium examinatores a meritissimis procancellariis tum beatae mariae tum beatae genovefes Magistrum ludovicum nicolaum Durand in cardinalitio philosophiae professorem celeberrimum et magistrum Chantelou elegit et nominavit natio veneranda, qui quidem magister Chantelou quarto ordini praeest in collegio sorbonae plessaeo, et in rebus philosophicis non minus excellit quam in litteris humanioribus.

M. Dumesnil

die secundo septembris post oblatum in sacello hareuriano sacrificium in aulam ejusdem collegii theologicam concessimus ordinaria venerandæ nationis comitia habituri tum præmissa in rem proponendam oratiuncula et lecta conclusione primariorum et professorum ui cujus mille libellæ quas ipsis reddendas decreuerat natio veneranda+, nonnihil conquerendum existimaui apud amantissimos contribules saluâ quæ debetur rectoriæ reuerentia de clarissimo uiro magistro Dagoumer mihi dicam præter opinionem prope dixi præter ius et fas intentante, dein recitata palam uadimoniali cedula quam mihi die decimo octauo augusti significauerat intercessionem tutelam et præsidium uenerandæ nationis ad quam res ista potissimum pertineret confidenter imploraui, re in deliberationem missa venerandi contribules dixerunt se post induciarum tempus ubi conuentus erit numerosior, certam persequendæ seu potius componendæ litis rationem initures interim recipere in se totius litigationis euentum curam, impensas, omnia denique pericula sicque post emissam hanc conclusionem quam libenter amplexus sum pacifico animo recessimus

M. Dumesnil

Justa et modesta procuratoris apud venerandam nationem expostulatio super indicta lite

Si gloriari licet, confidenter gloriabor, et magis uere quam superbe dixero nihil a me tentatum, nihil perfectum absque uestro omnium consilio, summamque adhibitam cautionem ne cuiquam fieret injuria iustusque conquerendi locus relinqueretur. tamen uestrum istud consilium quod in superioribus comitiis exequendum notario non improbante securus existimaui non placet clarissimo uiro magistro Dagoumer prouisori hareuriano quo nunc rectore gaudet Academia parisiensis illustrissimo contribule natio veneranda. sciebam equidem, et plerique fortasse nouerant celeberrimum philosophiæ quondam professorem non idem omnino nobiscum sentire, sed tam uehementer doliturum, et tristes in iras aliquando erupturum fateor penitus ignorabam frustra causatus sum

+ per æquas portiones diuisæ sunt et sua cuique pars attributa

ignorantiam, oblitus maternæ in se pietatis et nostræ singularis observantiæ cedulam vadimonialem per Lictorium accensum præmonito quidem sed non credenti mihi significavit. enim vero quis credat hac ipsa hora qua me vir urbanus ac liberalis Comitem adhibet ad invisendos magistratus, ipso die quo me ad prandium invitat perhumaniter, Convivam insontem vocare in jus, minas intentare, ab hospitali mensa rapere invitum ad tribunal, quid epulis cum lite, quid blandis vocibus cum strepitu forensi? tamen ita res habet venerandi Contribules, me me unum impugnat tanquam Culpæ totius reum at si quod delictum sit vobiscum deliquisse non erubescam porro quamvis periculosa non sint amantium vulnera nihilominus strenuum bellatorem adversus gigantas pugnare assuetum pertimesco. si a vobis deserar, Certus est vincere, sin socias vires conjungatis forsan se vinci patietur; amat nos et amamus, amore certandum blanditiæ, preces, suspiria vultus ad mærorem Compositus, hæc sunt amoris arma, his utendum Censeo. vos, credo, miserebit mei tam formidabilem adversarium sustinentis, et eum vel si possem tantisper lædere nolentis. quanquam bella movet nullum aut parum decentem triumphum habitura, interim de auxilio mihi ferendo deque optima Componendi hujusce negotii ratione si placet deliberate; hanc levem querimoniam secuta est quam supra retuli Conclusio —

die 18 Augusti —

M. Dumesnil —

die 7a octobris frequentes in sacellum harcuriamem devenimus sacris adfuturi, et Comitia ordinaria habuimus, tum præmittendam hanc oratiunculam existimavi.

Dum plerique vacantibus scholis animum liberaliter et vice debita relaxarent, ego gravi molestia sum affectus et curis mordacibus exagitatus; terruit me subito non antea visus vultu tetrico, lurido horribili apparitor quem nostrates vocant Angelum, nec male. Nomen est ut scitis officii non naturæ, aut certe naturæ malignantis sed a quo venit nefandus ac tristis ille nuntius? nullus profecto —

suspicaretur, a sapientissimo magistro Dagoumer provisore harcuriano cui tantum amoris et reverentiae hactenus exhibueramus quique tam amanter ac blande nos vicissim exceperat. acerbiora sunt quae chara manus infligit vulnera, et hoc magis metuendus hostis quo blandior; sed cur me unum impugnet non video, cum nihil privato nomine, nihil propria utilitate tentaverim, aut perfecerim: ut ut est dolenti mihi vehementer non leve solatium suppeditarunt tum conscientia boni operis tum amantissimi qui hac in urbe remanserant contribules, ex conclusiones quas secutus sum nec secutum pudet non dubito quin eas vestro suffragio comprobetis dehinc facta lectione conclusionum ad eam rem pertinentium missi sunt e nostris duo prudentissimi viri qui rectorem amplissimum ab incepto dimoverent quibus respondit se in proximis comitiis certam consilii sui rationem expositurum interim hoc responso in bonam partem accepto sapientissimus Decanus et venerandi contribules genus omne subsidii, si quando opus sit, sollicitudinem, operam, sumptusque necessarios in se transtulerunt, seque mecum in eadem navi constanter fore promiserunt. atque ego summa cum gratiarum actione tam honorificam conclusionem gratam et ratam habui et alias pariter cum ipsis confirmandas conclusi.

M. Dumesnil

Die decima octobris post sacra in hanc diem a religioso viro magistro de Rouen+ in comitiis apud harcurianos haberi solitis electus est quatuorvir magister de Prefontaines professor in cardinalitio non ignobilis, mox confirmatus apud mathurinenses probatissimo viro magistro guillelmo Dagoumer cui litteras decreveramus commendatitias sane perhonorificas, renuntiavit prorogatos unanimi quadumvirum consensione fasces rectorios et debitum laudis vectigal brevis at concinnus orator persoluit

M. Dumesnil

+ instituta

Die octobris Conuenerunt in harcurium Conuocante me primarii et professores honorariam pro labore trimestri pensionem accepturi. hic desideraui mus magistrum Shermitte quaestorem prouenientis e nuntiatibus summae ab officio Eurati librarii iam gaudentem qui saltem creditum onus coram deponere et praeteritae administrationis rationem aliquam reddere nec sine laude dimitti debere uidebatur. quibusdam mirantibus nec satis aequo animo ferentibus surrexit magister le monnier et absentis uicem suppleturum se dixit ab amico scilicet rogatus. postquam numerata cuique pecunia num magistro Shermitte expunctores assignarentur et alius in locum ejusdem munusue asciscerentur. re in deliberationem adducta Venerandi proceres de quaestura in alio Comitio tractandum, nominandos uero censuerunt qui rationes expungerent censuerunt integerrimos uiros magistros Roussel, Boiteuin, Barençon Rouget, Durand cum censore et procuratore quod quidem sic abs me Conclusum.

M. Dumesnil

Die 22a octobris post uesperas de festo sancti Romani proxime sequente supplicauit pro regentia et scholis magister Antonius Vaillant cum emissa nuper in lucem doctissima elucubratione tum ipso sapientissimi prouisoris delectu satis commendatus et secundae ordine cui merito suffectus est longe dignissimus.

M. Dumesnil

Die 23. magister Vallee harcurianus Rethor sanctum Romanum Venerandae nationis patronum eximie colendum uarias omnino et perfecti christiani et perfecti sacerdotis seu praesulis uirtutes adeptum facunda et erudita oratione plaudentibus nobis omnibus graphice et nobiliter exhibuit.

M. Dumesnil

Die 27 in Comitiis ad eligendos censores apud sanctum mathurinum haberi consuetis uoluit Natio Veneranda magistrum Broequet primarium thesaurariorum et socium sorbonicum censorio munere perfungi quod illibatis ejus moribus maxime conuenit

M. Dumesnil

die 4a nouembris post ordinaria sacra indictum est Comitium in quo pauca præfari operæ pretium duxi. attigimus diem præstitutam qua vobis eligendus quæstor redituum e nuntiatibus prouenientium quibus autem dotibus ornatum esse oporteat vel me tacente satis intelligitis. si agatur de sola probitate morum statim occurrent multi ad hoc munus idonei sed præterea requiritur officiosa quædam sedulitas et suauis indoles qua suis temporibus blandè et hilariter partitiones fiant ex æquo et bono nec minus arrideat dantis urbanitas quam datum. porro non desunt inter vos viri complures ejusdi virtutibus instructi nec metuendus error in delectu sed habendus quoque respectus tum domicilii commodioris tum peritiæ in tractando vel hoc vel simili negotio iam aliquo usu comparatæ. tres quatuorue præ cæteris appellarem nisi rem totam vestro iudicio permitti satius existimassem qua propter sapientissime decane, proceres venerandi quem volueritis appellate insuper de conuocandis professoribus et primariis hora post meridiem prima ubi facienda erit distributio deque reddendis rationibus quotannis a quæstore mox eligendo, mense scilicet Januario iam emissa vota renouate et confirmate his dictis censuerunt committendam esse quæsturam magistro le monnier celeberrimo in palæstra harcuriana pphiæ professori, viro spectatæ fidei et politioris ingenii, conuocandos hora post meridiem prima professores ubi iusta cuique merces erit impendenda, demum hujus quæsturæ exposcendam singulis annis mense Januario rationem et ita procurator conclusi.

M. dumesnil.

Die 8 nouembris communem mortalium viam ingressus est Robertus le quirot major V. nationis apparitor diuturno languore confectus, grauis annis at suis in gentem nostram meritis longe grauior. de lugenda illius morte certior factus cum censore æquissimo in domum iacentis me contuli. excepit nos perhumaniter vidua mærens mulier honestissima quam et

uerbis humanioribus sumus consolati, chartas omnes ad Venerandam nationem spectantes cum aliquot libellis et codicibus leuioris momenti amanter et obsequiose in manus tradidit quas extemplo in collegium harcurianum transtulimus cum per tempus liceret utiles et necessarias a futilibus secreturi et catalogo inscriptas in chartophilacium relaturi, quod quidem paulo post diligenter perfecimus

M. Dumesnil.

Die 24ª nouembris post officium uespertinum de festo sanctæ Catharinæ in crastinam diem incurrente rerum apud Viduam Roberti le Quirot durâ fati necessitate erepti abs me et censore æquissimo magistro Brocquet socio sorbonico gestarum seriem exposui rogauique procerum sententiam de domino faitout uacantem majoris apparitoris locum ex promissis expectante sed iamdudum infirmo ~~fer~~ nec satis ad obeundum munus propter desperatam ualetudinem idoneo item de domino Loste et domino Colet omnem apparitoriæ operæ sarcinam sustinentibus et aliis aliud postulantibus. re in deliberationem missa placuit latas a clarissimis quondam procuratoribus magistris Tosset et Bourey conclusiones in medium proferri priusquam certi aliquid definiretur, idque negotii subjiciendum iudicio et examini quatuor prudentissimorum uirorum scilicet magistrorum de Laual, Barençon, Conteille, le monnier qui mentem suam Venerandæ nationi posthac referendam mecum communicarent, et ita conclusi procurator.

M. Dumesnil —

Die sexto decembris post recitatam solemni ritu et auita pietate in honorem sancti nicolai liturgiam, magister Antonius Vaillant litterarum humaniorum in harcurio professor, recens quidem, at ueteranis etiam doctioribus nequaquam inferior, præeunte me et comite decano magistrum Regnaud parisiensem theologum, uirum procuratorium ad peragendum festo immaculatæ conceptionis die pontificis et oratoris parthenici grande munus mirâ uerborum et sententiarum suauitate compellauit —

Die octavo Sacris operatus est graviter ac Sancte magister Regnaud Doctor parisiensis e Societate harcuriana pietatis et doctrinae laude pariter Conspicuus et suum beatae Virgini sine labe Conceptae decorem titulumve theologica prorsus oratione solerter asseruit, amplissimus rector matrem Venerandam et utrumque oratorem tam marianum quam Romanensem suâ praesentiâ Cohonestavit

M. Dumesnil

Die 12a in aulam Collegii harcuriani theologicam ubi tribunal Academicum sedebat, summus rituum gallicanorum magister cum praecone, pollinctoribus suoque lugubri Comitatu ingressus redditis amplissimo rectori litteris regiis et a scriba altiori voce recitatis ad funebrem pompam in majore basilica beatae Virginis Ludovico primo hispaniarum regi instauratam proceres Academicos invitavit.

M. Dumesnil

Die 15a Rector amplissimus, decani, procuratores cum adjunctis et aliis proceribus, ac ministris eo quo decebat habitu et ordine ab aedibus saluberrimae facultatis quo Convenerant ad augustum sub auspicio beatae virginis templum quod sumptuosus apparatus et digna francorum rege magnificentia decorabat opere materiam superante, processerant, et solemnibus exequiis funebrique ludovici primi hispaniarum regis elogio interfuerant proximas a senatu parisiensi sedes superius inferiusve sortiti.

M. Dumesnil

factae sunt supplicationes totius universitatis in aede Collegii Dormano-bellovaci ubi nobilissimus et magnae spei adolescens Dominus Joly de fleury dignus Procuratoris Catholici filius rectorem amplissimum festiva et ingeniosa prorsus gratulatione non factus modo sed natus ut ita dicam orator excepit

M. Dumesnil

Die 16a sacris in Justiniano perfuncti et iuxta consuetudinem animae piissimae magistri Joannis de Rouen bene precati in quatuorairum elegimus unanimi sententia magistrum ludovicum nicolaum Durand in cardinalitio philosophiae professorem quem et apud mathurinenses ultro confirmavimus et laudatissimo viro magistro guillelmo Dagoumer prorogatos iuxta bonorum omnium vota fasces rectorios nervoso et grandi eloquio gratulantem, laetis et avidis auribus exaudivimus.

M. Dumesnil —

Die ultima Januarii an. 1725 amp. rector cum deputatis et adjunctis serenissimo aurelianensium duci cereum et codicillos elegantes et bene comptos varia instituendae gratuito Juventutis monumenta continentes, apté et concinné multa cum de ipso, tum de castissima conjuge, de utriusque parentis laudibus de sororibus nimium colendis elocutus et summa benignitate blandoque responso satis superque compensatus obtulit.

idem officii erga supremi senatus principem et alios protopraesides non praeterito nec illaudato, illustri regiorum sigillorum custode ubique disertus et perpolitus orator mirifice adimplevit. —

Die 1a februarii rector amp. comitantibus deputatis et adjunctis aliisve proceribus academicis in castellum de Marliaci dictum nomine quo nullus hominum publicam personam sustinentium huc usque admissus fuerat, laetos et faciles obtinuit aditus et regi optimo cereum et codicillos bene compactos et ornatos omnia gratuitae institutionis instrumenta continentes obtulit, praemissa graviter, apté et suaviter oratiuncula quam nec cedrus nec minium aequiparent.

haec eadem munuscula terso et eleganti sermone pariter condita dux Borbonius benigna fronte gratoque animo iussus est accipere.

M. Dumesnil

eadem die Antonius le Seigneur Rothomagensis, baccalaureus theologus supplicavit pro regentia et scholis et audito censore aequissimo in gremium venerandae nationis receptus est concludente exprocuratore magistro Barençon

M. Dumesnil —

die vigesima februarii an 1725 Convocatis extra ordinem in aulam harcurianam omnibus magistris exposui viduam Roberti le quirot penes quem aliqua pecuniae summa propter neglectas et nullatenus expeditas vel baccalaureorum vel magistrorum supra novemdecim litteras remanserat, nihil morae omnino afferre quominus quidquid mercedis ad praedictum Robertum le Cuirot redituræ magister Durand et magister le monnier perceperant, fidelissimo quaestori magistro Courteille per modum compensationis ne quid detrimenti pateretur natio veneranda, impertirent: pariter eandem viduam postulare chyrographum mea manu subscriptum quod fidem faceret ipsam scripta omnia ad praedictam nationem quoquomodo pertinentia, massam utramque, togas tum procuratoriam tum quadrumviralem, arcam insuper laevi corio, clavis et seris elegantibus haud ita aspernandam quam nostri deinceps iuris esse cuperet de meo et censoris aequissimi consensu domino lhoste minori apparitori et vices majoris qui nunc male habet nec servandis ejusdi suppellectilibus par, vices supplenti tradidisse quod re vera perfecit, ita ut ab omni prorsus debito quantum ad nationem spectat immunis et soluta censeatur, re in deliberationem adducta placuit testimonium autographum a procuratore concedi viduae Roberti le cuirot quo constet liberatam mulieris optimae fidem nihilque apud ipsam residui quod a nobis usquam repetatur et ita procurator conclusi.

M. Dumesnil

in iisdem comitiis postquam audivimus deputatos in causam apparitorum varia nec satis certa rogantium magistros, et latas quondam a dno Josset et dno Bourey dum procuratorio munere fungerentur, conclusiones relegimus: sap. decanus et v. contribules statuerunt confirmandum esse dno faitout vel otioso et invalido majoris apparitoris officium quod ipsi morte avunculi obtigit: dnum lhoste minoris apparitoris gaudere fructibus, et quas voluerit cum majore conditiones pacisci, nec amplius sexaginta libellas ~~[illegible]~~

gratuitum V. nationis munus quae simul cum Roberto le Cairot extincta sunt percipere; dnum vero Colet promissam expectativam et 20 libellis quas instar cujusdam spontaneae largitionis annuatim obtinuit contentum esse oportere atque ita conclusi procurator.

M Dumesnil

in iisdem comitiis adjeci annosam et detritam apud nos quadrumviralem togam ad usum nescio quem iamdiu servari, non inutilem nec injucundam fore dno Shoste, sed dari abs me non debuisse citra consensum V. nationis. re tantisper considerata voluere contribules eam dno Shoste attributam modo viduae Roberti le Cairot ad quem quodammodo pertinere videbatur, decem libellas exolveret et sic a me procuratore conclusum.

M Dumesnil

in quodam comitio cujus nec dies nec mensis occurrit, dixi me nuper incidisse in librum quemdam qui procuratorius dicitur, litteris pothicis exaratum, proindeque tam lectu difficilem ut prorsus a legendo abstineatur, unde fit ut procuratores exeant non magis legum et institutorum nostrorum gnari quam ingressi sunt, cum autem valde intersit majorum normas et statuta ad seros usque nepotes transmitti, a peritissimo scriba describi oportere usitatis characteribus et foliis, si fieri possit, pergameneis, ita ut summa fide et magistra manu descriptus a nostris magistratibus deinceps lectitetur, idem de libro rectorio sentiendum. re in deliberationem missa placuit describendum esse a fidelissimo scriba nitide et emendate librum procuratorium, nec non rectorium si per facultates V. nationis licuerit atque ita procurator conclusi.

M Dumesnil

die 3a martii duos supplices pro regentia et scholis, videlicet Iacobum hecquart, et andream potier constantienses, et baccalaureos theologos in gremium suum admisit natio veneranda.

M. Dumesnil

die 24 martii oblatum est sacrificium pretii nostri in quo speravit religiosus vir ac timens deum magister Ioannes de Rouen cujus apud nos nusquam interitura memoria est deinde frequenti conventu gratias egi quam qui maximas et verborum paulo parcior ita sum astantes allocutus. munifico muneri quod amanter concessum, utcumque sustinuimus, finem hodierna comitia attulere, sed grato animo reverentiae

~~et~~ obsequia et propensæ meæ in venerandum ordinem voluntati ne ventura quidem ætas. si quid forte peccaverim nec volens nec sciens per me licet emendetur, sed absit ut quod vestris consiliis quæ semper sum secutus, quod vestra authoritate cui subditum fuisse me gloriabor, aliquando firmatum est absit inquam ut tantisper labefactetur. porro vestris in me beneficiis cumulus accedet, si grata et rata habeatis quæcumque ducibus vobis et auctoribus in hoc annuo magistratu statuimus, si majorum exemplo, quadrumviri partes exeunti mihi demandetis, denique si pro vestra æquitate ac prudentia singulari, dignissimum successorem quod quidem in promptu est sufficiatis. his breviter præmissis, duo supplicarunt magister Rouget eloquentiæ professor emeritus in montacutio, et magister Thiberge tertio ordini præpositus in collegio sorbonæ plessæo, uterque sua laude dignus; quibus remotis veneranda natio vehementer probavit et omnino voluit stabilita quæ per annuum magistratum gessi, postulatum quadrumviri munus lubenter annuit, et magistrum Rouget majore suffragantium numero vincentem, insuper rerum agendarum peritia, consilio, pietate, multisque aliis nominibus commendatum procuratorio muneri haud cunctanter præfecit, et sic a me procuratore cursum feliciter absolvente conclusum est.

M. Dumesnil

eodem die confirmata apud mathurinenses quatuorvirorum electione, et valde probatis quæ per trimestrem magistratum gesserat rector amp. unanimes quatuorviri bonorum omnium vota reportantes rectoriam dignitatem clarissimo viro magistro guillelmo Dagoumer provisori harcuriano prorogavimus, et prorogatam conatus sum minime fucato et ab omni assentatione alieno prorsus eloquio gratulari.

M. Dumesnil

ACTA

VENERANDÆ NATIONIS

Procuratore Mo. Ludovico Rouget,
Rotomagensi Presbitero, Rhetoricæ Professore
In Collegio Montis-Acuti Emerito &
actu Regente.

A die vigesimo quarto Martis an. 1725 ad vigesimam
Tertiam Martis an. 1726. I.

Mars. DIE Sabbati 24. mensis Martii post Sacrum in Sacello Harcu-
riano celebratum, ego factus et nominatus Venerandæ Nationis Procurator
jurejurando fidem obstrinxi me statuta et consuetudines ~~et~~ Nationis et
Universitatis religiosissime observaturum, et eodem tempore Magister
Martinus Du Mesnil, Exprocurator, Quadrumvir electus, fidem etiam
jure jurando obstrinxit, se electurum in Rectorem quem ex animo
judicaverit esse dignissimum.

Eadem die in comitiis generalibus Præclaræ Artium Facultatis
apud Maturinenses habitis, post ornatissimam orationem a Magistro
Guillelmo Dagoumer, Provisore Harcuriano, Rectore Amplissimo,
pronuntiatam, Veneranda Natio per me valde probavit quæcumque
gessit Amplissimus Rector in trimestri magistratu, eidem gratias
egit immortales ob summos labores in Rem Academicam exantlatos,
confirmavit electionem in quatuor virum Magistri Du Mesnil Exprocuratoris
mane factam, qui quidem Amplissimo Rectori ob fasces Rectorios
ipsi prorogatos elegantissimâ et disertissimâ oratione gratulatus est.
Quod Veneranda Natio maximè probavit. I.

Rouget

Avril. DIE Sabbati 7a Aprilis in comitiis post Sacrum apud Harcurianos
habitis Ornatissimus Procurator exposuit die Veneris præcedente Quatuor
Nationum Procuratores ab Amplissimo Rectore ad se vocatos, et ab eodem
certiores factos litem pendere in Supremo Galliarum Senatu inter Magistrum

1725. Elygum Bonnedame, Doctorem Theologum Facultatis Lauro Parisiensis Canonicum Ecclesiæ Cathedralis Noviomensis ex una parte, et Magistrum Antonium Lucas Canonicum ejusdem Ecclesiæ ex altera, in quam videtur Universitas ad sua jura conservanda quæ violantur, intervenire debere: Inter eos Canonicos agi de possessione dignitatis honorificæ Scolastri, quæ in eadem Ecclesia vacat, et quam contendunt sibi titulo graduum Academicorum sibi adjudicandam. Scolaster porro est Canonicus ad docendos juniores Canonicos Præpositus. Ex parte quidem Magistri Bonnedame, nihil videri difficultatis, quominus gratia sibi ab Universitate concessa perfruatur, cum sit Doctor Theologus atque ideo omnibus Graduum Academicorum titulis legitimè decoratus; sed ex altera parte fraudem apparere, eo quod prædictus Magister Lucas contendat se Parisiis Scolas Consultissimæ Facultatis frequentasse, quamquam ipsius nomen in Catalogis Magistrorum quos nominat, non inveniatur, et aliunde proferat Litteras Academiæ Aurelianensis cautè et Subdolè concessas, quibus se Licentiatum in utroque jure prætendat, et hoc titulo in dignitate Cathedrali instituendum, Quod certè juribus et privilegiis a Francisco I°. et aliis Christianissimis Regibus Universitati concessis adversatur. His ita propositis, re missâ in deliberationem placuit Venerandæ Nationi in eam controversiam pro jure Universitatis unanimiter intervenire, si pariter Aliæ Nationes interveniant, et ita ab Ornat. Procuratore conclusum est.

2°. IN iisdem comitiis proposuit Ornatissimus Procurator Locationem Ædium Venerandæ Nationis, quas occupant Magistri Huart Pater et Filius in via Straminea, (vulgò Du Foarre) a triginta annis et amplius habitant, esse primo quoque tempore finiendam, atque ideo vel iisdem venundandam, conditionibus quidem si fieri posset, Venerandæ Nationi utiliores, aut aliis inquilinis conducendam, si ita videatur. Natio Veneranda nominavit Deputatos Magistros Martinum Du Mesnil Exprocuratorem, et Nicolaum Duvand clarissimum Philosophiæ Professorem in Cardinalitio, qui una cum Ornat. Procuratore et Integerrimo Censore huic negotio invigilent, atque ita conclusum fuit.

Rouen

May Die Mercurii 9ª mensis Maii 1725 post Solemne Sacrum quod ~~Venerandæ Nationi~~ sub invocatione divi Nicolai Deo Optimo Maximo oblatum est, Ornatissimus Procurator admonuit Venerandos Fribules, Librum seu Missale ad usum diœcesis Parisiensis, quo hac ipsâ die ad celebrandam Missam usa esset Natio Veneranda, esse vetus donum ex Liberalitate Magistri Martini Du Mesnil, Exprocuratoris, Presbiteri Rotomagæi, non modo de Natione nostra, sed de tota Universitate optimè meriti; cui Veneranda Natio gratias egit amplissimas, et ut perenne ipsius pietatis, Liberalitatis et Benevolentiæ in Venerandam Nationem extaret monimentum, in commentariis suis inscribi et annotari voluit.

Rouen

1°. Die Veneris 18. ejusdem mensis Maii habita sunt in aulâ Harcuriana extra ordinem comitia, hora primâ pomeridianâ, in

quibus Levé civis Parisinus se supplicem stitit, petiitque uti sibi conferretur munus Magni Nuncii Diœcesis Abrincensis, vacans per demissionem Gilberti Redon. Re in deliberationem missâ, Lectis Litteris nominationis, in quarum margine prædictus Gilbertus Redon subscripserat se gratiam ipsi per easdem a Veneranda natione collatam demisisse et dimittere, prædictus supplex unanimi consensu magnus Nuncius Diœcesis Abrincensis admissus est, et Sacramentum more solito præstitit: et Litteræ demissionis a prædicto Redon subsignatæ in arcâ titulorum Venerandæ Nationis reconditæ sunt.

2° Cum ornatissimus Procurator quæreret consilium Venerandæ Nationis, et quid censeret faciendum pro locatione suarum ædium quas occupant Magistri Huart Pater et filius; eo quod prædicti inquilini annuum locationis conductitiæ pretium augere nollent, hoc est solvere libellas supra mille ducentas quotannis, nec plus nec minus; placuit rem eandem ad prædictos Deputatos remittere, ut pro sua fide et vigilantia rem penitus peragerent, quibuscumque judicarent conditionibus, et ita conclusum. Rouen

Die Mercurii 23 Maii 1725 habita sunt in Aulâ Harcurianâ extra ordinem comitia, in quibus Ornatissimus Procurator dixit se hodiernâ die Venerandos Tribules convocandos censuisse, ut cum ipsis ea communicaret, quæ majoris sanè momenti nuper acta sunt in Academico Tribunali: Die enim Veneris 18 hujus mensis Rectorem amplissimum coram congregatis extra ordinem Deputatis Academicis exposuisse spem aliquam affulgere, fore ut lis illa molestissima, quam a tot annis habet Universitas adversus Typographos Bibliopolas, qui se dicunt communitatis, amicâ tandem compositione dirimatur. Nam sero diei 17. ad se Rectorem venisse ultro duos è prædicta Communitate Delegatos, qui exhibito certâ fide digno instrumento dixerint sibi ab Ordine suo factam fuisse amplissimam cum Universitate de prædicta lite transigendi potestatem; si in ea sit mente Universitas, et velit ipsa Delegatis suis tantumdem autoritatis ad agendum attribuere. Quod quidem negotium, gravissimum certe, si quod exiterit, cum omnium Deputatorum examini in Academico Tribunali subjectum esset, remissum esse ad singulos Facultatum et Nationum ordines expendendum. Quæ quidem hodiernâ comitia, cum Rector amplissimus, qui est ex ordine nostro, suâ cohonestare præsentiâ dignatus esset, ipse de momentis, rationibus, et de necessitate prædictæ litis componendæ, si fieri posset, copiosissimè et disertissimè disseruit. Nam rem totam a fundamentis explicare, et inconcussa Universitatis in Librarios Parisienses jura, repetitis altè fortunatorum Academiæ temporum annalibus, fusè et erudite replicare et discutere non est aspernatus. Protulit etiam folia longè plurima invicti illius Memorialis instrumenti, quod comparat adversus prædictos Librarios in defensionem Universitatis. Quo peracto dixit se nolle peragendis suffragiis interesse, ne cujusquam libertati vel tantillum officeret. Antequam è comitiis exiederet, Idem

1725. præsenti gratiæ ab omnibus actæ sunt immortales, enixeque rogatus est votis communibus, ut etiamsi pax cum Librariis concludatur, opus inceptum ne intermissum patiatur, sed prædictum Instrumentum Memoriale velit, si quid in ventura tempora redeat cum Librariis difficultatis, absolvere. Qui cum abiisset quæsivit ornatissimus Procurator suorum Tribulium super ea re sententias, eamque ad deliberandum proposuit. Venerandi autem Tribules, facto à venerando Prodecano initio, ac suum unoquoque per ordinem suffragium deducente, unanimiter sic Censuerunt, Librariorum de Lite amicè dirimendâ voluntatem non esse rejiciendam, adjici autem Magistro Ludovico Rouget Procuratori, quantum opus est autoritatis, ut, nomine Venerandæ Nationis, pro commissa sibi potestate, unà cum amplissimo Rectore, et cæterarum Nationum ac Facultatum Deputatis, veniat in pacis colloquia cum Librariorum Deputatis, ac Delegatis, cumque iis, quod fas et æquum erit, transigat ac subscribat, atque ita ab eodem Ornatiss. Procuratore conclusum fuit.

Rouget

In iisdem comitiis die 23 Maii 1725. habitis, cum inter multa actum esset de dignitate ac splendore Universitatis, data occasione Ornatissimus Procurator proposuit ad dignitatem ac splendorem Universitatis ac præsertim ad præclaram Artium Facultatem maximè pertinere, si Senatus-Consultum die vigesimo Decembris anni 1721 latum executioni mandaretur, ac proinde Venerandi Tribules, tum Professores tum Baccalaurei, in solemnibus Universitatis supplicationibus rubeis togis ornati, uti decet procederent, et amplissimum Rectorem tum in eundo tum in redeundo comitarentur, Placuit ex omnium sententia, singulis Tribulibus tum Professoribus tum Baccalaureis qui ornati togis rubeis procederent, et amplissimum Rectorem euntem et redeuntem comitarentur, sportulam ex decem assibus augeri, quæ nonnisi post reditum iisdem Tribulibus a fidelissimo Quæstore solveretur, Quod ita ab Ornatiss. Procuratore conclusum est.

Rouget

Juin. Die Sabbati secundâ mensis Junii, habita sunt in Sacello Harcuriano Venerandæ Nationis post sacrum comitia, in quibus Ornatiss. Procurator exposuit Deputatos ad conducendas ædes Venerandæ Nationis in via Straminea nominatos, rem tandem ad felicem exitum perduxisse, et negotium illud extempore finiri et consummari posse, si ita videatur. Extemplo comparuit Notarius qui Conventionem a Magistris Huart Patre et filio subsignatam omnibus audientibus legit. Quæ Conventio laudata et probata est et antiquiorum Tribulium chyrographis subsignata, Cujus Actûs hæc est summa.

» Par bail passé devant Roussel et Guesdon notaires au Chatelet de paris
» Le 2 Juin 1725 appert que La Nation de Normandie a donné a loyer a Mrs.
» Robert Huart Procureur en Parlement & Nicolas Robert Huart Avocat
» audit parlement pour neuf années consecutives a commencer au premier
» octobre prochain, C'est assavoir une Maison a elle appartenante sise rue
» du foarre, moyennant le prix et somme de Quatorze Cens livres

" par chacun an payable en quatre quartiers es mains du Questeur de
" ladite Nation.
" Est ici à Noter 1° que les Deputés apres le conseil de la Nation,
" jugerent qu'il falloit faire afficher, pour avertir le public que ladite Maison
" etoit a terme de bail, ce qui a eté fait jusqu'à la troisieme fois. 2°. Que le bail
" precedent n'etoit que de 1200.tt au lieu que celui-ci est de 1400.tt 3°. qu'outre
" les 1400.tt cy dessus enoncées, Messieurs Huart Pere et fils ont promis de payer
" par forme de pot de vin ~~une fois payée~~ en faveur du present bail pour la Chapelle
" ou autres besoins de ladite Nation. La somme de soixante Livres une fois payée. /.

Rouget

Die 23. ejusdem mensis Junii habita sunt in Collegio Justiniano venerandæ Nationis comitia, in quibus post sacrum celebratum Magister Nicolaus Durand celeberrimus Philosophiæ Professor in Cardinalitio Quadrumvir electus est, & sacramentum præstitit.
Eodem die in Comitiis apud Mathurinenses Præclaræ Artium Facultatis hora sesquidecima habitis, fasces Rectorii prorogati sunt Magistro Guillelmo Dagoumer Provisori Harcuriano, quod unanimi Nationum consensu confirmatum est.

Rouget

Die 28 ejusdem mensis Junii habita sunt in Harcurio Comitia post rem sacram, in quibus nominati sunt Examinatores qui probarent Candidatos baccalaureatum Artium anhelantes Magistri Ludovicus Le sauvage Philosophiæ Professor emeritus Rotomagensis, Jacobus de la Noë Bac. Theol. sagiensis, Antonius Le Seigneur Bac. Theol. Rotomagensis, Jacobus Hecquart Bac. Theol. Constantiensis.
2°. Designati sunt in Expunctores rationum Magistri Jacobi Courteille fidelissimi Quæstoris, Magistri Joannes Josset professor Emeritus in Harcurio, Robertus Barençon, Martinus Du Mesnil, & Ludovicus Nicolaus Durand.
3°. Veneranda Natio gratias egit amplissimas eidem fidelissimo Quæstori M°. Jacobo Courteille ob diligentiam, fidem et præstitam studiosissimè venerando ordini operam, et eidem munus quæstorium prorogavit, quod ab Ornat. Procuratore, quoad omnia capita conclusum fuit.

Rouget

Extrait du compte rendu Le 29. Juin 1725 au College de Montaigu par M°. Jacques Courteille Questeur de Ladite Nation, clos et arresté par Les Deputez ainsi qui s'ensuit.

Le Vendredy 29 Juin 1725 Le compte a eté rendu par Ledit M°. Jacques Courteille, par Lequel il resulte toutes deductions faites des depenses ordinaires et extraordinaires depuis Le 29 Juin 1724 jusqu'au jourdhui, que le reliquât du compte s'est trouvé monter a La somme de Neuf Cens soixante quinze Livres quinze sols, qui est restée entre les mains du S. Courteille Questeur dont il s'est chargé et a signé dans Le Livre de La Questure. /.
Ledit Compte clos et arresté par M°. Loüis Rouget procureur, M°. Broquet Censeur, M°. Vadelorge sousdoyen, M°. Josset, Du Mesnil, Barençon, Et Durand qui ont tous signé avec Poste affermier appariteur de Lad. Nation.

Rouget

1725
Juillet.

Die Lunæ 9°. mensis Julii habita sunt Venerandæ Natio-
nis in Aulâ Harcuriana extra ordinem comitia, in quibus dixit
Ornatissimus Procurator Se convocasse hodierna die Venerandos
Tribules ut iis exponeret quòd novissimè in comitiis Deputatorum
Universitatis apud Amplissimum Rectorem habitis actum fuisset, —
Scilicet Lectam esse Conclusionem in Annalibus Universitatis exaratam
quâ quidem patet Supplicationes extraordinarias Universitatis die
12 Julii 1652 ingenti cum apparatu, magnificentia, modestia, et
etiam pietate fuisse factas pro Regni necessitatibus; Totam Uni-
versitatem processisse 1°. ad Ædem primariam Ecclesiæ Parisiensis
deinde ad Ædem Sub invocatione Beatæ Genovefæ Virginis, ac
etiam eleemosynas pauperibus ex ærario Universitatis erogasse; —
Addidit Ornat. Proc. ab Amplissimo Rectore propositum esse
utrum non conveniret, ut Universitas cæterorum Urbis Ordinum
ad prædictas Ædes concursum, sollicitudinem ac pietatem in his
verum angustiis ac periculosis temporibus saltem æmularetur, ac
~~etiam~~ eleemosynas ex ærario Suo pauperibus erogaret, ac etiam
Singulas Facultates ac Nationes ad simile exemplum invitaret.
Deputati autem Facultatum et Nationum censuisse ut ea res suis
Ordinibus communicaretur. Igitur Ornat. Proc. rem Venerando
Ordini ad deliberandum proposuit, Lecta conclusione anni 1652
rogatis auditisque omnium Sententiis, Placuit ~~ut~~ omnes —
Venerandos Tribules extraordinariis Supplicationibus ad prædictas
Ædes indicendis gratuitò interessent, et ~~ut~~ Sportulas Singulis
Tribulibus persolvi solitas pauperibus aut ad piOS usus —
a fidelissimo Quæstore erogarentur, et ita ab Ornat. Proc.
conclusum fuit.

Rouëe

Die Jovis 12. ejusdem Mensis, quæ dies erat octava magni-
ficentissimæ celebritatis, in qua Sacrum Divæ Genovefæ feretrum
ad Ecclesiam primariam more solito deportatum est, habitæ
sunt extraordinariæ Supplicationes Universitatis procedentis ad
ad Ædes Deiparæ Virginis et Beatæ Genovefæ, ubi eminen-
tissimus Cardinalis Noalius, Archiepiscopus Parisiensis,
nomine totius Universitatis vem Sacram operatus est.

Rouëe

Aoust.

Die Sabbati 4ª mensis Augusti in comitiis post Sacrum in
Sacello Harcuriano habitis Ornatissimus Procurator proposuit —
Primum Apparitorem Venerandæ Nationis, nomine Faitout, a duabus
circiter hebdomadis è vivis excessisse, sed ita pauperem (eo quod
Longa infirmitate et plurium annorum dolore confectus excesserit)
ut necessaria ad sepeliendum corpusculum defuerint, ideoque pro
funere & exequiis Summam triginta libellarum deberi

Fabricæ Ecclesiæ Sancti Benedicti, quam Veneranda Natio in desiderium Defuncti ex ærario suo persolvere debere videretur: Eundem præterea vxorem reliquisse viduam, commiseratione dignissimam, ad has redactam angustias, ut ei ad victum desint necessaria; æquum esse aliquid illi in gratiam defuncti et ipsius Laborum ex eodem ærario suppeditare, & eo magis quod Veneranda Natio, non minus pietatis quam æquitatis amans censuerit eleemosynas pauperibus erogandas ex ærario sic, pro publicis Supplicationibus quas ad Ædes Sub invocatione Virginis Deiparæ & Virginis Genovefæ, Vniversitas indixit, quæ possent eidem viduæ erogari: Insuper addidit confirmandas esse præteritas conclusiones in gratiam vtriusque Apparitorii L'Hoste & Collet, acta officium exercentis, qui pro prima & secunda Expectativa nominati, per multum temporis gratuito officio perfuncti sunt, ut tandem aliquando emolumentis et fructibus sub muneri attributis et annexis perfruantur. Re in deliberationem missa et rogatis omnium Sententiis Placuit prædictas triginta libellas pro Defuncti Apparitoris exequiis debitas, item quinquaginta libellas quæ viduæ a fidelissimo Quæstore ad instar eleemosynæ ex ærario Venerandæ Nationis persolvi; Confirmavit conclusiones latas in gratiam Successorum scilicet L'hoste et Collet, atque ideo censuit vtrumque emolumentis et fructibus suo officio annexis et debitis perfrui, atque ita ab Ornatissimo Procuratore conclusum fuit

Roulez

Die 14. Augusti in comitiis Facultatis Artium apud Maturinenses habitis designati sunt pro magisterio Artium Examinatores à meritissimis Procancellariis tum Ecclesiæ Virginis Deiparæ, tum Virginis Genovefæ Magistri Petrus le Monnier philosophiæ Professor in Harcurio, et Joannes Hubertus Broquet Bac. Theol. & collegii Thesaurariorum primarius, qui pariter a Veneranda Natione confirmati, electi et nominati sunt, & sacramenta præstitere. 2°. Quo peracto eodem loco et die Amplissimus Rector Luculentam habuit orationem de re maximi momenti. Nam declaravit sibi ab illustrissimis Senatus Principe, et Procuratore, et Patronis Catholicis communicatas esse quasdam Aulæ regalis admonitiones, conquerentis scilicet de quibusdam Professoribus Facultatis Artium, quod nulla apud eos disciplinæ forma observaretur. 1°. per anni curriculum cessari à lectionibus in quibusdam Collegiis, dum alia legerent. 2°. Plures e Magistris suas exercitationes inchoare tardius quam decet, ita ut tempus per statuta definitum in officio exequendo non integrum impenderetur. 3°. Maximam esse quorundam Gymnasiarcharum aut Professorum circa inducias Academicas licentiam; alios maturius, alios tardius, vacare; quod Academicæ consuetudini et utilitati publicæ omnino adversaretur. Addidit Rector Amplissimus se gravis eadem Gymnasiarchis ad se vocatis communicasse, tum die sequenti ornatissimis Procuratoribus, qui re maturiùs expensâ, de pluribus Articulis ad disciplinam Facultatis Artium pertinentibus unà cum amplissimo Rectore convenissent, ut eosdem singuli suis Nationibus expendendos proponerent. Magister Edmundus Bourchot, Syndicus vniversitatis, in eamdem Sententiam pluribus dixit. Deinde cum jussu amplissimi Rectoris Nationes ad sua loca secessissent,

1725

Ornatissimus Procurator Suis Tribulibus eadem proposuit, ac legi quamdam Disciplinæ formulam, & se cum aliis Nationum Procuratoribus apud Amplissimum Rectorem scriptam, quæ sic habet.

Premier Article

1 L'Uniformité des Congez de chaque semaine est telle que dans les semaines, ou il ne se rencontrera pas de fêtes, on n'a congé dans tous les Colleges que pendant deux classes, savoir, ou le Mercredy entier, ou les deux apres midy du Mercredy & du Samedy.

2. Si une fête arrive le Mercredy, il ne pourra y avoir congé que le Samedy apres midy.

3. Si la fête arrive le Samedy, il n'y aura congé que le Mercredy apres midy.

4. Si la fête arrive le Vendredy, il n'y aura pareillement congé que le Mercredy apres midy.

5. Si elle arrive le Jeudy il n'y aura congé que le Mardy apres midy.

6. Si elle arrive le Lundy ou le Mardy il n'y aura congé que le Jeudy apres midy.

7. S'il y a deux fêtes dans une même semaine, lorsqu'elles arriveront le Mercredy & le Samedy, le Mardy & le Vendredy, le Mardy & le Jeudy, le Lundi & le Jeudy, il n'y aura point d'autre congé dans la même semaine.

8. Si les deux fêtes arrivoient de suite, comme à Pâques, à la Pentecote &c le Lundy & le Mardi, il n'y aura congé que le Jeudy apres midy.

9 Si elles arrivent le Lundy & le Samedy, ou le Lundy & le Vendredy, il n'y aura congé que le Mercredy apres midy.

ON entend ici par fêtes, celles mêmes des Patrons de chaque College, les fêtes chomées des Parroisses dans lesquelles les Colleges sont situez, les jours de S^t. Charles-Magne, de S^t. Nicolas en hyver et en Eté, de S^te. Catherine, & les jours de processions de l'Université.

Defenses que dans le cours de l'année il y ait sous quelque pretexte que ce puisse être, des Classes qui vaquent dans un College, lorsque les autres se tiennent, même sous pretexte qu'il y aura eté fait un exercice dans les classes d'Humanité, ou soutenue une These dans les classes de Philosophie. Il y aura cependant un Congé general dans toutes les classes du même College, le lendemain du premier Acte public qu'il y aura été soutenu sur toute la Philosophie; et encore le lendemain de la Tragedie ou autre Exercice public fait pour la distribution des Prix, & ces Congez comme celui du Landi, ne prejudicieront point aux congez ordinaires.

Defenses dans tous les Colleges de donner autres congez, si ce n'est en vertu de Mandemens donnez par le Recteur & publiquement affichez.

Second Article

La durée de toutes les classes sans aucune distinction tant du matin que du soir dans tous les Colleges, sera pendant tout le cours de l'année, de deux heures et un quart completes, nonobstant tout usage contraire.

Si les jours de classe on soutient quelque these de philosophie, ou si on fait quelque exercice dans les Humanitez, chaque Professeur des autres Classes sera tenu de demeurer dans sa Classe avec ses Ecoliers.

Troisieme Article

A L'egard des vacances, le Parlement est supplié de fixer les jours auxquels tous les Professeurs des mêmes classes seront tenus de se conformer; Et d'ordonner que les Physiciens pourront vaquer l'apres midi du premier Août; Les Logiciens l'apres midi du neuvième veille de Saint Laurent; Les Rhetoriciens l'apres midi du treizieme; Les Professeurs des autres classes, l'apres midy de la veille de saint Barthelemy.

Le present Reglement oblige tous les Principaux et Professeurs de tous les Colleges, même les Principaux et les Professeurs des Colleges dans lesquels il n'y a point plein & entier Exercice.

Quam quidem formulam superius descriptam cum Ornat. Procurator alta voce legisset, quæsivit sicorum Tribulium magno numero astantium super ea re sententiam, qui omnes unanimi consensu duos priores articulos laudaverunt et confirmaverunt, sed quod spectaret ad tertium articulum, ut res maturiùs expenderetur, nominaverunt Magistros le Monnier, philosophiæ Professorem in Harcurio, Joannem de Laval Rhetoricæ Professorem in Marcianensi & Joannem de Chantelou Humanitatis Professorem in Sorbona Plessæo, quod ab Ornat. Procuratore conclusum est, et deinde ab Amplissimo Rectore, qui in eadem verba concluſit.

Roudet

Eodem die 14 Augusti post vesperas in pervigilio Assumptionis beatæ Virginis Mariæ celebratas accessit Supplex Magister Joannes Josse Rotomagensis, Baccalaureus Theologus, pro Regentia et Scholis, sub titulo Baccalaureatus, qui unanimi omnium consensu in gremium Venerandæ Nationis admissus est & sacramentum præstitit.

Rouen

Die Lunæ decimâ Septembris habita sunt generalia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Harcurio comitia, in quibus proposuit Amplissimus Rector Universitati convenire, ut ad exemplum primariorum Regni Ordinum, Regi Christianissimo Ludovico XV. et Reginæ Serenissimæ Stanislai Polonorum Regis filiæ ob recentes nuptias gratularetur, et idcirco Deputati omnes cum Adjunctis ipsum Rectorem ad Regiam Fontis-Bellaquei, ut fieri solet in solemnioribus Universitatis apparatibus, comitarentur, et hanc gratulationem Regi et Reginæ gratam fore, juxta Epistolam ex Aula Regali missam, quam Magister Edmundus Pourchot Syndicus Universitatis alta voce legit, et cujus exemplar Deputatis communicatum hic habet:

a Fontainebleau Le 7. septembre 1725.

» Le Roi voulant bien faire l'honneur aux Cours & Compagnies, de recevoir Leurs respects et Leurs » complimens a l'occasion de Son Mariage, il ne doutant pas que l'Université ne desire lui rendre » ce devoir, Jevous donne avis que Sa Majesté a ordonné à ses fourriers devous marquer des Logis » Le 12. de ce mois a Melun pour recevoir vos complimens Le 13. & a ses officiers devous tenir une » table de vingt Couverts. Je sera bon que vous y envoiez devant reconnoitre le lieu qu'on aura preparé » pour vous recevoir en arrivant. Je suis tout à vous. De Maurepas. /.

Quibus lectis litteris, Deputati omnes Eidem censuerunt, et solliciti sunt se ad dictam diem et horam cum Suis Adjunctis adfuturos et Amplissimum Rectorem ad Regiam Fontis-Bellaquei proficiscentem comitaturos. Revera die Mercurii 12. hora Sexta matutina post Missam in Harcurio celebratam profecti sunt 1°. Amplissimus Rector cum Decanis Trium Facultatum Superiorum in uno curru quadrigarum. 2. Quatuor Procuratores in altero. 3. Septem Adjuncti in duobus aliis. 4. Syndicus, Scriba, et Quæstor in altero. Denique Septem priores Apparitores in majore carpento. Die 12. Universitas Melodunum ad Loca destinata pervenit. Sequenti die, quæ erat 13. ad Regiam Fontis-bellaquei se contulit, ubi in Aulâ quadam Secundæ Curiæ ad præparationem excepta est. Horâ circiter undecimâ post Missam revocata est Curia Magni Concilii, ut Regem Salutaret, Deinde Curia Monetarum; tum Universitas per Magnum Ceremoniarum Magistrum invitata sic processit. Præcedentibus Septem Apparitoribus Suas clavas gestantibus Amplissimus Rector cum Magno Ceremoniarum Magistro, tum omnes Deputati et Adjuncti majoribus suorum Ordinum insignibus vestiti et decorati, ante Regem inter Aulicos Proceres circum stantes sedentem comparuerunt. Cui Amplissimus Rector hic oratiuncula luculenta et exquisitis verbis gratulatus est.

Sire

» Si l'Université avoit osé vous addresser Ses vœux, Vôtre majesté l'auroit vûe prosternée á ses » pieds, la Supplier de donner à Son peuple la consolation qu'elle vient de lui accorder. » Vous preter Sire, à Ses besoins, et à ceux de l'Europe, faire regner avec vous, & couronner une » Princesse heritiere de ces grandes qualitez, qui ont elevé Son Auguste Pere, au titre Supreme de » Majesté. C'est le triomphe de sa vertu et celui de Votre Sagesse. Que Le Dieu de lumiere qui a » inspiré ces Sentimens à Votre Majesté, daigne combler de Ses Benedictions Votre auguste Mariage » qu'une de ses benedictions, Sire, Soit la naissance d'un Dauphin. Ce sera la joïe de toute L'Europe » & le comble du bonheur de La France. Ce sont mes vœux, Sire, & ceux de Votre Université.

Inde Amplissimus Rector cum omnibus Deputatis et Adjunctis eodem ordine ad Locum designatum reductus est. Quo facto magnus

1725. Ceremoniarum Magister se contulit ad Academiam Inscriptionum & Numismatum, ut illa suo quoque munere fungeretur, perorante Illustrissimo Ecclesiæ Principe Blesensi Episcopo ejusdem Academiæ Socio. Interea Universitas invitata est ad convivium in eadem Aula, in qua Curia Magni Concilii, et Curia Monetarum in mensis separatis epulabantur. hic Difficile est describere quo studio et apparatu excepta sit Universitas, nisi quod magnificentia regalis tum quoad copiam et varietatem ferculorum, tum quoad splendorem, cultum, et lautitiam verè eluxerit.

Sero horâ circiter tertia Universitas eodem ordine augustissimam Reginam, innumeris circumcinctam primariis virginibus et matronis salutavit, quam sic amplissimus Rector laudibus exquisitis compellavit.

Madame

„ Les hommages que l'Université rend aujourdhui a Votre Majesté, sont aussi sinceres
„ que le sujet qui les cause est consolant. Cette compagnie, Madame, comme sujete du Roi
„ attendoit avec une impatience egale a nos besoins, une souveraine qui put nous donner des Princes
„ dignes de leurs peres, & comme sa fille ainée, elle faisoit des vœux pour avoir dans notre
„ Souveraine une Mere qui fut ornée de ces grands talens, & de ces qualités excellentes, que
„ l'Europe admire dans Votre Majesté. Le Roi, Madame, vient de nous accorder plus que
„ nous n'osions souhaiter. A l'age de Salomon, et doüé de sa sagesse, il a connu que votre
„ vertu etoit la juste valleur de sa couronne, & le seul titre qui la put meriter; & pour assurer
„ à l'Etat des Princes capables de la soutenir le poids eclatant. Il vient de la mettre sur
„ la tête de Votre Majesté. Cet evenement, Madame, qui vous couronne de gloire, nous
„ comble de joïe. Mais comme nos transports sont au dessus de nos expressions, nous n'apportons
„ aux pieds du trone de Votre Majesté, que des sentimens d'admiration & de devoüement
les plus zelez, les plus respectueux & les plus soumis. /.

Eodem die Universitas Melodunum ad Loca priùs assignata reversa est et sequenti die Parisios. /.

Rouget

Octobre. Die Sabbati sexta Octobris 1726 habita sunt venerandæ Nationis Comitia in quibus Magister Michael Bellœil Acolythus Lexoviensis, & Baccalaureus Theologus se stitit supplicem pro Regentia et scholis sub titulo Baccalaureatûs, qui unanimi consensu in gremium venerandæ Nationis admissus est & sacramentum præstitit more solito.

Rouget

Die decima Octobris habita sunt ordinaria venerandæ Nationis in Harcurio post sacrum comitia, in quibus Magister Joannes Cheron Bac. Theol. et Humanitatis Professor in Harcurio Quadrumvir electus est.

In iisdem comitiis designatus est Magister Martinus Du Mesnil, Exprocurator, qui rem sacram pro solemni festo D. Romani venerandæ Nationis Patroni operaretur, tum qui orationem Panegyricam in Laudes illustrissimi Patroni haberet; Item Magister Robertus Barencon, vir Procuratorius, et Professor humanitatis in Lexovio qui Pontificem et Oratorem pro celebritate Virginis Deiparæ sine labe conceptæ invitaret, quæ designatio unanimi consensu confirmata est.

Deinde Ornat. Proc. proposuit sibi declaratum a Mo. Le Vasseur Quæstore Universitatis, ipsimet Quæstori quamdam pecuniæ summulam a defuncto Apparitore Faitout, deberi, quam ipse pro tributo capitali prædicti Apparitoris solvit, et ab eodem postulatum, ut hæc summula eidem ~~redderetur~~ a venerandæ Natione redderetur in diminutionem pretii quod ipsa pro Locatione Ædium sui primi apparitoris solet quotannis persolvere. Re in deliberatione missa placuit ~~ut~~ hanc summulam à Quæstore venerandæ Nationis Quæstori Universitatis solvi~~retur~~, atque ita conclusum

Rouget

Eodem die 10 in Comitiis apud Maturinenses habitis, Magister Joannes de Laval, vir Procuratorius, et Eloquentiæ Professor in Marchiano Emeritus et Actu Regens, Venerandæ Nationis contribulis, Rector Universitatis electus est, quæ quidem electio cum singulari totius Artium Facultatis numerosissimæ lætitia et gratulatione confirmata est.

Rouget

Die 22 Octobris in Sacello Harcuriano post primas Vesperas in pervigilio Diei festæ, quæ D. Romani memoriæ sacra est, celebratas, se stitit supplicem pro Regentia & scholis Magister Nicolaus Pestel, Lexoviensis, ut sexto ordini in Collegio Sorbonæ-Plessæo præponeretur qui in gremium Venerandæ Nationis unanimi consensu admissus, Sacramentum præstitit.

Die sequenti Magister Martinus Du Mesnil Pontifex et orator pro die festo designatus, utroque officio dignissime perfunctus est. Sed præsertim orationem habuit elegantem, quæ omnium plausu et gratulatione excepta est.

Rouget

Die 27. Octobris 1725 habita sunt apud Maturinenses totius Facultatis Artium comitia, in quibus post elegantissimam orationem ab Amplissimo Rectore de dignitate et gravitate muneris censorii pronuntiatam, electus et creatus est censor Venerandæ Nationis Magister Joannes De Chantelou celeberrimus humanitatis Professor in Sorbonæ-Plessæo.

Rouget

Die octavo Decembris in solemnibus festis quæ pro immaculatæ Virginis Deiparæ, Venerandæ Nationis Patronæ celebritate in Harcurio quotannis habentur, Magister Joannes Vadelorge Prodecanus, Pontifex et orator designatus, utroque munere cum totius ordinis gratulatione perfunctus est.

Rouget

Die Mercurii 12 ejusdem Mensis in solemnibus Universitatis supplicationibus, quæ in Ædibus Deo sacris sub invocatione Sancti Caroli Borromæi in aditu Suburbii San-Marcellini celebratæ sunt, Ornatissimus Procurator majoribus infulis ornatus adfuit.

Rouget

Die Lunæ 17 Decembris 1725 habita sunt comitia ordinaria in Collegio Justiciano, in quibus post sacrum cum Ornatissimus Procurator finem & momenta horumce comitiorum de eligendo Quadrumviro exposuisset, electus est Quadrumvir Magister Simeon hobey, vir Procuratorius, et humanitatis Professor in Marchiano, qui Sacramentum more solito præstitit.

In iisdem comitiis supplicem se stitit Magister Dominicus Crevel Clericus Bajocensis pro Regentia et Scholis titulo baccalaureatus in Theologia, qui unanimi consensu in gremium Venerandæ Nationis admissus est.

+ Eodem die in Comitiis Facultatis Artium apud Maturinenses habitis, Magister Simeon hobey Quadrumvir mane electus et tunc confirmatus, fasces Rectorios Magistro Joanni De Laval prorogatos renunciavit, Quod unanimi totius ordinis venerandi consensu confirmatum est.

Rouget

+ In iisdem comitiis cum M. Le Monnier Quæstor Nunciatium declarasset se paratum esse ad reddendas rationes pecuniarum quas pro redditibus Gymnasiarcharum & professorum per huncce annum accepit et distribuit iis quorum interest, nominati sunt M. De Chantelou Censor integerrimus, & M. Poitevin philosophiæ professor in Dormano-Bellovaco, qui cum Ornat. Proc. et Sapientissimo Prodecano easdem rationes expenderent, atque ita conclusum fuit.

Rouget

Janvier

Die Sabbati 5a. Januarii 1726 habita sunt comitia ordinaria Venerandæ Nationis in Harcurio post sacrum celebratum, in quibus Ornatissimus Procurator ad deliberandum proposuit negotium, jam in aliis pluribus comitiis sine ulla certa definitione agitatum, spectans scilicet actum prohibitorium sibi a fidelissimo Quæstore remissum, & a se publice lectum, et Venerandis contribulibus communicatum, Quem quidem Mr. Petel, forensis Procurator in Suprema Parisiensi Senatus Curia, per apparitorem regium significavit Magistris Huart Patri & Filio inquilinis Venerandæ Nationis, et declarat iisdem, ne quidquam Venerandæ Nationi persolvant, nisi prius ipsi persolvatur summa centum et quinquaginta libellarum, quam ipsi a Veneranda Natione deberi contendit, eo quod dicat se defendisse causam seu litem quatuor Nationum pro togis rubris contra Facultates Superiores; Quæ lis senatus-consulto die 20 Decembris lato dijudicata et definita. Addidit Ornat. Proc. sibi demandatam fuisse a Venerandis Tribulibus provinciam eadem consulendi Magistros Guillelmum Dagoumer Provisorem Harcurianum, Brarencon & Le Monnier, ut eorum sententias cognosceret et referret, Qui cum adessent præsentes rogati sunt ab Ornat. Proc. suam referre sententiam. Audito prius Mo. Dagoumer qui rem totam a primo exordio exposuit, quæsivit Ornat. Proc. suorum Tribulium sententias. Venerandi autem Tribules inter quos Prodecanus censuerunt prædictum M. Petel non fuisse legitimum ea in parte Venerandæ Nationis Procuratorem, nec sufficienti litigandi potestate ab eadem munitum, nec certa conclusione determinatum, ac proinde nihil ei ex ærario Venerandæ Nationis persolvendum: Alii autem nec pauci censuerunt concordiæ causæ rem penitus esse dirimendam, & summam centum et quinquaginta libellarum prædicto M. Petel ex ærario Ven. Nat. persolvendam. Secessione factâ cum major pars accessisset ad sententiam Venerandi Prodecani, Placuit nihil prædicto Mo. Petel ex ærario Ven. Nationis ~~esse~~ persolvi~~ndum~~: Sed utrum, a quo, et quomodo hæc eadem summa solveretur, id ad alia comitia remitti maturius expendendum, atque ita ab Ornatissimo Procuratore conclusum fuit.

Rouges

Eodem die in comitiis generalibus Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Marchiano habitis M. Edmundus Pourchot Syndicus legit altâ voce Decretum Concilii Regii Versaliis latum die 10 Decembris novissime elapso, quo molestissima lis inter Universitatem ex unâ parte et Librarios Bibliopolas ex altera, tandem dijudicata est, et omnes controversiæ quatuordecim articulis contentæ feliciter ad decus et honorem universitatis definitæ et ordinatæ. Deinde Amplissimus Rector dixit voluntatem illustrissimi Sigillorum Regiorum Custodis esse ut hoc Decretum in Commentarios universitatis referretur, Quod statim factum est concludente Amplissimo Rectore.

Rouges

Die nono ejusdem mensis habita sunt Gymnasyacarum & Professorum in aula Harcuriana extra ordinem comitia, in quibus Ornat. Procurator legit conclusionem die 5. latam, & quæsivit utrum, a quo,

& quomodo summa pecuniæ a M.o Petel Procuratore forensi prætensâ solveretur. Addidit negotium illud videri penitus dirimendum, et omnem adhibendam esse cautionem ne nova lis super ea re intentaretur. Præterea legit duas alias conclusiones in commentariis Venerandæ Nationes superius descriptas. 1.am quæ lata est Procuratore M. Gasparde Poitevin die 10 februarii 1720 quâ constat Venerandæ Nationis Professores dedisse potestatem offerendi libelli supplicis, eo consilio ut duo postularentur a supremo Senatu, 1.o ut iis liceret toga rubrâ indutis in publicis supplicationibus procedere, et ea toga eandem haberet formam quam habet toga Quatuorvirorum. 2.o ut hac togâ ornati procederent eo ordine quo vocantur a Bidello apud Maturinenses. Legit aliam conclusionem latam die 2. Augusti 1721. Procuratore M. Simeone Hobey, quâ declaratur potestatem datam a Venerandâ Natione M. Fournier Procuratori forensi defendendæ litis ad togas rubras spectantis. Quibus auditis placuit summam centum et quinquaginta libellarum cum aliis subsequentibus prædicto M. Petel a fidelissimo Quæstore Nunciatuum solvendam, et nominavit Deputatos M. Bonnejoye et Barencon Professores in Lexovio qui huic negotio invigilarent, non autem summas M. Fournier Procuratori Venerandæ nationis debitas, quæ ex ærario Ven. Nationis persolvi debent, & ita ab Ornatissimo Procuratore conclusum fuit.

Rouget

Die 17. ejusdem mensis ornatissimus Procurator majoribus infulis ornatus, cum Amplissimo Rectore, et omnibus Universitatis Deputatis, orationem nuptialem quam eleganter et magnificè in honorem Regis Christianissimi Ludovici XV. et Reginæ augustissimæ pronuntiavit M. Balthasar Gibert antiquus Rector et Eloquentiæ Professor in Mazarinæo, in interioribus Sorbonæ Scholis audivit.

Rouget

Die 28 ejusdem mensis idem ornatissimus Procurator majoribus infulis ornatus, cum Amplissimo Rectore et Facultate Artium adfuit in Regia Navarra solemnibus sacris quæ sub invocatione Divi Caroli Magni imperatoris ibidem quotannis celebrantur, et elegantissimam et copiosissimam orationem quam de laudibus clarissimi Imperatoris habuit M. Martinus Du Mesnil Venerandæ nationis Exprocuratoris, audivit.

Rouget

Die Jovis 31 Januarii 1726 Amplissimus Rector cum omnibus Universitatis Deputatis et Adjunctis Regem et Reginam in Regia Marliacâ elegantissimis verbis salutavit, cereos more solito Universitatis nomine offerens, tum illustrissimum Condæum Principem Regni administrum.

Die sequenti primâ februarii Parisiis Serenissimum Aurelianensium Ducem, illustrissimum regiorum Sigillorum Custodem, denique Primum Supremi Senatus Præsidem, qui omnes suam erga Universitatem et Litterarium ordinem benevolentiam eleganter et amanter testificati sunt. Cæteris, quod abessent, cerei inter manus Janitorum sunt relicti, ~~sunt~~.

Rouget

Fevrier Die Sabbati 9. mensis Februarii habita sunt ordinaria Venerandæ Nationis in Harcurio comitia, in quibus Ornat. Procurator exposita elegantia et dignitate quâ se gessit Amplissimus Rector in salutandis

1726.

Rege & Regina, Aulicis Principibus et Magistratibus primariis in solemni cerevorum deferendorum apparatu, quæ omnia a Venerando Ordine cum Lætitia audita sunt, exposuit se a fidelissimo Quæstore vocatum ad numerandas pecunias quas habebat præ manibus ad Nationem Venet. pertinentes, tum sub finem Decembris, tum sub finem Januarii novissimè elapsi, tum ad expendendas accepti et expensi rationes a 28. Junii 1725 ut inde diminutio monetarum dupliciter facta L. Die Januarii et 1. Die Februarii cognosceretur; Quæ omnia diligenter a se procuratore peracta fuisse, et statum sibi ea de re a fidelissimo Quæstore communicatum, quem ultima die Decembris 1725 legerat, esse quoad omnia capita verum, esse. Quod ab universo venerandorum Tribulium ordine probatum est.

Rouet

Eodem die in comitiis generalibus Deputatorum apud Amplissimum Rectorem in Marchiano habitis Amplissimus Rector misit in deliberationem utrum sit e re Academica nec ne mutuò sumere Universitatis nomine, pecuniam, quanta satis sit, ad extruendum Bibliothecæ, quam sibi mox Rex Christianissimus concessit, domicilium; addidit nullum videri locum huic Bibliothecæ futuræ Collegio Sanbarbarano commodiorem, et convenientiorem, eo quod sit propius Universitatis fundus. Quæ res cum esset gravioris momenti, nec liceret Universitatis nomine mutuas sumere pecunias nisi ex autoritate Supremi Senatus, ac consentientibus et approbantibus singulis ordinibus, res, inquam illa ad deliberationem et judicium singularum Facultatum & Nationum remissa est concludente Amplissimo Rectore.

Rouet

Die Martis 26 Februarii 1726 habita sunt in aula Harcuriana venerandæ Nationis extra ordinem comitia, hora scilicet prima pomeridianâ, in quibus Ornatissimus Procurator dixit die Sabbati 9. hujus mensis, ab Amplissimo Rectore missum in deliberationem in Tribunali Academico, an esset e re Academica nec ne mutuo sumere pecunias nomine Universitatis ad extruendum Bibliothecæ futuræ a Rege sibi concessa domicilium in Collegio Sanctæ Barbaræ ad Universitatem pertinente; Remque illam ad deliberationem et consilium singularum Facultatum et Nationum remissam. Addidit Ovn. Proc. sibi commissum hac in parte ab Amplissimo Rectore negotium hunc exequi, et a se desiderari unius cujusque sententiam, ut eam primo quoque tempore ad Tribunal Academicum proximè futurum referat. Re missa in deliberationem & rogatis omnium sententiis, Observatum est 1°. non satis liquere, an illa res, quæ sanè tum Academiæ perhonorifica, tum ipsi quoque Regi dignissima totique Reipublicæ perutilis visa est, jam confecta sit; Præposterum videri quidquam ea de re statuere, quæ aut imperfecta, aut etiam fortasse nunquam omnino futura sit; adhuc enim desiderari Litteras quas Patentes vocant, quæ sint etiam in Supremarum Curiarum commentariis referenda &c 2°. his etiam suppositis, perpendendum esse an statim novas ædes extruere necesse sit, cum duas jam habeat Universitas in Collegio Sanbarbarano, quæ multa capere possint volumina, donec rei nummariæ provisum esse possit. Denique eam esse rationem ærarii Universitatis, ut nisi ipsi majori possit cautione parcatur, nunquam his impensis sit sufficiturum, cum ab annis compluribus solvendo non fuerit pensionem duobus ordinibus, Galliæ & Normaniæ debitam. Cæterum Venerandum Ordinem pensionem hanc

Academiæ sponte remissurum, si modò suam etiam unusquisque remiserit, ut ille reditus integer Academiæ servetur, nec inde quidquam priùs in ejusmodi rivulos unquam derivetur, quàm publicis Academiæ impensis quales in hanc Bibliothecam requiruntur, fuerit satisfactum; Quod nisi fiat periculum esse ne ærarium Academiæ prorsus exhauriatur. His igitur consideratis & maturè expensis, placuit venerando Ordini pensiones quaslibet ab Universitate pensitari solitas priùs aboleri, quàm quidquam de extruendis Ædibus statuatur, atque ita ab Ornatissimo Procuratore conclusum fuit.

II. Ornatissimus Procurator dixit significatum esse Amplissimo Rectori aut Syndico per apparitorem regium quendam Actum e Catalogis vecti-galium Regis, extractum quo Regii Exactores petunt ab Universitate, quæ tamen sub nomine prælaræ Artium Facultatis videtur hoc Actu contineri, Centum viginti millia librarum, et duos asses pro singulis Libellis, Pro vectigali Regi solvi solito a singulis Regni ordinibus initio sui Principatûs, quod quidem vectigal dicitur Vulgò, Le joieux avenement; Res illa quâ nulla unquam fortasse gravior extitit, remissa est ad vigilantiam Amplissimi Rectoris et Virorum Academicorum primi ordinis ut unà ad liberandam rem Academicam & Litterariam tanto metu & tanto onere concurrerent.

III. Ornatissimus Procurator proposuit se rumore publico cæpisse quosdam esse e Tribulibus nostris, contendentes se non contineri in numero eorum qui consuerunt summam M. Petel Procuratori forensi persolvendam, quæ revera persoluta est ex ærario Nuntiatum, eo quod, inquiunt, vel essent tunc temporis inter Baccalaureos, cum lis pro togis rubris dijudicata est, et eo nomine se Procuratori suo tunc suas defendenti persolvisse, aut nondum inter Tribules admissos, nec proinde aliquibus actibus subjectos; Ut ergo omnis controversia tolleretur, rem Proc. Ornat. in deliberationem misit. Omnes censuerunt, nullis reclamantibus, eorum omnium Gymnasiarcharum et Professorum, quorum causa communis, communem in expensis sortem esse debere, ac proinde omnes suam partem impensarum æqualiter solvere teneri, atque ita conclusum.

IV. Censor æquissimus (Magister de Chanteloup) dixit se à Venerando Ordine deputatum fuisse una cum Magistris Le Monnier, et De Laval (nunc Rector Universitatis) ut III. Articulum, qui est de inducijs Academicis, in comitiis Facultatis Artium apud Matavinenses die 14 Augusti habitis ab Amplissimo Rectore propositum perpenderent & ad venerandam Nationem quod sibi visum fuisset, referrent: se quæ Provinciæ nondum ideo satisfecisse quod cæteræ Nationes Deputatos super ea re non nominaverint: Quod si fecerint, rem illam facilè componi posse; Debere verò eo citiùs quod viri in Academia primarii subolerent id agi ut illa res ab iis neglecta quorum interest Senatus-consulto quoque sanciatur. Re in deliberationem missa placuit venerandæ Nationi adiri Procuratores ornatissimos aliarum Nationum, eosque rogari ut suam quisque Nationem ea de re consulat. atque ita conclusum

Mars. Die Sabbati Secundo mensis Martii in comitiis venerandæ Nationis habitis post sacrum celebratum Ornatissimus Procurator Regi

1726

praecedentem conclusionem quoad primum caput, quae confirmata est, deinde dixit amplissimum Rectorem in Tribunali Academico die Sabbati nono februarii retulisse de pecuniâ mutuò accipiendâ ad extruendum Bibliothecae munificentia regiâ concessae domicilium, deque consulendis super ea re Ordinibus, Re missâ in deliberationem Censuit Veneranda Natio nihil esse praeclarius hac munificentia vere regiâ, qua sibi tandem munus illud conceditur, quo tot retro saeculis dolet se caruisse; neminem esse, si modo aliquid habeat Academici spiritus, qui omni ope atque opera eniti non debeat, ut ea tanta res quam primùm conficiatur. Interea vero censet aerarii Academici rationes prius esse cognoscendas quam quidquam de pecuniâ mutuò accipienda statuatur, atque ita ab Amplissimo Procuratore conclusum fuit.

In iisdem comitiis actum est de rationibus accepti et expensi, quas ab anno nondum reddidit M. L'hermite, antea Quaestor Nunciatuum pro Gymnasiarchis et Professoribus particularis, quamquam saepius admonitus. Placuit eumdem praedictum Quaestorem adhuc semel admoneri per integerrimum Censorem, alioquin absente illo eius rationes expendi juxta declarationes in commentariis Quaesturae ab eodem factas, atque ita conclusum.

Rouget

Eodem die habita sunt comitia Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Marchiano, in quibus actum est de modo & formâ recipiendorum juramentorum, quae Librarii-Typographi primo quoque tempore Universitati juxta Decretum Sanctioris Consistoriani praestare pollicentur, omnes Deputati unanimi consensu eam ceremoniam omni pompâ, quae fieri potest, esse celebrandam, ac proinde omnes Deputatos majoribus infulis ornatos huic ceremoniae in Loco Majorum interesse debere censuerunt. Deinde actum est de pecuniâ mutuò accipienda ad Construendum Bibliothecae futurae domicilium; Quae res cum in deliberationem missa esset, S. Decanus Sacrae Theologiae dixit suam Facultatem non consentire de ulla pecunia mutuò accipiendâ, donec constiterit in quo statu sit aerarium Universitatis; Decanus Facultatis Jurium dixit nondum à se suum consultum Ordinem; Decanus Saluberrimae facultatis dixit nihil a sua Facultate statuendum judicari, nisi delineatio et designatio operis construendi praecesserit. Procurator Honorandae Nationis pecuniam mutuo sumendam, quanta satis sit, ad hoc opus construendum censuit. Procurator Fidelissimae Nationis nominavit Deputatos ad quaestionem expendendam. Procurator Venerandae Nationis Legit conclusionem superius Descriptam. Proc. Constantissimae Nationis idem cum Honoranda Natione censuit; unde super ea re nihil conclusum est, nisi delineationem et designationem operis construendi, quemcumque fors tulerit casum, inchoandam et tentandam.

Rouget

Die Sabbati nono ejusdem mensis Martii habita sunt Deputatorum Universitatis comitia in Loco Majorum apud Maturinenses per Mandatum Amplissimi Rectoris, horâ nonâ matutinâ, in quibus Bibliopolae et Typographi Parisienses, numero ducenti et quinquaginta circiter comparuerunt ante Academici Tribunalis Deputatos majoribus infulis ornatos, ubi postquam amplissimus Rector de Privilegiis Universitatis, de Sacramenti mox futuri obligatione et de Decreto Sanctioris Consistoriani die 10 Decembris 1725 lato, copiosâ oratione disseruisset, et meritissimus Syndicus in eamdem sententiam pauca dixisset, Tum scriba Universitatis legit alta voce, audientibus omnibus Bibliopolis et Typographis, formam Juramenti nouem articulis contentam, in cujus verba Universitati fidem praestare debent. Quae forma sic habet:

Juramenta per Universitatem antiquitus a Librariis-Typographis exacta.

1. Juras te profiteri Religionem Catholicam, Apostolicam & Romanam?
2. Juras te reverentiam, obedientiam et honorem exhibiturum Rectori et Rectoribus Universitatis, ad quemcumque gradum deveneris?
3. Juras te servaturum jura, usus, libertates universii studii Parisiensis, et ejus privilegia, quantum inte erit, defensurum?
4. Juras te officio Librarii Typographi Universitatis fideliter impleturum, et in eo implendo nomini nociturum, sive sit ille Magister, sive scholaris, sive civis, sive hospes?
5. Juras te nullos libros venales habiturum, nisi probatos, nullos omnino, qui sint contra fidem, Regem, aut regnum, aut contra bonos mores, aut famam cujusquam?
6. Juras te libros nullos seu novos, seu detritos usu empturum a quoquam, qui non sit sui juris, sive sit ille scholaris, sive servus, sive famula, juxta Senatus-consultum anni 1577?
7. Juras te nullum librum pro integro venditurum, in quo vel folium ullum desit, vel transpositum fuerit, nisi emptorem vitii admonueris?
8. Juras te servaturum articulos quatuordecim autoritate regia praescriptos Decreto Lato die 20 Decembris anni 1725?
9. Juras te supplicationibus Universitatis adfuturum, ut eodem decreto statuitur?

Quâ lectâ omnes Librarii-Typographi, nominatim per Catalogum vocati, primò Syndicus, tum Officiarii, denique omnes ordine antiquitatis, appositâ in Libro Evangeliorum dextera in haec verba juravere. Quo peracto unus ex illis elegantissimam habuit orationem Latinam, nomine totius Ordinis, qua Tribunali Academico gratias egit amplissimas, et aeternam Societatem et fidem cum Universitate omnium Litteratorum parente testatus est. Dequâ cum deliberatum esset, omnibus consentientibus, aeterna societas inter utrumque ordinem conclusa est.

Rouget

Die Veneris 15 ejusdem mensis Ornat. Procurator majoribus infulis ornatus adfuit publicis Universitatis supplicationibus, quas Amplissimus Rector per Mandatum publicum ad Aedem Deo sacram sub Invocatione sanctae Annae apud Augustinianos majoris Conventus indixerat, quibus supplicationibus omnes Librarii-Typographi ingenti numero et magnificentia interfuere.

Rouget

Die Martis 19 ejusdem mensis habita sunt comitia Deputatorum Universitatis apud Maturinenses ad aperiendum rotulum, in quibus pristinae denuntiationes et reclamationes ad conservanda Universitatis jura, more solito renovatae sunt.

Rouget

Die Mercurii vigesima ejusdem mensis Martii anni 1726 habita sunt comitia Gymnasiarcharum et Professorum in Aula Harcurianâ, hora scilicet prima pomeridianâ, in quibus actum est de sufficiendo generali Nunciatuum Quaestore in locum M. Balthasaris Gibert Eloquentiae Professoris in Mazarinaeo, qui jam provinciam hanc deposuit, deque audiendis ac discutiendis ejusdem M. Gibert rationibus. Re in Deliberationem missâ, rogatis auditisque omnium sententiis Placuit praedicto M. Gibert ob exantlatos ab illo hac in provincia Labores per ornatissimum Procuratorem et integerrimum Censorem, nomine Venerandae Nationis gratias agi quam maximas, Deinde illius rationes ab integerrimo Censore unâ cum fidelissimo Quaestore Nunciatuum Venerandae Nationis expendi, Denique rogari M. Antonium Alexandrum Le Vasseur humanitatis Professorem celeberrimum in Dormano-Bellovaco, ut illud munus, ad tres annos velit in se recipere, atque ita ab Ornat. Proc. conclusum est

Rouget

1726

Die Sabbati 23. ejusdem mensis Martii habita sunt comitia Venerandæ Nationis in Harcurio post Solemnia Missæ in memoriam M. Joannis Roannæi, quondam Venerandi Ordinis Decani celebratæ, in quibus Primò se stitit supplicem M. Navet Constantiensis pro Regentia et scholis titulo Baccalaureatus, qui unanimi omnium consensu in gremium Venerandæ Nationis admissus est & sacramentum more solito præstitit.

2° Ornat. Procurator exposuit se tandem feliciter ad finem annui Magistratus pervenisse, quo more majorum sibi successor sufficiatur. Et cum gratias egisset venerando ordini quas potuit maximas, ob collatum sibi tam liberaliter et amanter beneficium, supplex accessit ad munus procuratorium M. Hubertus Broquet, vir censorius, Gymnasiarcha Collegii Thesaurariorum vigilantissimus, socius Sorbonicus, qui unanimi omnium consensu Procurator nominatus et electus est. Totus Ordo venerabilis gratias egit ornat. Procuratori è suo magistratu decedenti, approbavit et confirmavit ea omnia quæ ~~idem~~ per annum ab eodem gesta sunt, ac simul eumdem Quadrumvirum more majorum elegit et nominavit, atque ita conclusum est. Deinde ambo sacramenta præsentibus et audientibus Tribulibus præstitere.

In iisdem Comitiis, consentiente et Præsidente Novo Procuratore electo, Exprocurator legit Conclusionem die 20. hujusce mensis novissimè elapso, Lata Gymnasiarchis et Professoribus latam, ut ab iisdem approbaretur, quæ confirmata est. Simul addidit se cum integerrimo Censore adiisse clarissimum M. Balthasarem Gibert, antiquum Nunciatuum Quæstorem, ut ei nomine Venerandæ Nationis gratias ageret quas posset maximas; Qui quidem huiusce novæ gratiæ amplitudine victus perennem ~~perennem~~ erga ~~venerandas~~ Gymnasiarchas et Professores observantiam et grati animi recordationem honorificentissimè testatus est.

Eodem die in Comitiis Facultatis Artium apud Maturinenses idem Exprocurator Quadrumvir confirmatus, renunciavit fasces Rectorios M. Joanni de Laval Eloquentiæ Professori celeberrimo & Emerito in Marchiano, unanimi Quatuorvirorum consensu fuisse prorogatos, cui utcumque gratulatus est.

Roubet

Acta Venerandæ Nationis Procuratore Magistro Joanne Jacobo Huberto Broquet Diacono Rothomagensi Sacræ Facultatis Parisiensis Baccalaureo Socio Sorbonico, et Collegii Thesaurarii Primario à die 23ª Martii Anni 1726 ad 24am Martii anni 1727.

Die vigesimâ tertiâ Martii anni millesimi septingentesimi sexti et vicesimi, mane post Sacrum in Sacello Sarcuriano ——— celebratum habita sunt Comitia ordinaria Venerandæ Nationis, in quibus omnium Tribulium erga me beneficentissimorum consensu, renunciatus sum Procurator; Magister Rouget è munere Procuratorio decedens Quadrumuir designatus, postquàm me jure jurando adstrinxit et ipse à me receptus est ad sacramentum de ritè obeundo munere Quadrumuiri:

Eâdem die apud Mathurinenses horâ decimâ in Comitiis ——— generalibus Præclaræ Facultatis Artium, Ven. Natio, me referente, prorogavit fasces rectorios viro clarissimo Contribuli nostro Magistro Joanni Louvilliard de Saval; decrevit ei literas commendatitias per quam honorificas; confirmavit Quadrumuirum Magistrum Rouget Exprocuratorem de Ven. Ordine optimè meritum, qui Rectorem Amplissimum gratulatoriâ prosecutus est oratione disertissimâ: præterea sex supplicibus indulsit V. Natio, et per me gratias egit Oratoribus et Poetis, qui facundissimis orationibus, et carminibus elegantissimis Academiam Parisiensem recens illustraverant; sed præsertim religiosissimo juxta et eruditissimo viro Dⁿ Carolo Rollin viro Rectorio ob egregium opus de ratione studiorum nuper in lucem editum, quod omnibus æquis rerum æstimatoribus maximè arridet: denique probavit omnino quæ proposueras clarissimus Syndicus de Literis testimonialibus petachi curvis Philosophici inscribendis in chartâ duplice nec angustâ.

Broquet.

Die Jovis quartâ Aprilis convenerunt in Sarcurium, convocante me, Primarii et Professores V. Nationis deliberaturi de quarumdam libium impendiis persolvendis. Actum est 1º de restituendâ fidei Quæstori Dⁿ Courteille summâ ducentarum libellarum, quam ex ære V. Nationi mutuam dedit Primariis et Professoribus, ut inde D. Petel, qui procuravit insorum causam de marmoreis fogis, de quâ plura leguntur in conclusionibus V. Nationis latis die ——— 5ª et 9ª Januarii anni præsentis 1726) darent operæ pretium. Quod cùm misissem in deliberationem, convenerunt omnes eam summam pecuniæ persolvendam esse Mense Julio

B.

proximè futuro M.o Courteille à M.o Le Monnier Quæstore suo, qui etiam continuò dato omnium nomine chirographo Fid. Quæstori istam obligationem contraheret, Atque cùm dixisset Fid. Quæstor eâ dilatione solutionis nullum detrimentum rebus v. Na.is inferendum esse, Ego Procurator ita conclusi.

Actum est 2.o de pendendis sumtibus litis in quâ pro v. Na.e d. Fournier, pro Fid.sâ verò Na.e d. Millin procuratores Forenses in Supremâ Parisiensis senatûs curiâ se stiterunt. Plerique censuerunt ex quartâ parte reditûs annui è nuntiatibus provenientis à M. Le Monnier nuper receptâ septingentas libellas esse deducendas; ex quibus ducentæ libellæ d. Fournier, quingentæ verò d. Millin pro parte impensarum ipsis debitarum numerarentur. Atque ita à me Procuratore conclusum est. M. Le Monnier Nuntiatuum Quæstor divisit Professoribus et Primariis, quam acceperat à Generali nuntiatuum Quæstore pecuniam.

Broquet.

Die Sabbati sextâ Aprilis Comitia ordinaria deputatorum Universitatis habita sunt in Marchiano apud Amplissimum Rectorem, in quibus 1.o auditus est unus supplex pro litteris Nominationis. 2.o Perpensâ causâ inter Primarium et Capellanum Collegii S. Michaelis, Lectis que statutis ejusdem Collegii decretum est 1.o, ut deinceps Capellanus honorem reverentiam et obedientiam exhiberet Primario. 2.o, ut excederent Collegio, nec ibi commorarentur, qui non forent Scholastici. 3.o ut Sacram Supellectilem deponeret Capellanus in arcâ solitâ, non autem eam in suo cubiculo servaret, cujus arcæ clavis penès ipsum maneret, eâ lege ut adesset, quocumque tempore peteret Primarius ante et post Scholam matutinam, suppeditaturus primario, quæ necessaria sunt ad celebrandum Sacrificium; 4.o ut Capellanus sponsorem daret intra octo dies; præstaret que Sacramentum in manibus Primarii, quale præscribunt statuta Collegii. 3.o Auditis Priore Choletæo et doctore Theologo Socio Choletæo ex unâ parte, ex alterâ verò juvene argumentante sibi debere pensitari ~~Bursæ~~ ui senatûs consulti lati anno 1706, suæ que nominationis &c. reditus Bursæ quam occupabat doctor ille Theologus, placuit juvenem supradictum esse illius Bursæ possessorem legitimum, ab ipsò que fructus illius percipiendos esse. Broquet.

Die 11.a Aprilis horâ sesquidecimâ habita sunt extrà ordinem Comitia deputatorum universitatis apud Am. Rectorem in quibus decretum est à N. bursam in collegio S. Michaelis validè non obtineri, et collegio restituendam esse à Primario dicti collegii summam eam pecuniæ, quam jusserat illi adolescenti tradi, ita ut recurrere posset Primarius ad illum adolescentem, qui tenetur damnum præstare. Broquet.

Die Martis 30ª Aprilis anni 1726 celebrata est Synodus Academica apud Mathurinenses horâ septimâ Matutinâ. Stiterunt se pro more Pastores vigilantissimi, et meritissimi Capellani qui ui Nominationis ab Universitate factæ sua beneficia obtinent. deinde D. de lépine filius et D. ut Cooptari possent in bibliopolarum Parisiensium Societatem, præstiterunt fidem Academiæ, ~~eo m~~ quemadmodum sancitum est decreto sanctioris interioris que Consilii lato die 10ª decembris anni 1725. Broquet.

Die 4ª Maji anni 1726, post sacrum habita sunt comitia ordinaria v. Nat.is in Fraeurio, in quibus v. Tribulibus propter beneficia in me collata, et in primis propterea quod munere procuratorio me cohonestarunt gratias egi breui oratiunculâ, quam dicere ad eam usque diem distuleram, eam tanti non esse ratus, ut ad illam audiendam comitia ex professo haberentur. deinde legi decretum à v. Nat.e latum die 4ª Aprilis, quod pro suo uendicarunt v. Tribules. 3º Meritissimus Exprocurator legit appendices nonnullas rationum accepti et expensi nuper editarum a Fid.º Quæstore Generali Universitatis, ex quibus patuitt.º tria millia libellarum, et amplius, accepta esse quæ non fuerunt expensa. 2º Pensionem annuam mille libellarum solui quinque ordinibus Academicis; minimè uerò honorandæ et v.dæ Nationibus. Nominati sunt M.r de Chantelou æquissimus censor, M. Courteille Fid.sus Quæstor, et M. Barençon uir Procuratorius, et Procurator v. Nat.is, qui cum honoranda Natione conferrent de tutiore et commodiore uiâ eo in negotio ineundâ. Et ita à me Procuratore conclusum est. Broquet

Eâdem die horâ primâ pomeridianâ habita sunt comitia ordinaria deputatorum Universitatis apud A. Rectorem, in quibus postquam auditi sunt plures supplices pro literis Nominationis, A. Rector legit libellum memorialem in formâ libelli supplicis offerendum Consilio regio consistoriano, ut, in lite quæ est inter Librarios Bibliopolas, Accensos æstimatores, et Notarios Regios de juribus suis in distractione Bibliothecarum, primùm Reipublicæ literariæ; 2º Bibliopolarum (qui jam jurisunt Academici) commodis et utilitati seruiat Universitas. decretum est illum supplicem libellum esse offerendum, postquam in certam formulam dispositus fuerit à causarum nostrarum actore apud consilium consistorianum. Broquet.

Die Lunæ 6ª Maii Anno 1726. habita sunt extra ordinem Comitia, conuocante me, Primariorum et Professorum V. Naᵗⁱˢ in Aulâ Theologicâ Harcurianâ, in quibus legi traditum mihi ab A. Rectore continens octo Articulos scriptum, cujus summa est: An Professor emeritus Beneficii reditûs annui Mille libellarum, [illegible] possessor pacificus percipere possit aliquam partem pecuniæ redeuntis ex Nuntiatibus, et quo titulo, et quâ ratione, et à quibus illam postulare et obtinere debeat. Re in deliberationem missâ placuit 1º. Scripti illius omnibus quorum interest dari apographa quorum impensas suppreditet reditus Nuntiatuum. 2º Sex deputatos scilicet M. Vadelorge Prodecanum, M. Pipon Professorem emeritum, M. Le Mosnier Fidᵉˢᵘᵐ Nuntiatuum Quæstorem M. Baslin Celeb. Phil. Prof. in Crassinæo, M. Chantelou æquiᵉˢᵘᵐ censorem, et Procuratorem Ornᵉˢᵘᵐ conferre inter se de propositis Articulis, illorum que sententiam ordini Vº. à me referri. Atque ita conclusi.

Broquet.

unum versum, unumque verbum deleui. Broquet

Die 8ª Maii anno 1726. post solemnes vesperas in peruigilio Sⁱ Nicolai, habita sunt in Harcurio comitia V. Naᵗⁱˢ, in quibus placuit perpendi à sex Clˢⁱˢ deputatis suprà memoratis tres alios Articulos, qui leguntur inferiùs sunt que 2ᵘˢ, 3ᵘˢ, et 4ᵘˢ, descripti in sequente decreto, et Claˢᵘᵐ deputatorum mentem à me Procuratore exponi in proximè habendis Comitiis. Atque ita conclusi. Broquet.

Die Lunæ 20ª Maii anno 1726. A. Rector cum deputatis lustrauit 1º Collegium Cenomanense. Vbi consedimus in Aulâ ejusce Collegii, M. Pourchot Syndicus Vniuersitatis contestatus est nè in consequentias trahatur. 1º Actus quo significauit M. viuant Cancellarius B. Mariæ per instrumentum juridicum in Cartâ Regio signo munitâ se uisitaturum Collegium Cenomanense; 2º. descriptio statûs Collegii, (seu, ut uulgò dicunt, Processus uerbalis) ab Ysabeau actuario Curiæ Officialis Parisiensis facta die Jouis 16ª Maii anno 1726, cui subscripsit M. viuant, et de mandato Ysabeau. Auditi sunt Primarius, Procurator et Bursarii prædicti Collegii, et controuersiæ quædam dilatæ ad diem quo habebuntur comitia ordinaria deputatorum apud Am. Rectorem.

2º. Lustratum est ab Am. Rectore et deputatis

Collegium Cardinalitium, in quo perhonorificè receptus Am. Rector legi curauit decretum supremi et interioris Consilii Consistoriani, quo asseritur Iurisdictio Tribunalis Academici in supradictum Collegium, qualis exercetur in alia Collegia Universitatis, prout sancitur ipsissimis verbis Art. 75 Conuentus Blesensis, et Capitis 70i Statuti Facultatis Artium anni 1598. Quaedam controuersiae dirimendae inter Professores et socios Cardinalitios rejectae sunt ad proxima Comitia deputatorum. Broquet

Die Sabbati primâ Mensis Iunii anno 1726 post Sacrum habita sunt in Sacello Sparcuriano Comitia V. Nat.is, in quibus retuli D. de Saillan uiduam, cui V. Natio locitauit aedes sitas in uico Stramineo, et D. Jogan, qui conduxit aedes, quae propriae sunt V. Nat.is in uico uulgo dicto Galande, postulare uariis de causis, quas exposui, pretium annuum locationis, quod pensitare solent imminui. Re in deliberationem missâ, censuit Ordo V. nihil immutandum; sed esse seruanda pacta conuenta, quae facta sunt eâ de re coram libellionibus regiis. Atque ita à me conclusum est. Broquet

Eadem die horâ sesqui septimâ habita sunt Comitia Primariorum et Professorum V. Nat.is in quibus renuntiaui Clar.sos deputatos (uno excepto M. le Mosnier, qui tum grauissimo laborabat morbo, ex quo pro uotis nostris felicissimè emersit) conuenisse in Thesaurarium die Veneris 24a Maii, rogatos que ut de quatuor Articulis, ad quos ponderandos a V. ordine deputati sunt, ferrent sententiam censuisse omnes.

Primò Professores emeritos, statim atque sunt possessores pacifici beneficii, cujus redituus annuus est mille libellarum, ipso facto excidere jure percipiendae Communis ex nuntiatibus portionis persolui solitae Emeritis Professoribus. Tria uerba deleui. Broquet.

2°. Sicut jam a V. ordine decretum aliàs fuit, Professores Emeritos, siue Parisiis, siue extra urbem Parisios ubicumque degant percepturos esse ratam portionem redituus ex Nuntiatibus.

3° A Fidelissimâ et Constantissimâ Nationibus postulandum esse, ut statum sit et certum apud illas, quod Professores actu regentes persolui sibi hoc nomine solitam pensionem in antecessum, id est tribus ante diem solutionis mensibus percipiant; Communem uerò tum actu regentibus Professoribus, tum emeritis portionem, ipso die in quem cadit solutio.

4° Fidelissimae et Constantissimae Nationibus renuntiandum, esse mentem V.i ordinis, ut Professores illarum Nationum nominati ex quo in percipiendâ ex nuntiatibus pensione pares

factæ sunt illæ Nationes cum honorandâ, et cum venerandâ, non acquirant Emeriti nomen et jura, nisi post uiginti annos laboris Academici.

Iris à me expositis re que in deliberationem missâ placuit standum esse clar^um deputatorum sententiæ, quam pro suâ uendicauit v^a Natio. Atque ita à me Procuratore conclusum est.

In iisdem Comitiis dixi fuisse die 29^a Maii ad me delatum nomine d^i Linguet Professoris humanitatis in Regiâ Nauarrâ et Quæstoris Nuntiatuum in honorandâ Na^e, instrumentum juridicum continens 1° exemplar cedulæ uadimonialis, quo die Maii 22° D^o Linguet coram urbano Prætore in Castelleto Parisiensi constituit diem d^us duham Licentiatus Theologus Socius Sorbonicus Professor emeritus Canonicus Insignis Ecclesiæ Cathedralis Virdunensis intendens sibi pensitari summam trecentarum trium et nonaginta libellarum, et quindecim assium sex que denariorum ex reditu Nuntiatuum, ut contendit, sibi debitam, quæ d^o Linguet sequestri data est. 2°. exemplum instrumenti juridici dati Aprilis proximè elapsi die 29, quo d^us Le Mosnier Quæstor Nuntiatuum in V. Na^e intercedit, ne quid ex illâ summâ d^us Linguet persoluat d^o duham. Subjunxi dum Linguet prædicto instrumento V. Na^i denuntiare, ut intercessionem d^i Le Mosnier uel infectam ipsa faciat, uel defendat, illud que negotium insistat. Rogaui sententiam v^os Tribules. Censuerunt perstandum esse in intercessione supradictâ factâ à d^o Le Monnier. Atque ita conclusi. Broquet.

Eodem die Sabbati primâ Junii horâ primâ pomeridianâ habita sunt Comitia ordinaria deputatorum apud Am. Rectorem, in quibus auditus est unus supplex pro literis Nominationis; et decretæ sunt habendæ supplicationes Uniuersitatis die jouis 13^a Junii. Broquet

Die tertiâ Junii anno 1726 horâ primâ pomeridianâ extra ordinem habita sunt Comitia v^æ Na^is in aulâ theologicâ Harcurianâ. In iis retuli alias nationes in Comitiis suis, aut jam declarasse, aut jam jam esse declaraturas quid sentiant de isto Articulo ab Am. Rectore M. Guillelmo dagoumer Præclaræ Artium Facultati ad deliberandum proposito die 14^a Augusti anni proximè elapsi, nempe, ut annis deinceps secuturis uacent à scholis Philosophiæ Professores die ultimo Augusti; cæteri uero cæterarum scholarum Professores die septimo septembris; protrahantur que induciæ ad diem diuo Lucæ sacrum: dixi que

expedire, ut pronuntiet etiam V^a Natio, quid de eo capite sentiat. Re ad deliberandum proposita et ponderibus omnibus examinata, audito que aequiss^o censore, Unanimi censuerunt omnes, nihil esse in induciis Academicis innouandum, sed standum esse recepta jam olim consuetudini, quam dilucidè explicat Tertius Articulus Gallicè descriptus in exemplo decreti Praeclarae Facultatis Artium lati die 14^a Augusti anni 1725, et Supremi senatûs publicâ authoritate comprobati die septimâ Septembris ejusdem anni, cujus ipsissima uerba sunt

Troisieme Article

A l'égard des vacances le Parlement est supplié de fixer les jours auxquels tous les Professeurs des mêmes classes seront tenus de se conformer, et d'ordonner, que les Physiciens pourront vaquer l'apres midi du premier Aoust.[tt] les Professeurs des autres classes l'après midi de la veille de St Barthelemy. Atque ita à me Procuratore conclusum est.

Broquet.

[tt] Les Logiciens l'après midi du neuuieme, veille de St Laurent; les Rhétoriciens l'après midi du treizième. B.

Die 12° Junii anni 1726 in aede deo sacrâ sub inuocatione S^i Hilarii mandatum est humo corpus M^gri Guillelmi Le Mélorel Constantiensis Emeriti Philosophiae in Harcurio Professoris. Floruerat in V^a Natione Procurator, Censor, Examinator, et tandem decanus: agens annum aetatis octauum supra octogesimum è uiuis excessit die 11^a ejusdem mensis. Veneranda Natio majoribus infulis decorata praeeuntibus clauigeris, Vigil^so Prouisore tribus que celeberrimis domûs Harcurianae Professoribus feretri angulos tenentibus uiri meritis^si exequias suâ praesentiâ cohonestauit. Broquet

Die 13^a Junii solemni ritu et comitatu processit Rector A. ad aedem deo sacram sub inuocatione SS. Geruasii et Protasii. Perhonorifice excepta est Academia a M^ro Feu pastore Vigil^so, qui sacrum obtulit. Broquet.

Die Junii 22° Comitia uno die anticipata habita sunt in Justitiano, in quibus post fusas preces pro piis manibus M. Joannis Roannaei, quondam in Statione Thesaurariâ Gymnasiarchae Vigil^si, et munificentissimi Decani V. Nationis, M. Duménil uir Procuratorius electus est omnium suffragiis in Quadrumuirum, qui fasces Rectorios proroget A. Rectori, aut nouum Rectorem creet: Sacramentum solitum, manu in Sacro Sancto Euangelio impositâ praestitit M. Duménil: Diest Sabbati sexta Julij designata est, quâ solemne sacrum horâ sesquidecimâ offeratur pro piis manibus M. Guillelmi le Mélorel decani V. Nationis. Denique M. Baslin, et M. de Chantelou Censor nominati sunt

deputati, qui nomine Ven. Nationis conueniant hodiernâ die apud Mathurinenses Honor. Nationem ab illâ postulaturi authenticum monumentum ejus conclusionis, quâ die decreuit liberam unicuique Honor. Procerum esse potestatem concedendi aut denegandi Mgro Duham eam pecuniæ traditæ sequestro Mgro Linguet partem, in quam quisque uocaretur, si nihil ex illâ pecuniâ reciperet Mgr Duham. dictum est etiam eosdem Clsos deputatos continuò ad Fidel. et Constant. Nationes adituros, earum super isto negotio Mgrum Duham spectante sententiam rogaturos. Et ita à me Procuratore conclusum est. Broquet.

Eâdem die horâ sesquidecimâ in Comitiis Præclaræ Facultatis Artium apud Mathurinenses, Ven. Natio confirmauit M. duménil Quadrumuirum manè electum, qui elegantissimâ oratione gratulatus est A. Rectori fasces Rectorios ipsi prorogatos: eam uerò prorogationem Rectoriæ dignitatis libentissimè confirmauit V. Natio: supplici uni indulsit: et ita ego Procurator conclusi. Auditi sunt etiam Clarsi deputati manè electi, qui retulerunt adiisse se ad Fidsam Nationem, quæ respondit nihil noui à se statui super negotio Mgri Duham; adiisse se ad Constantsam Nationem, quæ nouâ conclusione illicò factâ sanciuit, donum esse non debitum, quam concessit Mgro Duham ratam portionem ex nuntiatibus prouenientem. denique retulerunt deputati, non potuisse se Nationem Honoam conuenire, jam dissolutis illius comitiis.

Broquet.

Die 28° Junii anno 1726 habita sunt Comitia ordinaria in Sacello Harcuriano, in quibus post Missæ solemnia bene precatus sum piis manibus Mgri Joannis desauthieux, qui sacrum hoc ipso die celebrandum instituit sufficientibus assignatis reditibus. Quæ uir eximius contulerit in Vdam Nationem officia, et quæ ipsi Vda Natio bene memor rependerit præmia paucis retuli, benignè audientibus Tribulibus. designaui deinde Clarsos viros Mgrum Rouget Eloquentiæ in Montacutio Professorem Mgrum Barençon in Lexouio humaniorum Literarum Professorem, Mgrum Benet in Dormano Bellouaco, et Mgrum Le Monnier in Harcurio

Celeberrimos Philosophiæ Professores, qui mecum, et cum Sap.so decano, et æq.so censore, rationum accepti et expensi a Fidel.so Quæstore M.gro Courteille jam jam edendarum Expunctores essent. designaui quoque in examinatores Candidatorum Baccalaureatûs Artium M.grum Viel humanitatis, et M.grum Jeanne quarti ordinis in Grassinæo Professores, M.grum Petrum Franciscum Raffard de Marsilly Baccalaureum Theologum Socium Sorbonicum, et è Diœcesi Rothomagensi M.grum Josse sexti Ordinis in Lexouio Professorem. denique retuli M.grum Courteille non recusaturum Quæstoris Prouinciam hoc etiam anno suscipere; paratum quoque esse ad illud munus obeundum M.grum Andream Dupont Professorem Emeritum; et dixi non opus esse pluribus commemorare, quanta sit utriusque fides, et diligentia, solertiaque, in nostri ærarii administratione, quippè cùm illarum magno suo commodo cepisset experimentum V.da Natio: rem ad deliberandum proposui. Placuit omnibus Quæstorium munus prorogari M.gro Courteille, atque ita à me Procuratore conclusum est. Broquet.

Die 2.o Julii anno 1726 post sacrum deo persolutum sub patrocinio B. Mariæ Virginis à Sap.so decano, habita sunt comitia V.dæ Nationis, in quibus 1.o Sap.so decano, qui certis assignatis reditibus sacrum eâ die deinceps quotannis fieri instituit, gratias egi ob illius studium in V.dam Nationem eum uicissim amore singulari complectentem.
2.o legi consultum V.dæ Nationis, quo die tertiâ Junii proximè elapsi statutum est nihil in induciis Academicis immutandum esse, quod pro suo uendicauit V.da Natio, et gratum habuit libellum memorialem Supremis Magistratibus, libellumque supplicem supremo Senatûs Augustissimi Tribunali oblatum fuisse, nè supradictum consultum suum labefactaretur, et qui illud tuerentur jam nominatis adjunxit M.gros Bonnejoye, Baslin, et durand Celeb.mos Philosophiæ Professores.

3.o Retuli rationes accepti et expensi fuisse ab integerr.o Quæstore editas; illius ubique fidem et exquisitam diligentiam laudatas esse ab accurat.sis Expunctoribus; et comperisse nos acceptas ab illo fuisse mille et ducentas circiter libellas, quæ nondum sunt expensæ.

4.o Proposui ad deliberandum an imminuendum esset pretium annuum locationis ædium, quas

conduxit Dnus Jogan, et dª vidua de Saillan,
quam quidem imminutionem utrique enixè
postulat à dª oratione: Placuit nullam rationem
habendam esse postulationis dⁱ Jogan (sicut jam
ⁱ die Junii decretum fuerat) at annuum locationis
pretium quinquaginta libellis minus, quam ferant
pacta conventa, persolvendum esse à dª de Saillan
per conductionis conventum tempus quod superest.
5º. Rogavit sententias dominum Tribulium de
numero cereorum subministrandorum ad solemne
Sacrum die Sabbati proximâ pro piis manibus
Sgrⁱ decani olim Guillelmi le Chevrel offerendum,
et de sportulâ cæteris qui intererunt dispertiendâ.
Placuit, octo cereos vel ornatûs insignibus
ornatos suppeditari, distribuique sportulam
ordinariam et simplicem proceribus tum vel
alienum nationum: Atque ita à me Procuratore,
de secundo, quarto, et quinto capite supra descriptis,
Conclusum est. Broquet.

Die Mercurii 3ª Julii anno 1721 horâ 1ª pomeridianâ habita sunt in antecessum comitia menstrua Deputatorum apud M. Rectorem, in quibus retulit Am. Rector rescisse se Sacerdotem, qui in parœciâ Sti Medardi domicilium fixerat, Summam quadraginta quinque millium libellarum testamento legasse studentibus quibusdam, qui Nannetis vulgò vocantur, quique sic instituuntur, ut non in collegiis et academiis, sed in solâ domo Claromontanâ lectiones et philosophicas, et theologicas exhibeant: illis, quos fiant ad recipiendum ishio legatum, et alia decimo idonei, concessum esse Diploma Regium: hujus unam clausulam esse, ut audiant illi Nannetis alios professores quàm academicos, nempe in universitate Gradus consequerentur, spemerent officia Ecclesiastica, quæ minùs habent splendoris et infima sunt.
Dixerunt deputati omnes, quo Doctor quisque est eo magis demisse illum de se sentire, censuerunt-que tentandum esse omni ope atque operâ, ut illud Diploma Regium revocetur, aut saltem illa clausula deleatur et obliteretur.
Broquet.

Die veneris 5ª Julii horâ 1ª pomeridianâ in aulâ Physicâ sacrarii habita sunt a me indicta comitia de rationis ut quarta pars reditus ex nuntiabus provenientis virilim distribuerentur. Priùs tamen ex universâ summâ detracta sunt 10 ducenta libella, quæ

pensitarentur Fidel^so Quaestori juxta decretum
v^dae Nationis latum die 4^a Aprilis: 2° trecentae
libellae ad persoluenda impendia litis, de Nationatim,
ut aiunt, deliberando. Broquet.

Die Sabbati sextâ Julii hora sesqui decimâ v^da
Natio, ut publicum suae pietatis uectigal Sap^so
decano M^gro Guillelmo le Mélorel persolueret,
habuit in Sacello Harcuriano Comitia, in quibus
solemne sacrum pro piis manibus illius obtulit.
Pontificis et recentis decani personam cum insigni
pietate sustinuit Mgr Joannes de Vadelorge
celeberr^us Professor Emeritus in Lexouio, et antiquus
Procurator. Sub finem sacri domesticis et extra-
neis Proceribus Academiae, simul et Consanguineis
M^gri Guillelmi le Mélorel distributa est à
Quaestore Fidel^so ordinaria v^dae Nationis sportula.
Broquet.

Die Sabbati tertiâ Augusti, post sacrum deo persolu-
tum sub patrocinio B. Mariae Virginis, habita sunt
Comitia ordinaria v^dae Nationis in Sacello Harcuri-
ano, in quibus retuli nos cum Claris^sis deputatis
M^gris Baslin, Bonnejoye, et Durand accitos fuisse
ab Illustrissimo Supremi Senatûs Protopraeside,
atque apud illum, et à nobis, et ab aliarum Nati-
onum Praeclarae Facultatis Artium Procuratoribus
ornat^sis, et Claris^sis deputatis, pro uirili nostrâ parte,
propugnata fuisse consulta quatuor Nationum,
quibus statuitur nihil in induciis Academicis
innouandum: et haec nostra agendi ratio pergrata
fuit ordini v^do. Broquet.

Eâdem die horâ 1^a Pomeridianâ habita sunt
Comitia ordinaria deputatorum Vniuersitatis,
apud A. Rectorem in Marchiano, in quibus auditi
sunt et admissi 54 supplices pro literis Nominati-
onis. Broquet

Die decimâ quartâ Augusti anno 1726, apud
Mathurinenses habita sunt Praeclarae Facultatis
Artium Comitia, in quibus 1°. designatos à Merit^sis
Cancellariis tum B. Mariae tum B. Genouefes,
pro Magisterio Artium Examinatores M^grum
Joannem Vadelorge Professorem Emeritum, et v^dae
Nationis decanum, et M^grum Guyot du Mazzet
Baccalaureum Theologum elegit et nominauit
Natio veneranda.

2°. Rector Am. declarauit sibi ab Illustrissimo
Procuratore Catholico missum fuisse senatûs
consultum latum die 7^a hujusce mensis, quo
decernitur, ut Praeclara artium Facultas suam

ferat sententiam de tertio Articulo, die 14° Augusti anni superioris, ad deliberandum proposito à Mgro Guillelmo Dagoumer tum temporis Am. Rectore, nempe, ut, annis deinceps secuturis, uacent à Scholis Philosophiæ Professores die ultimo Augusti; cæteri uerò cæterarum Scholarum Professores die septimo Septembris; protrahantur que induciæ ad diem diuo Lucæ sacrum. Lectum est ab Accur.tore scribâ illud, de quo supra, senatûs supremi consultum; jussu que Am. Rectoris Nationes singulæ ad suas stationes secesserunt. Tum uerò exposui v.dis Tribulibus, quid jam die 3ª Junii, die 2ª Julii, et die 3ª Augusti ab ordine v.do fuisset actum in illo de induciis Academicis negotio, et suprà relatum Articulum tertium in deliberationem misi. Postquam auditus est Æquissimus censor, et quæcumque in rem sunt uentilata discussa que fuere diligenter, Censuit Natio v.da Nihil esse in induciis Academicis innouandum; sed standum esse jam olim receptæ consuetudini, quæ statutis non aduersatur, quamque dilucidè explicat tertius Articulus Gallicè descriptus in exemplo decreti præclaræ Facultatis Artium lati die 14° Augusti anni 1725, cujus ista sunt ipsissima uerba.

Troisieme Article

A l'égard des vacances le Parlement est supplié de fixer les jours auxquels tous les Professeurs des mêmes classes seront tenus de se conformer; et d'ordonner, que les Physiciens pourront uaquer l'apres midi du premier Aoust; les Logiciens l'apres midy du neuuiême ueille de St Laurent; les Rhetoriciens l'après midy du treizieme; les Professeurs des autres classes l'après-midi de la ueille de St Barthelemi. Atque ita à me Procuratore Conclusum est. Istud v.dæ Nationis consultum à me in Comitio Generali relatum fuit. Bi consentientes suarum Nationum sententias retulerunt tres alii Procuratores ornatissimi. Atque ita ab Am. Rectore conclusum est.

Broquet.

Eodem die horâ secundâ pomeridianâ, post vesperas solemnes in peruigilio festi Assumptionis B. Mariæ Virginis habita sunt v.dæ Nationis comitia, in quibus proposui ad deliberandum, numquid non essent nominandi deputati, qui consultum v.di ordinis latum matutinis horis tuerentur, etiam ineuntes, si foret opus, uiam juris. Censuit v.da Natio istam Prouinciam committendam esse celeber.ris Professoribus Mgris Barençon, Baslin, le Monnier et durand. Atque ita à me conclusum est.

Broquet.

Eodem die horâ quartâ pomeridianâ Am. Rector, facultatum superiorum decani, et quatuor Nationum Procuratores, adjunctique tum decanorum, tum Procuratorum, omnes induti majoribus infulis, è Collegio Marchiano vecti sunt ad Palatium Aurelianense, curribus sic dispositis, ut currus ille quem conscenderant quatuor Procuratores, proximè sequeretur eum currum quo vehebatur A. Rector cum tribus decanis. Ad portam Palatii steterunt currus: descendimus, eoque ordine processimus, ut adjuncti decanorum ipsorum lateri sinistro adhærerent; Procuratores Honorandæ et Fidel^sæ, hèm V^dæ et Constant^sæ Nationum, deinde eodem ordine bini sequebantur Procuratorum adjuncti. Cavædium, scalæ, Aulæ atro panno undequaque operta, in quo eminebant zonæ lugubres, cum Gentilitiis domorum Aurelianensis, et Badensis insignibus. In interiore cubiculo, in suggesto sub umbellâ jacebat corpus Nobilissimæ et optimæ Ducissæ Aurelianensis. Regii faciales induti subtus atrâ veste longiore, suprà verò brevi sagulo liliis aureis ornato capitioque, stantes ad angulos suggesti, sceptrum quod manu gerebant inclinaverunt in signum honoris, cùm sumus ingressi: Flexis genibus preces solitas fudimus pro piis manibus Excellentissimæ Principissæ, aquâ lustrali feretrum aspersimus, deinde redeundo processimus eodem ordine qui superiùs descriptus est; et exivimus è Palatio portâ in vico Richelio sitâ, ijsdemque conscensis curribus, ad Marchianum deduximus Am. Rectorem. Broquet.

Die 15^â Augusti anno 1726, sacris ritè peractis, Natio V^da commisit probatæ M^grorum Courteille et Barençon prudentiæ negotium d^i Jogan conductoris ædium V^dæ Nationis propriarum, qui in sui gratiam fieri postulat aliquam imminutionem pretii annui locationis. Broquet.

Die 7^â Septembris sacris in sacello Harcuriano peractis, pro regentiâ et scholis supplices accesserunt M^gri Ludovicus duval Presbyter Rothomagensis, et Quesnel Constantiensis, et in suum gremium libentissime illos admisit Natio veneranda. Broquet.

Die veneris 4^â octobris in aulâ Theologicâ Harcurianâ habita sunt horâ 1^â pomeridianâ convocante me Comitia V^dæ Nationis, ut quarta pars reditûs ex nuntiatibus provenientis viritim distribueretur Celeberrimis Professoribus. Broquet.

Die Sabbati 5ª Octobris anno 1726. post Sacrum deo persolutum sub patrocinio B. Mariæ Virginis, et Solemne Sacrum oblatum deo pro piis Manibus Mgri Cheron in sexto ordine Professoris in Harcurio, habita sunt Comitia Vdæ Nationis in aulâ Theologicâ Harcurianâ, in quibus Mgr Gabriel Franciscus Chéron Germanus frater illius viri de quo mox mentio facta est, ejus ingenuum Candorem et alias dotes eximias referens, ejusque successor designatus ab Exrectore Meritissimo Mgro Guillelmo Dagoumer Prouisore Harcuriano supplex accessit pro regentiâ et Scholis, et omnium uotis in gremium Vdæ Nationis admissus est. Audito deinde Integro Quæstore de Negotio di Jogan de quo jam fuerat actum die 15ª Augusti, Placuit dimittendam esse et condonandam dº Jogan, 1º summam 28 libellarum impensam ab Integro Quæstore, ut uiâ juris dus Jogan ad persoluendum adigeretur: 2º summam centum libellarum deducendam ex eâ quam debet dus Jogan pendere pro ultimo Trimestri conductionis ædium, quas ipsi locitauit Va Natio, ipsi dº Jogan esse condonandam, eâ tamen lege, 1º ut impleat tempus conductionis de quo conuenit inter vam Nationem et ipsum: 2º, ut nulla pars ipsi rependatur impensarum quas fecit ad construendas Scalas in officinâ, ad tabulas ad focum appositas, et ad alia domûs commoda, quæ tamen Scalæ, tabulæ et alia transeant omnia in dominium Væ Naois. Atque ita à me Procuratore conclusum est.
tt Eadem die.... Videbis pag. 388. reto. Broquet.

Die Veneris 11ª octobris habita sunt extra ordinem Comitia Deputatorum Vniuersitatis apud A. Rectorem in Marchiano, in quibus supplices duo, nisi fallor, admissi sunt pro literis Nominationis. deinde Mgr Besoigne uir Procuratorius postulauit actum sibi dari, 1º, quòd sisteret se tanquam Deputatum Honorandæ Nationis: 2º, quòd intercederet, nè Mgr Colleau Exprocurator uices Procuratoris gereret: 3º, quod hoc ipsum denuntiaret Mgro Colleau. In Causam Mgri Besoigne descendit Mgr Pourchot Syndicus titulo decanatûs in suâ Tribu Senonensi. Contrà uerò Mgr Colleau dixit, intercedere se, quominùs Mgr Besoigne Procuratoris partes sustineret, quas ad se pertinere dixit. Egressis litigantibus, Placuit, neque Mgrum Besoigne, neque Mgrum Colleau gerere in Tribunali Academico uices Procuratoris Honorandæ Nationis, quamdiu de utriusque jure liquidò non constaret

Broquet

Die 16ª octobris horâ 1ª pomeridianâ in Comitiis extraordinariis Deputatorum Vniuersitatis apud A. Rectorem in Marchiano tractata est primò lis mota inter Mgrum

Besoigne et Mgrum Colleau, et propter uadimonium à Mgro Colleau desertum, Mgr Besoigne quantùm petitor libello edidit, tantùm sententiâ abstulit, sedit que statim inter deputatos Vniuersitatis gerens uices Procuratoris Gallicanæ Nationis, scilicet Mgri Prudhomme electi in Procuratorem tronorandæ Nationis, quæ simul cum eo dispensauit de præstando juramento et gerendo munere Procuratorio, quod per totum hunc annum a Mgro Besoigne ultimo ex ordine Baccalaureorum Procuratore, grauibus de causis uoluit administrari, ita ut tamen reditus omnes procuratorii muneris a Mgro Prudhomme perciperentur. deinde auditus est D. de Gaujé conquerens quòd d. Arnaud cujus lectiones Philosophicas exceperat in Bajocæo, renueret ipsi concedere testimonium studii Philosophici litteris consignatum: impositum est d. de Gaujé onus probandi se assiduè Mgri Arnaud lectiones excepisse. Broquet

Die 23â octobris ++ Mgr Rouget Eloquentiæ Professor in Montacutio Pontificis et oratoris partes sibi à nobis demandatas, eximiè sustinuit et impleuit. Broquet. ++ diuo Romano sacrâ. B.

Die 25 octobris deposui in Tabulario Vdæ Nationis Codicem rationum confectarum et consolidatarum à deputatis Præclaræ Facultatis artium, accepti et expensi a Mgro Gibert (Eloquentiæ in Mazarinæo Professore) eo omni tempore quo fuit Quæstor generalis reditûs ex Nuntiatibus prouenientis. Broquet.

Die 26 octobris uno die anticipata sunt Comitia censoria habita apud Mathurinenses in quibus Mgr Blondel in Parochiâ S. Stephani de monte Pastor vigilantissimus, et d. Genouefes Meritissimus Cancellarius postulauit a Præclarâ Artium Facultate in procancellarium Mgrum de Bains (ejusdem Parochiæ Vicarium) in locum Mgri Cassé doctoris Theologi in sacrâ Parisiensi Facultate et Gymnasiarchæ Collegii Lexouæi, qui uiam uniuersæ carnis nuper ingressus fuerat, succedere. Grauem et elegantem orationem Meritissimi Cancellarii maximo plausu prosecuti sunt omnes quotquot aderant: singulæ Nationes in sua Comitia secesserunt: Vda Natio uotis omnibus annuit postulationi Meritissimi Cancellarii: similiter et aliæ Nationes: Mgr de Bains admissus in Procancellarium cum dignitate et venustate gratias egit Præcl. Artium Facultati. Deinde, cùm recessisset Meritissimus Cancellarius B. Genouefes, orationem habuit A. Rector de eligendis censoribus, legi que curauit ab accuratissimo scribâ epistolam Illustrissimi Regiorum sigillorum custodis, in quâ expostulatur, quòd quidam Professores pecuniarum aliquid accipiant pro inscribendis suorum auditorum nominibus in Catalogis: legitque plura capita disciplinæ. Cùm secessisset in stationem suam Vda Natio elegit in censorem Mgrum Martinum Duménil uirum Procuratorium cui candor in corde, et lepôres in ore uersantur: ait etiam Vda Natio ++ stans ad latus dextrum A. Rectoris, lævum tenente syndico. B.

se nullum cognoscere ex Professoribus qui sunt in suo gremio, qui eâ in re peccaverit: rogandum censuit M. Rectorem, ut scripto nobis traderet capita disciplinæ mox ab ipso proposita; quique illa expenderent una mecum, deputatos appellavit ellegitque Vadelorge decanum, Viel scribam, Duménil censorem, Barençon, Chantelou Le Sauvage, et Durand professores clarissimos: iisdem etiam deputatis curam dedit imposuit examinandi nonnulla disciplinæ capita proposita ab æquissimo Censore ellagistrabi exeunte, cui gratias egit pronuntiatque quòd censorium munus summâ æquitate, fide, et diligentiâ gesserit. Broquet.

Die Sabbati nonâ 8bris anno 1526 Sacrum rite persolutum est deo in honorem B. Mariæ Virginis horâ sesquisextâ matutinâ: postea Sacrificium incruentum oblatum est deo pro piis ellanibus obitûs Francisci Cassel doctoris in sacrâ facultate Parisiensi, socii quondam Thesaurarii, et Gymnasiarchæ in Sorbonâ; deinde habita sunt comitia in quibus admisit lubentissimè in gremium suum Magistrum Franciscum le Chevalier socium Sorbonæum, qui supplicem se stiterat pro regentiâ et scholis, titulo baccalaureatûs in sacrâ facultate. Tum legit [redacted] unus e Magistris ista disciplinæ capita. 1°. Ut nulli quâcumque de re sine censore deputentur; neque is deputatorum comitia promovere, iis interesse, discrepantium sententias cognoscere, atque ad 2dam orationem proximè sequentibus comitiis aut referre, aut dilationis, si qua sit, causam afferre teneatur. 2°. Ut in primariorum et professorum comitiis, in quibus ea unâ vocantur, quæ nonnisi ipsis perspecta satis esse possunt, non curata, quo anno censor est et ordine baccalaureorum, ex-censor pro censore sit. 3°. Ut ad redigenda in aliquem ordinem instrumenta Tabularii, censori copia fiat omnium eorum, ei quæ liceat secum ad illud opus invitare è 2dis Tribulibus, quos egregiam illam operam 2dæ nationi navare non pigebit. 4°. Curet censor, ut quicquid inde extrahi opus fuit aut erit, eò quàm primùm a se referatur. Quæ disciplinæ capita ut pote nova receptis quæ moribus sapienter inhibetis contraria, improbata sunt et rejudicata ab ordine Venerando: æquitâ à me Procuratore conclusum est.

Broquet

Eâdem die horâ jâ pomeridianâ habita sunt apud M. Rectorem in ellarchiano comitia ordinaria deputatorum Universitatis, in quibus 1° causam egerunt Mr Andry et Magister Joffroy doctores in salutiferrimâ Parisiensi facultate in quâ decanum se

Probavi librorum scriptum vocalium. Broquet.

esse uterque contendebat: quippe Mgr Andry inualidam asserebat et irritam esse electionem Mgri Joffroy in decanum Saluberrimæ Facultatis factam die 2â hujusce mensis. Auditis partibus, decretum est validam esse superiùs scriptam electionem Mgri Joffroy in decanum Saluberrimæ Facultatis, at inuitandam esse Saluberrimam Facultatem, ut Mgro Andry decanatu exeunti concedat pro more Censorium munus, rogandum que esse Mgrum Afforty, ut pacis conciliandæ causâ cedat munere illo Censorio jam ad se delato. 2o. Plures qui se stiterunt pro literis nominationis supplices admissi sunt. 3o. Sancitum est diem dici nomine Syndici Universitatis, quibusdam Magistris in Artium Præcl. Facultate quibus discipuli pensionem annuam dant in uictum et institutionem, quibus objicitur, quod inuadant in jura ludi-magistrorum, quod que conuictores suos mittant in scolas collegiorum non Academicorum. 4o. Mgr Gillet in Supremâ Curiâ Senatûs Parisiensis Patronus nominatus est in Patronum Consiliarium Universitatis. 5o. Remotus est Mgr Collot intercessione quâ intercessit decreto aduersùs ipsum lato in ultimis Comitiis deputatorum, et retentus est Mgr Besoigne in exercitio muneris Procuratorii. 6o. dictum est ex ærario Academico quingentas libellas mutuò dandas Primario Hubantino (ad instaurandas ædes Collegii uulgò dicti de Aue Maria) quæ Universitati restituentur post paucos dies, ex eâ summâ pecuniæ, quam permittit Tribunal Academicum, ut dictus Primarius mutuò sumat ad sui Collegii ædium instaurationem. Broquet.

die 16â Nouembris Comitia habita sunt in Sacello Harcuriano horâ 9â matutinâ, in quibus parentatum est piis Manibus Mgrorum Michaelis le Bouc et Antonii Mauger Tribulium nostrorum. Broquet

die 21 Nouembris res diuina peracta est in honorem B. Mariæ Virginis deo in Templo oblatæ. Broquet.

die 23â Nouembris horâ pomeridianâ Conuenerunt in Marchianum deputati uiri Clarissimi in Comitiis censoriis ex omnibus Nationibus ad perpendenda Capita disciplinæ in iisdem Comitiis ab A. Rectore proposita quid censuerint de illis capitibus infrà statim subjicitur. Broquet.

die 24 Nouembris dictis solemnibus in peruigilio Sæ Catharinæ vesperis horâ secundâ pomeridianâ habita sunt Comitia Vdæ Nationis in Harcuriano, in quibus dixi. S. decane, Vdi Tribules, At quatuor Nationibus Præclaræ Facultatis Artium in Comitiis censoriis habitis die 26â octobris apud Mathurinenses nominati sunt Viri meritissimi, qui expenderent

diligenter ea Capita, quæ tùm fuerunt ab A. Rectore proposita. Clarissimi illi deputati in Marchiano congregati apud A. Rectorem, ab eo audiuerunt, eam esse mentem Illustrissimi Regiorum Sigillorum Custodis Summorumque Supremi Senatûs Magistratuum, ut omnino gratis inscribantur nomina Scolasticorum in Catalogis; ut que singuli Professores doceant iis horis et diebus, quos leges et decreta designant. Secesserunt in diuersas stationes singularum Nationum deputati, ea que fuit Vdæ Nationis deputatorum sententia. 1°. Ut omnes et præsertim Philosophiæ Professores in Catalogis excipiant omnino gratis nomina ~~[illegible]~~ auditorum suorum. 2°. In oculis et ore omnium, post initium et ante finem Scholæ discipulos nomina sua inscripturos. 3°. Ut quolibet anno Catalogi deferantur ad Accuratissimum Scribam Vniuersitatis in peruigilio Natalis domini pro primo Semestri, et pridie Calendas Maias pro secundo Semestri, sicut tertio Calendas Nouembres anno 1695 à Præclarâ Artium Facultate jam olim statutum est. 4°. Ut ultimo die, quo licebit Auditores nomina sua in Catalogis inscribere, Primarius cujusque Collegii in Scholas se conferat, et singulos nominatim appellet discipulos, tùm que palam Catalogis subscribat. 5°. Ut A. Rector pro suâ singulari prudentiâ, suo que eximio in rem Academicam studio curet, adhibitâ etiam, si ità expedire judicauerit, æquissimorum Censorum operâ, Primarios inuigilare diligenter, ut Professores, ji que maximè qui legunt in Collegiis, quæ non sunt pleni exercitii, assiduè legitimo que tempore doceant. 6°. denique ut hæc omnia sanciantur decreto Præclaræ Facultatis Artium, quod ita singulis Primariis et Professoribus denuntiabitur, ut illius tabulæ publicè non proponantur. de his ita expositis Vdorum Tribulium rogaui sententias. Censuerunt omnes standum esse Clarissimorum deputatorum suprà relatæ sententiæ. Atque ita à me Procuratore conclusum est. Broquet.

probaui lituram unius uerbi. B.

Die 25ª Nouembris horâ undecimâ matutinâ post sacrum solemne deo oblatum in honorem D. Catharinæ habita sunt in Sacello Harcuriano Comitia Vdæ Nationis, in quibus legi decretum pridie factum, quo statuitur ut omnino gratis excipiantur in Catalogis nomina auditorum à clarissimis Professoribus, ut que quinque alia Capita superiùs descripta obseruentur. Placuit et probatum est omnibus illud decretum quale superiùs descriptum est.

Broquet.

Eâdem die sabbati 5â octobris anno 1726. (vide pag. 385 verso)
horâ primâ pomeridianâ habita sunt in Marchiano apud
A. Rectorem Comitia ordinaria deputatorum Universitatis,
in quibus multi stiterunt se supplices pro litteris Nomina-
tionis. Broquet.

Die 8â octobris anno 1726, solemni ritu et Comitatu
processit A. Rector ad aedem deo sacram sub invocatione
SS. Cosmae et damiani. Perhonorificè excepta est Academia
a Vice-pastore Vigilantissimo, qui rem divinam peregit.
Broquet.

Die Jovis 10â octobris horâ 8â Matutinâ sacris ritè
peractis, bene precatus piis Manibus Mgri Joannis Roannaei
decani quondam Vdae Nationis munificentissimi et Gymnasi-
archae in Thesaurario designavi Mgrum Rouget Expro-
curatorem Celeberrimum in Montacutio Eloquentiae Profes-
sorem, qui die 23 praesentis mensis divo Romano Patrono
Vdae Nationis, sacro, Pontificis et oratoris partes sustineat:
Mgrum verò Martinum Duménil virum Procuratorium,
qui nomine Vdi ordinis suadeat et persuadeat viro clarissimo
Mgro Foubert doctori in sacrâ Parisiensi Facultate
à me designando, ut die Virgini deiparae Conceptae sacrâ
Augustum offerat sacrificium, simul et Virginem illibatam
pro pio more Vdae Nationis, eâ quâ plurimâ pollet
facundiâ laudet. Accesserunt duo supplices, pro munere
quidem Quadrumviri Mgr Vadelorge decanus; Mgr verò
le Troc, pro nominis sui in album Vdae Nationis relati-
one. Rogatis, dictis que sententiis, electi sunt viri clarissimi
à me designati; admissi que supplices solitum in manibus
meis sacramentum praestitere. Broquet.

Eâdem die horâ 10â matutinâ habita sunt apud Mathu-
rinenses ordinaria Comitia praeclarae Facultatis Artium,
in quibus A. Rector post perpolitam et elegantem
orationem, quam habuit in laudem nuper fato functi
Michaelis Morus viri Rectorii multis titulis, sed pluribus
meritis ornati, postulavit, ut grata et rata haberentur
quaecumque gessit in suo Trimestri Magistratu, confirma-
rentur quadrumviri matutinis horis electi, et de quinque
supplicibus fieret deliberatio. Secessere singulae Nationes
in sua quaeque loca, et re à me in deliberationem missâ,
Vda Natio grata et rata habuit, quaecumque gessit
A. Rector in suo trimestri Magistratu, eoque nomine
decrevit illi literas Commendatitias perquàm honorificas.
confirmavit Mgrum Vadelorge Quadrumvirum matuti-
nis horis electum: probavit omnino disertam A. Rectoris
orationem in laudem Mgri Morus, dixit que sibi
placere, ut illa inscribatur in commentariis Universitatis:
quatuor supplicibus indulsit, rejecit supplicationem clerici
Vasionensis, qui postulabat immunitatem ab onere
scribendi, ob pectoris imbecillitatem, quâ olim laboravit.
In Comitiis generalibus retuli sententiam Vdi ordinis.
deinde egressis è conclavi Quadrumviris, Mgr Vadelorge
disertâ prosecutus est oratione gratulatoriâ Mgrum
de la Val, ob fasces rectorios ipsi prorogatos. Quam

prorogationem in gratiam sibi charissimi et de Academiâ universâ optimè meriti Tribulis factam lubentissimè confirmauit Natio veneranda atque ità à me Procuratore conclusum est. Broquet.

Die Sabbati 2ª decembris horâ septimâ matutinâ res diuina in Sacello Harcuriano peracta est in honorem Virginis deiparæ. Broquet

Eâdem die horâ primâ pomeridianâ habita sunt in Marchiano Comitia ordinaria deputatorum Universitatis, in quibus pauci obiterunt se supplices pro literis Nominationis. Broquet. vide pag. 385. verso. die veneris, &c.

Die 5ª decembris horâ 1ª pomeridianâ dictæ sunt in Sacello Harcuriano vesperæ solemnes in peruigilio diui Nicolai. Broquet

Die 6ª decembris horâ 11ª matutinâ, celebrato, ut moris est, solemni sacro ad festum diui Nicolai, Procuratorem suum Natio secuta est exoratura ~~Pontificem~~ M. Foubert Doctorem Theologum, à nobis designatum pontificem ~~et~~ oratorem, ad solemnia maxima conceptæ Virginis deiparæ; cui, per Mgrum Martinum Duménil diserté supplicanti, pro insitâ comitate spopondit sese uir clarissimus. Broquet.

+ probaui literam unius uocis. B.

Die 9ª ejusdem mensis, ipse acceptissimus Nationi Pontifex Mgr Foubert, cum pridiano uesperæ officio de more præisset, Augusto perfunctus sacrificio, conceptæ sine labe virginis encomium, lectissimis sententiis adornauit. Amplissimus Rector matrem venerandam, et Marianum oratorem suâ præsentiâ cohonestauit. Posterioris uesperæ officio præsedit, ut assolet, Pontifex Romanalium. Broquet.

Die 11ª decembris, factæ sunt supplicationes totius Universitatis in æde sacra deo sub inuocatione Sti Jacobi de alto passu diuinam rem peregit Pastor vigilantissimus pietate simul et ueritatis amore conspicuus. Broquet.

Die 14ª ejusdem mensis solemne sacrum in honorem B. Mariæ virginis celebratum est in sacello Harcuriano; scilicet ad hanc usque diem fuerat dilatum, quod yâ mensis die primo sabbato mensis, horâ yâ matutinâ rei diuinæ interfuisset apud FF. Prædicatores, ut moris est, præclara Facultas artium. Broquet.

Die 16ª decembris horâ yâ matutinâ sacris ritè peractis, comitia habita sunt ordinaria Vdæ Nationis, in sacello Justitiano, in quibus postquam benè precatus fui piis Manibus Mgri Joannis Roannæi olim decani Vdæ Nationis, Quatuor uir electus est Mgr de Préfontaines humanitatis in Cardinalitio Professor, et sacramentum solitum præstitit. Broquet.

Eâdem die horâ 10ª matutinâ in comitiis habitis apud Mathurinenses, Vda Natio grata et rata habuit quæcumque gessit Rector A. in suo trimestri Magistratu; confirmauit Quatuor uirum matutinis horis electum; septem supplicibus indulsit; lubentissimè confirmauit fasces Rectorios prorogatos A. Rectori Mgro delaual suo; denique in comitiis centuriatis retulit per me, decretum

sex capitibus constans à Sorbonam die 24ª novembris
supra descriptam; cumque hres alii ornatissimi procu-
ratores huic decreto similia suarum orationum rebus dixere
conclusum est a celeberrimo Rectore dño Guillelmo
Dagoumer qui vices Archetoris periculosè ægrotantis gerebat
conclusum est illa decreta de inscribendis omnino gratis
et palam discipulorum nominibus in catalogis, esse
in commentarios Universitatis referenda. Broquet.

Die 31ª decembris post oblatum sacrum pro filiis illustribus
omnium electorum tribuliun defunctorum habita sunt
in sparcurio comitia ordinaria hac oratione, in quibus
actum est de instaurandis ædibus quas tenet da
de Saillan, et de collocandâ domo in quâ habitat dus
Grégoire utrumque iisdem negotium commissum est
prudentia electorum courterille et Barençon, et ita à me
procuratore conclusum est. Broquet.

Die secundâ januarii, anno 1729, habita sunt comitia,
indicente me, primariorum et professorum Vae orationis,
horâ primâ pomeridianâ, in aulâ theologicâ sparcuriana,
in quibus placuit, ex quartâ parte reditûs anni
exuntibus mox à dño le Monnier recepta deduci
libellas actum et ædificia deducenda esse ad solvenda
impendia litis in quâ dus Fournier pro Vâ oratione
procuratorem forensem stitit se in supremâ parisiensis
senatûs curiâ. Atque ità à me procuratore conclusum
est 2º. Legi postulata dñi le vasseur quæstoris
generalis exuntium, et Universitatis, quæ sic se
habent. Le Receveur General des messageries prie
très humblement messieurs les principaux et professeurs
de donner a monsieur leur Receveur, ou a tel autre
qu'il leur plaira, un pouvoir suffisant pour examiner
et arrêter la Recette qu'il a faite jusqu'a présent
suivant la procuration qui luy en a été passée le
29 mars 1726. Il se flatte, que ce Compte en l'état
ou il est présentement peut se terminer sans aucune
difficulté, et en très peu de momens. Il semble même,
que rien n'empêche, que celuy qui aura le pouvoir
de l'arrêter, ne le fasse à chaque quartier, et n'en
donne décharge au Receveur General, qui le demande
instamment, et qui outre qu'il a interêt d'être déchargé,
n'a pas le temps de suivre de longues discussions,
ou il seroit peut-être a craindre, qu'il n'en fallut venir,
si la reddition de son Compte souffroit malgré luy du
retardement. Quand chacun de mrs les Receveurs
particuliers aura vérifié le dit Compte, ils quatre
réunis ensemble se trouvent d'accord, il semble, que
la sureté des oblations seroit suffisante, sans qu'une
plus nombreuse députation fut nécessaire. ce 29 de
Décembre 1726.

Thomas dñi Le Vasseur

Ac in deliberationem ellisâ, et ponderibus omnibus
examinatâ, quantùm petitor libello edidit, tantùm
donum primariorum et professorum sententiâ absolvit:
atque ità à me procuratore conclusum est. Broquet.

Die Sabbati quartâ Januarii horâ septimâ matutinâ Res diuina peracta est in sacello Harcuriano. Broquet.

Eâdem die horâ primâ pomeridiana habita sunt Comitia ordinaria deputatorum Vniuersitatis, apud A. Rectorem in Marchiano, in quibus nihil grauioris momenti tractandum occurrit. Broquet.

Die 28 Januarii Præclara Facultas Artium majoribus infulis decorata interfuit solemni sacro, quod horâ 10ª matutinâ celebratum est sub inuocatione diui Caroli Magni, in Regiâ Nauarrâ.

Die Veneris 31ª Januarii, anno 1727 A. Rector cum deputatis Vniuersitatis et adjunctis Cereum obtulit nomine hujusce Academiæ Principis Illustrissimo Sigillorum Regiorum Custodi, et tùm supremi Senatûs, tùm Magni Consistorii, tùm Curiæ Computorum, denique Curiæ Subsidiorum Præsidibus Illustrissimis. Gratias egit A. Rector Ill. Regiorum Sigillorum Custodi, ob egregiam illius beneuolentiæ, quâ prosequitur Vniuersitatem nostram edita testimonia, ei que dixit Rector A. Certam nobis spem esse, fore ut, ipsius curâ et patrocinio, pollicitationes de instituendâ Academicâ Bibliothecâ plenum sortiantur effectum; definiatur que, Gradibus Academicis acquiri jus in Beneficia Flandrica. Illustrissimo Supremi Senatûs Principi dixit R. Amp^sus, fore ut in ipso Columen et præsidium inueniant Regni Sanctæ Libertates eò firmius, quòd majoribus conatibus impugnentur. Cæteros Protopræsides aptis, et rebus personisque conuenientibus omnino uerbis allocutus est A. Rector. Responderunt omnes peramanter et honorificè; et in primis Augustissimi Senatûs Protopræses Illustrissimus D^nus Portail his uerbis, Si quid Scientiâ, autoritate, meritis uè polleo, totum illud Academiæ uestræ acceptum refero; tanti que beneficii memoria nunquàm è meo labetur pectore. Broquet.

Die primâ Februarii, anno 1727 A. Rector, Comitantibus deputatis et adjunctis in Regiâ Marliacâ Cereum obtulit Augustissimo Regi, cui in summis potentiâ et opibus, paternum in subditos animum gratulatus est, atque etiam institutorem Eminentissimum, qui, ait A. Rector, Te Princeps optimè, nos que natiuis coloribus expressit in publico sui in te grati animi testimonio. Rex [illegible] orationem A. R. Serenâ et Apertâ facie, gaudium uultu declarans audiuit. Colendæ modis omnibus Reginæ Rector A. laudauit eximiam in Deum Regemque pietatem, quam aliæ benè multæ virtutes exornant, in primisque humanitas et modestia singularis. Hæc Reginæ uerba fuere. Plurimùm debeo A. Rectori et Academiæ Principi, quòd de me tam gratiosè sentiat. Eminentissimum Cardinalem Floræum, his inter alia uerbis A. Rector allocutus est. Gratias tibi agit Academia nostra, quòd charissima pignora Illustres

Nepotes tuos illius curæ et diligentiæ commiseris instituendos; quod etiam glorieris te insignitum esse illius Gradibus, quos innoxios esse ea quam præ te semper gessisti modestia euidentissimè demonstrat. Hoc fuit perpolitum responsum Emin. Cardinalis. Ob eum honorem, quo me prosequimini eo magis Academiæ Parisiensi deuinctum me profiteor, quod minùs ille debetur meis aut meritis aut titulis: si quid ambio, id in primis ut integrum suum splendorem asseram Academiæ tanti faciendæ. Broquet.

die 2ª Februarii sacris ritè peractis horâ undecimâ matutinâ habita sunt comitia ordinaria Vdæ Nationis in sacello Harcuriano, in quibus dixi, Regio decreto, mense Nouembri 1726, grauibus de causis lato, non exiguam reditûs annui partem detrahi, illis omnibus, qui jus habent percipiendi ad alicujus hominis uitæ tempus reditus annuos ex uectigalibus, juberi que, ut in Tabulis, quibus oppignerata sunt vectigalia illorum redituum annuorum dominis, illi appositâ manu coram libellionibus Regiis testentur notam et probatam esse sibi illam sui reditûs imminutionem; porrò in dominio Vdæ Nationis esse pensionem annuam ex vectigalibus ad tempus uitæ Mgri Baslin percipiendam; proindeque delegandum esse aliquem ex Vdis Tribulibus, qui nomine Vdæ Nationis subscribat reditûs illius imminutioni Regis decreto sancitæ. Statuit Vda Natio, ut illius pensionis detractioni nomine suo manum apponeret Mgr Courteille Quæstor integerrimus. 2º. dixi absolutum esse tempus factæ a Dº Grégoire conductionis posticæ partis ædium in dominio Vdæ Nationis sitarum, quarum anticam partem tenet Dus Jogan, in uico uulgò dicto Galande: at uerò mentem non esse Dº Grégoire illam eandem ædium partem conducere, nisi pretium locationis imminuatur centum libellis in singulos annos, atque sic ut deinceps quingentas duntaxat libellas singulis annis pendere teneatur. Re in deliberationem missâ censuerunt omnes è re esse Vdæ Nationis, his conditionibus pacisci cum Dº Grégoire, ad octo annos tresque menses, quorum initium ducatur à die primâ julii præsentis anni. Atque ita à me Procuratore conclusum est. Broquet.

die Sabbati octauâ Februarii incruentum sacrificium deo O. M. oblatum est horâ circiter septimâ pro piis Manibus Mgri Joannis Goyer, et horâ septimâ cum semisse pro piis Manibus Mgri Nicolai le Page.

Eadem die horâ 1ª pomeridianâ habita sunt in Marchiano apud A. Rectorem ordinaria deputatorum Vniuersitatis comitia, in quibus 1º admissi sunt tres supplices pro literis Nominationis, titulo Magisterii in Artibus et quinquennii. 2º. decretum est ad conseruanda Vniuersitatis jura, nomine ejus Mgrum Le Vasseur intercessurum esse ne Præconis uoce uenum eat domus Principis de Pons, donec uniuersitati factum sit satis, ~~et~~ census debitæ reliquiæ persolutæ sint. 3º. Mgr Lory consultissimæ

Facultatis Decanus, Mgr Besoigne honorandae Nationis Vice-Procurator Orn. et Mgr Broquet Vdae Nationis Procurator à Tribunali Academico delegati sunt, qui etiam cum Magistratu exierint, curent exhiberi sibi rationes redituum Collegii Vbantini vulgò dicti de l'Aue Maria, quique rebus hujusce Collegii invigilent. Broquet.

Die Sabbati 15ª Februarii justa funebria persoluta sunt in Sacello Harcuriano horâ sesquisextâ matutinâ 1o Mgro Carolo Huard. 2o Mgro Carolo Guedeville. Broquet.

Die Sabbati 22ª Februarii, postquam parentatum est 1o piis Manibus Mgri Joannis Piot. 2o Mgri Joannis Hamel, horâ circiter octavâ matutinâ admissus est in gremium Vdae Nationis Mgr Nicolaus Hulard doctrinâ, pietate, morumque hùm integritate, tùm suavitate commendabilis. Broquet.

Die Sabbati 1ª Martii horâ sesquisextâ res divina in Sacello Harcuriano peracta est 1o in honorem B. Mariae Virginis. 2o pro piis Manibus Mgri Petri Jourdain. Broquet.

Eadem die horâ primâ pomeridianâ habita sunt in Marchiano apud A. Rectorem deputatorum Vniversitatis ordinaria comitia in quibus 1o tres admissi sunt supplices pro literis Nominationis. 2o placuit consulendum esse Mgrum Godefroy Patronum Vniversitatis in supremo consistorio, An debeat Academia Parisiensis intervenire liti inchoatae inter dum de Valory, et dum de Herenne super praebendâ et dignitate decanatûs in Ecclesiâ collegiatâ Sti Petri apud Insulas; an in eo negotio res agatur Graduatorum Parisiensium; et quae forma litis esset instituenda. 3o decretum est Primarium et Procuratorem Collegii Cenomanensis expositu-ros, quae sit conditio redituum et rerum Collegii sui coram A. Rectore et deputatis Vniversitatis, ab A. Rectore advocari. Broquet.

Die Sabbati 8ª Martii Sacrum oblatum est horâ sesquisextâ matutinâ in Sacello Harcuriano pro piis Manibus 1o Mgri Thomae Despériers. 2o Michaelis le Blond Viri Procuratorii, de Vda Natione bene meriti. Broquet.

Die Martis 11ª Martii horâ 7ª matutinâ habita sunt apud Mathurinenses comitia ordinaria deputatorum Vniversitatis, ad aperiendum Rotulum. Admissus est unus supplex pro literis Nominationis titulo magisterii in Artibus et quinquennii. Broquet.

Die Sabbati 15ª Martii horâ sesquisextâ matutinâ parentatum est piis Manibus 1o Mgri Petri Aubert, 2o Mgri Michaelis le Charpentier, in Sacello Harcuriano. Broquet
tt v. p. 391. verso.

Die Sabbati 22ª Martii post rem divinam peractam pro piis Manibus 1o Mgri Jacobi Moisant, 2o Mgri Philippi le Baron, habita sunt in Sacello Harcuriano comitia Primariorum et Professorum Vdae Nationis,

horâ sesqui septimâ matutinâ, in quibus dixi Mgrum Douté, cùm Decanus esset Saluberrimæ Facultatis, studiosissimum et utilissimum adjutorem, pro eâ quâ pollebat apud Serenissimum Regentem gratiâ, uenisse Præclaræ Artium Facultati, cùm ab optimo et æquissimo Rege postularet ea ex Nuntiatibus suis reditus ad uictum necessarios suppeditari Professoribus Academicis, ut illi commissos sibi juuenes gratuitò docerent et instituerent: A Præclarâ Artium Facultate, in primis que à vdâ Natione captari dudum occasionem pro talibus officiis gratiam parem Mgro Douté referendi: Ratam ex reditu Nuntiatuum portionem, quæ in annos singulos persolui solet singulis Professoribus emeritis, Mgro Douté ad ipsius uitæ tempus oblatam fuisse beneficè, et ab illo abs re suâ omissiore non acceptatam esse; eam nunc filio ejus natu minori Amando Douté summâ rerum inopiâ presso opportunissimè posse concedi: In Comitiis Clarissimorum Primariorum et Professorum vdæ Nationis extrà ordinem à me indictis, et habitis in Sacello Harcuriano horâ sesquiseptimâ matutinâ die 15â præsentis mensis decretum jam fuisse, eâ ratâ suprà dictâ Emeriti Professoris pensione subleuandam esse egestatem dicti Amandi Douté dantis operam studio Grammatices in Collegio Marchiano; et curam mihi ab ordine vdo fuisse demandatam inquirendi et commiscendi consilii cum aliis Ornatissimis Procuratoribus de ratione impendia in educationem illius pueri conferendi, quæ foret Præclaræ Artium Facultati commodior, honorificentior et acceptior: Existimasse autem Rectorem Amplissimum et ornatissimos Procuratores, omnibus Clarissimis Primariis et Professoribus maximè probandam esse eam sententiam quæ sic se habet:

Que par reconnoissance des seruices que Feu Mr Douté a rendus a Messieurs les Principaux et Régens de la Faculté des Arts, les dits sieurs Principaux et Régens conuiennent d'accorder a Amand Douté son second fils étudiant actuellement en seconde au College de la Marche, une part de Professeur Emérite a perceuoir sur le reuenu des Messageries, a commencer au premier de Janvier mil sept cens uingt sept, pour aider a l'entretenir jusques a la fin du cours ordinaire de ses études Academiques faites et poursuiuies par luy, sans aucune interruption de sa part: Et sans que la dite portion de Professeur Emérite puisse être distraite ou employée a autres choses quelconques, qu'a l'éducation, entretien, et études du dit Amand Douté: de laquelle portion d'émérite les deniers seront employez et déboursez par Mr le Receueur Général

des Messageries, suivant sa prudence, pour les fins cy-dessus marquées; sans qu'il soit tenu d'en rendre compte à d'autres qu'aux Sieurs les quatre Receveurs particuliers, et députez pour receuoir son compte, qui en alloüant son compte, luy alloüeront aussi l'employ des dits deniers, sur sa simple déclaration. Ladite Concession faite encor a cette Condition, et non autrement, que toute discussion ou contestation, qui pourroit suruenir au sujet de l'employ des dits deniers sera portée deuant Monsieur le Recteur, et Messieurs les quatre Procureurs, pour être par eux statuée ce que de raison.

Re in deliberationem missâ sententiæ suprà Gallicè descriptæ assensi sunt omnes ad unum. Atque ità à me Procuratore Conclusum est. Broquet.

Die Martis 18° Martii ritè processit Academiæ ad ædem Deo sacram sub inuocatione Sancti Joannis Baptistæ in Grauiâ piè supplicaturæ pro cunctis rebus nobis et cæteris omnibus hominibus secundùm Deum necessariis. Rem diuinam operatus est Pastor vigilantissimus, qui Academiæ matri suæ luculentissimâ oratione, quod ad ædem cui præpositus est processisset, gratias egit. Broquet.

Die Lunæ 24° Martii post oblatum sacrificium pretii nostri in memoriam Mgri Joannis Roannæi de quo sæpiùs mentio recurrit jucundissima, atque etiam post vespertinum de Annuntiatione B. Mariæ Virginis celebratum officium, habita sunt in sacello Harcuriano ordinaria vdæ Nationis comitia, in quibus, vdis Tribulibus propter munus Procuratorium peramanter in me collatum gratias egi quàm qui maximas; rogaui que, ut majorum exemplo Quadrumuiri partes exeunti mihi demandarentur, tùm supplices pro munere Procuratorio stiterunt se Mgr Ludouicus Nicolaus Durand vir censorius et Celeberrimus Philosophiæ Professor in Mandinalitio, Mgr que Petrus Le Monnier Nuntiatuum vdæ Nationis Quæstor integerrimus, Celeberrimus Philosophiæ Professor in Harcurio, vir etiam censorius, qui cùm recessissent è comitiis, vdus ordo grata et rata habuit quæcumque à me per annuum Magistratum gesta sunt, uoluit me esse Quadrumuirum, et in Procuratorem ornatissimum elegit uincentem numero sufragiorum Mgrum Petrum le Monnier, qui non tantùm hanc principem Vniuersitatem, sed etiam Regiam Scientiarum Academiam suâ uirtute doctrinâ que exornat et illustrat. Atque ità à me Procuratore conclusum est. Deinde receptus à me ad Sacramentum Procurator ornatissimus mox electus, me Quadrumuirum designatum uicissim ad jusjurandum recepit.

Broquet.

Eadem die 24ª Martii horâ 10ª matutinâ, confirmatâ apud Mathurinenses Quatuorvirorum electione, id unanimes Quatuor-viri fecimus, quod omnibus erat in votis, quod è re et è splendore erat Academiæ prorogantes Rectorium honorem Mgro Joanni Couvillard de la Val Amplissimo Rectori, Celeberrimo Eloquentiæ in Marchiano Professori Emerito, cui munus amplissimum prorogatum, rudi, sed simplici, vero, et ab omni assentatione alieno eloquio sum gratulatus. Broquet.

Acta.

Venerandæ Nationis Procuratore Magistro Petro Le Monnier Philosophiæ Professore In Collegio Marcuriano

Die Lunæ 24 Martij anni millesimi septingentesimi vigesimi septimi, manè horâ sesquidecimâ matutinâ, habita sunt apud Mathurinenses Generalia præclaræ facultatis artium Comitia, in quibus Venerandæ Natiõis per me Procuratorem matutinis horis electum, valdè probavit quæcunque Gesserat Amplissimus Rector Magister Joannes de Laval Eloquentiæ Professor in Collegio Marchiano contribulis noster, eique hoc nomine Litteras commendatitias perhonorificas libentissimè decrevit. 2° Sec. Supplicum votis annuit. 3° Confirmavit Quadrumvirum manè electum Magistrum Joannem Jacobum Hubertum Broquet, Diaconum Rothomagensem, socium Sorbonicum, Collegij Thesaurarij Primarium, Exprocuratorem suum, Et singulari suâ in rebus gerendis prudentiâ de Ordine Venerandæ bene Meritum. 4° Circa Negotium ab Amplissimo Rectore propositum, Postulante meritissimo Universitatis Syndico M. Edmundo Pourchot, utrum scilicet expediat necne ut Professores facultatis artium actu Regentes Licentiam in superioribus facultatibus decurrant, Nominavit deputatos M.M. Routtel Licentiatum Theologum et Philosophiæ Prof. in Collegio Marcuriano, de Chantelou Humaniorum Litterarum Professorem in Sorbonæ-Plessæo, et David Baccalaureum Theologum, qui simul cum Amplissimo Rectore, ornatissimis Procuratoribus et aliarum Nationum deputatis, de re propositâ privatim deliberarent, et quid sentirent, postea coram Venerandâ Natione declararent, ut quid æquum et justum sit statuatur. Denique fasciam Rectoriorum prorogationem Amplissimo Rectori unanimi consensu factam à Meritissimis Quatuorviris, lubentissimo animo confirmavit, ac amplissimas egit gratias Quadrumviro Suo Magistro Broquet, quòd oratione disertissimâ Rectori Amplissimo ob munus prorogatum fuisset gratulatus. atque sic à me fuit conclusum

Le Monnier

Die 27.ª Martij, horâ septimâ matutinâ Veneranda Natio congregata fuit apud Mathurinenses, et ibi sacrum factum est pro pijs Manibus M. Rodolphi Odonis sacerdotis, quondam venerandæ Nationis Primi Apparitoris; quo peracto, in claustro Mathurinensium, supra illius tumulum preces fusæ sunt à Sapientissimo Decano M. Vadelorge venerandisq; tribulibus.

Die Sabbati 29. Martij horâ septimâ Matutinâ, sacrum oblatum est in sacello Harcuri'ano pro pijs Manibus M. Petri Collé Rothomagensis, et M. P. Le Merre Constant.

Avril. Die 5.ª Mensis Aprilis, horâ sextâ Matutinâ, habita sunt ordinaria Ven. Nat. Comitia, in quibus post sacrum solitum, et postquam pie parentatum est manibus Magri Joannis Laisné Ebroicensis, nominati sunt M.M. Guture de Chantelou et Le fevre, qui cum Ornatissimo Procuratore Pro-Prætorem Parisiensem adirent, ipsum rogaturi, ut quam primùm dirimeret litem ortam venerandum Ordinem inter et hæredes D. Duban de pecuniâ quæ manet sub custodiâ fidelissimi Nuntiaturæ Quæstoris honorandæ Gallorum Nationis.

Eodem die, horâ post Meridiem primâ, celebrata sunt solita Deputatorum Universitatis Comitia in Marchiano apud Amplissimum Rectorem, in quibus auditi sunt duo Supplices pro Litteris Nominationis. Deinde auditi sunt Gymnasyarcha, Procurator et Bursarij Collegij Cenomanensis de ijs quæ pertinent ad rationem reditum, et de disciplinâ quæ in illo Collegio servatur. Primarius conquestus est 1.º pecuniæ summam sex millium libellarum juxta Computum postremò perpensum, examinatum et probatum Residuam, invito se, fuisse alienatam. 2.º Bursarios esse pervicaces et Academicæ disciplinæ impatientes, et hac de re libellum Supplicem obtulit. Procurator et Bursarij reposuerunt 1.º Alienationem supradictæ pecuniæ summæ factam fuisse autoritate Illustrissimi Cenomanensium Episcopi, Consentientibus Procuratore et Bursarijs omnibus dicti Collegij. 2.º sibi communicandum esse libellum Supplicem nuper oblatum ut Primarij querelis Respondere valeant. Re in deliberationem missâ, placuit omnibus Universitatis Deputatis 1.º diligenter inquirendum esse à Gymnasiarchâ num tutò collocata fuerit illa pecuniæ summa, ut si periculum aliquod exinde immineat Collegio, rescindi possit illa alienatio. 2.º Nominatus est M. Besoigne gerens vices Procuratoris honorandæ Gallorum Nationis, qui Bursarijs, oblatum libellum Supplicem communicaret, et de querelis Primarij penitiùs disquireret. Atque sic fuit ab Amplissimo Rectore Conclusum.

Die 26.° horâ sextâ Matutina interuentum sacrificium oblatum est pro prijs Manibus M. Caroli Susenne D'Epinay Rothomagensis et M. Ludovici Tricotel Lexoviensis. Deinde Relatum à me fuit quid censuerint Omnium Nationum Deputati circa Negotium in Nuperis comitijs Generalibus ab Amplissimo Rectore propositum apud Mathurinenses die 24 Martij; nimirum nihil à præclarâ Artium facultate hac de re Statuendum esse, quia si quidam Professores Licentiam in Superiori facultate decurrentes, minùs accuratè suo fungantur officio, sunt Primarij à quibus moneri possunt, quique, si monitis non obtemperent, adire possunt Amplissimum Rectorem, qui pro suâ autoritate illos ad officium compellere poterit; immo maximè invitandos et alliciendos esse Juniores Professores facultatis artium, vt, postquam munus suum adimpleverunt, pro cujusque sagacitate et propensione alij rebus Theologicis, alij vtrique Juri, alij Medicinæ operam dent; hinc futurum vt si Præclara artium facultas consulatur circa ea quæ pertinent ad Superiores facultates, habeat in sinu suo, qui sententiam apposite ferre possint; hac viâ solâ, gloriam et splendorem Præclaræ facultatis stare et vigere posse: tum Rogatis, dictisque sententijs, omnes vnanimi consensu Deputatorum sententiæ adhæserunt atque sic à me conclusum est. Le Monnier. 1.

conclusio maximi momenti.

Die 3.° May horâ sextâ Matutinâ, post sacrum solitum aliud oblatum est pro prijs manibus M. Ludovici Lignard Baj.

Eodem die horâ post Meridiem 1.ª habita sunt ordinaria Comitia Deputatorum Vniversitatis apud Amplissimum Rectorem in Marchiano, in quibus 1.° tres Supplices admissi sunt pro Litteris Nominationis. 2.° Sancitum est vt Primarius Collegij Rubantini (vulgò de l'Ave Maria) monitis primùm, deinde, si opus fuerit, autoritate Supremorum Magistratuum compelleretur ad exhibendum statum dicti Collegij. 3.° Primarius, Procurator et Bursarij Collegij Cenomanensis jussi sunt nihil non moliri, vt D. Lejay, qui per annos 1725 et 1726 Procuratorium munus in illo Collegio gessit, et postea Curiatum suscepit, quamprimùm rationes suas redderet: tum ijs promiserunt Vniversitatis Deputati fore vt, post ejusmodi rationes exploratas, Præscripto suo componerent dilbidia omnia Primarium inter et Bursarios orta, tum circa dicti Collegij Reditus, tum circa disciplinam. 4.° D. Langlois Causarum Patronus nuperis Comitijs electus in Advocatum Vniversitatis in Curiâ Prætoris et Pro-Prætoris Parisiensis, ad Sacramentum fuit admissus. 5.° Placuit omnibus Vniversitatis Deputatis, vt Amplissimus Rector vnà cum alijs Antiquis Rectoribus in Paroecia Sti Stephani de Monte commorantibus, in festo Corporis Christi proximè futuro, vmbellam, quâ Corpus hoc venerabile tegitur, deferret: eâ tamen conditione, vt quindenis tantum annis, aut circiter id contingeret, ne ob impensas his in casibus faciendas nimiùm grauaretur Vniversitas.

Die 8.° Maij horâ primâ post meridiem, supplex accessit vir clarissimus Franciscus Ludovicus Nicole Ebroicensis, Magister in artibus, postulans vt in Gremium Venerandæ Nationis exciperetur et docere posset in tertio ordine Collegij Grassinæi: Audito æquissimo Censore de supplicis Referente; Lectaque Presentatione factâ à Vigilantissimo dicti Collegij Gymnasiarchâ, supplicantis votis vnanimi Tribulium omnium consensu annuit veneranda Natio. atque sic à me conclusum fuit. deindè idem supplex ad Sacramentum admissus est. Le Monnier. 1.

Die 13.° Maij, horâ post Meridiem sesqui-quartâ, Ampl. D. Rector, Sapientissimi Decani, Ornatissimi Procuratores, et singulorum adjuncti, in Collegio Mazarinæo congregati; et Majoribus insulis ornati, præeuntibus quatuordecim Apparitoribus, ad Palatium Comitum processerunt, ibique lustralibus aquis Serenissimi Principis Comitis Corpus asperserunt; et eodem ordine ad Collegium Mazarinæum regressi sunt.

Die 7.° Junij, horâ sextâ Matutinâ, post Sacrum, habita sunt Ordinaria Ven. Nationis Comitia, in quibus 1.° exposuit fidelissimus Quæstor M. Courteille, viduam Saillant, quæ domum vnam Ven. Ordinis conduxerat, ad eas rerum suarum angustias fuisse redactam, vt pactam pensionem annuam quadringentarum triginta libellarum persolvere non posset; ipsamq; enixe postulare, vt eadem domus alteri conduceretur: subjunxit deinde virum clarissimum adesse Causarum in Curiâ Chasteleti Procuratorem conductionem ejusdem domûs petentem sub conditione quadringentarum tantum annuæ pensionis libellarum, idq; per sex annos, et solutionis sexcentarum bliarum libellarum pro debito residuo supradictæ Viduæ. Rogatis hac de re Tribulium sententijs, omnes vnanimi consensu illius Causarum Procuratoris votis annuerunt: tum M. Courteille, et M. Barençon nominati sunt, qui juridicum locationis actum confecerent. 2.° dixit idem fidel. Quæstor domum aliam ven. Nationis nuper conductam à D. Gregoire Causarum in suprema Galliarum Curiâ Procuratore, aut resarciendam, aut denovo Reædificandam esse. rogatis, dictisque sententijs, vnanimi quoq; consensu, ijsd. M. Courteille et M. Barençon facta est plena potestas, ea omnia circa domum hanc statuendi et exequendi, quæ magis expedita viderentur. atque circa vtrumque illius caput sic fuit à me conclusum.

Le Monnier. 1.

Die 17.° Junij Amplissimus Rector cum numeroso comitatu processit ad ædem Deo sacram sub Invocatione S.ti Nicolai e Carducto.

Die 23.° Junij Habita sunt V. N. Comitia in Justitiano horâ 6.a Matutina, in quibus postquam pijs manibus Magistri Joannis Roannei parentatum est, Magister Martinus Dumesnil Electus fuit Quadrumvir.

Eodem die horâ sesquidecimâ, habita sunt apud Mathur. ordinariæ Præclaræ facultatis artium, in quibus Magister Du Mesnil Quatuorvir renuntiavit, Magistro Joanni de Laval unanimi consensu prorogatos fuisse fasces Rectorios: quæ prorogatio à Veneranda Natione lubentissime fuit confirmata.

Le Monnier

Die 28.° Junij, horâ sextâ matutina, ~~[illegible]~~ habita sunt V. Nat. Comitia, in quibus, postquam bene precatum est pro pijs manibus Mag. Joannis Des Authieux, quondam in Tertio ordine Professoris in Harcurio. 1.° nominati sunt M. Beloeil Lexoviensis, M. Crevel Bajocensis, M. Navet Constantiensis et M. Le Hoc Rothom. qui Candidatos artium pro Bacchalaureatu tentarent. 2.° Nominati sunt, M. Rouget, M. Barencon, M. Prefontaine et M. Josset qui unà cum Orn. Proc. sapientissimo Decano, et æquissimo Censore, perpenderent et examinarent Rationes accepti et impensi, à fidelissimo Quæstore M. Courteille quamprimum reddendas.

Die 5.° Julij, horâ sextâ matutina, habita sunt In Sacello Harcuriano, Comitia ordinaria ven. Nat. in qbus post sacrà peracta, retulit Ornat. Proc. perpensis et examinatis rationibus fidelissimi Quæstoris, penes ipsum esse summam duorum millium libellarum et amplius.

Die Jovis 14.° Augusti, horâ sesquidecima matutina habita sunt apud Mathurinenses Comitia Præclaræ facultatis artium. in quibus, nominati et Electi sunt in Examinatores Licentiandorum in artibus, M. Vigneral apud Cancellarium Beatæ Mariæ Virginis, et M. Hulart apud Cancellarium Beatæ Genovefes.

Die 7.° Octobris Amplissimus D. Rector, cum numeroso Comitatu solemniter processit ad ædem ff. Charitatis.

Die 10.° Octobris horâ septimâ matutina, post sacrum habita sunt ven. Nati. ordinaria comitia in Harcurio, in quibus Electus est Quadrumvir, M. Gaspar Poitevin Philosophiæ Professor in Dormano-Bellovaco.

Eodem Die horâ sesquidecimâ habita sunt ordinaria Comitia Præclaræ facultatis artium, apud Mathurinenses, in quibus unanimi consensu et applausu Electus est et confirmatus in Rectorem Amplissimum Magister Petrus Viel fidelissimus Universitatis Scriba et Contribulis noster.

Le Monnier.

Die 23ª Octob. divo Romano sacrâ, in quinto Ordine Professor in Sorbonæ Plesseo Magister Ingout Pontificis partes eximiâ pietate, et oratoris munus eruditione singulari sustinuit.

Die 27ª Octob. in Comitijs Generalibus Præclaræ facultatis artium apud Mathurinenses habitis, M. Robertus Barençon Humanarum litterarum Professor in Leaovio electus fuit censor.

Die 8ª Novembris, horâ septima Matutina, habita sunt in Harcurio, ordinaria V. Nat. Comitia, in quibus post sacra rite peracta, exposuit Orn. Proc. multos quidem munus secundi Apparitoris ambire, at unum inter cæteros eminere, Joannem Pequeuil, tum ob suam in rebus pertractandis sagacitatem, tum ob singularem in characteribus quibusque legendis et exarandis solertiam, tum ex eo quòd sit filius Sororis Magistri Vadelorge venerandæ Nationis Decani; quamobrem et V. Nat. rebus, et Contribulium ergo sapientissimum Decanum observantiæ consultum iri, si non scrutinio, ut moris est, sed de plano et voce non scriptâ fieret ejus electio. Re in deliberationem missâ, unanimi omnium consensu viva voce electus est Joannes Pequeil, qui secundi Apparitoris in ven. Natione munus obiret atque sic à me fuit conclusum Le Monnier. 1.

Q. 14 fevr. 1726.

Die 2ª Decembris horâ primâ post meridiem, habita sunt extraordinaria V. Nat. Comitia in Collegio Harcuriano, in quibus Magistri Courteille et Barençon, qui fuerant ab Ordine venerando nominati, ut simul cum aliarum Nationum Deputatis expenderent, quænam sedes ordini cuique competerent in ea novâ Mathurinensium Aulâ recens magnificè ornatâ, in qua nunc Generalia habentur totius Universitatis Comitia, retulerunt Nationum Deputatos inter se hac de re non consentire; alios siquidem velle ut antiquus sedendi modus retineatur; alios verò censere eam sedendi formam, quæ servata fuit anno 1682, cùm à Supremo Senatu Deputati, generalibus Universitatis Comitijs interfuerunt, solam esse legitimam: subjunxerunt deinde posteriorum sententiam sibi magis arridere. Re in deliberationem missâ, Major pars Contribulium censuit, Amplissimum Rectorem, non è regione sedis suæ, ut fieri solebat in Aulâ veteri, sed in sua sede esse debere: deinde conveniens esse, ut ad Ampl. Rectoris dextram sedeant Decanus in Theologia cum aliquot sacræ facultatis doctoribus, et Decanus in Medicina cum aliquot pariter salubberrimæ facultatis doctoribus; ad lævam autem ejusd. Ampl. Rectoris sedeant Decanus Jurium cum

Consultissimæ facultatis Antecessoribus, atque Nationum Procuratores ornatissimi cum aliquot Præclaræ facultatis Doctoribus. atque sic fuit conclusum. Le Monnier: 1.

Die 8.° Decembris in festo Conceptionis Beatæ Mariæ virginis, Magister Dumenil Pontificis et Oratoris munere cum dignitate functus est.

Die Decembris factæ sunt Supplicationes Generales Universitatis in æde Deo sacra sub invocatione Beati Bartholomæi in Civitate.

Die 24.° prorogati sunt fasces Amplissimo Rectori. M. viel.

Die 28.° Januarij 1728 interfuit Præclara facultas artium solemni sacro, quod M. Cæsar Egasse du Boulay vir Rectorius et olim Academiæ Scriba, testamento anniversarium fieri instituit in Regia Navarrâ, ubi de Sanctissimi et Invictissimi Imperatoris Caroli Magni virtutibus perorantem audivit Clar. virum M. Le Beau Humanitatis Professorem in Sorbonæ-Plessæo.

Die 2.° feb. celebratum fuit à ven. Natione festum Præsentationis domini et Purificationis Beatissimæ virginis.

14 februar 1728

In Comitijs Extraordinarijs venerandæ Nationis habitis in Aulâ Harcurianâ die 14.° feb. horâ nonâ Matutina (quia dies erat induciarum) ad quæ vocati fuerant Tribules omnes per schedulam à me datam Apparitori, et quâ monebam, acturum me de rebus Gravissimis. Duos autem articulos in deliberationem misi primus fuit de via pacis ineundæ inter Honorandam Venerandamque Nationes ex una parte, et facultates Theologiæ, Juris utriusque, fidelissimam et constantissimam Nationes ex altera, circa modum, quo ex Reditibus ad totam Universitatem pertinentibus, Reservatis in arcâ Universitatis quatuor libellarum millibus, et solutis mille libellis Saluberrimæ facultati, cæteræ summæ, quæ superesse poterunt, inter prædictas facultates et Nationes distribuendæ sint. Alter fuit, ut audiretur M. Guillelmus Dagoumer Provisor et Primarius Harcurianus, necnon in munere Rectorio, Exrectori clarissimo M. Joanni de Laval Eloquentiæ Professori in Marchiano, proximus, deloco ab Exrectore occupando in Comitijs centuriatis totius Universitatis, ac de retinenda veteri, quæ etiamnum viget, sedendi consuetudine in ijsdem Comitijs.

Quantum ad priorem articulum, Tribules omnes unanimi consensu censuerunt pacem et concordiam ineundam esse cum prædictis facultatibus et Nationibus; hisce tamen conditionibus, ut juxta Senatus-consultum latum die 21.° Julij anno 1712, nihil omnino ex Reditibus ad totam Universitatem pertinentibus Sapientissimis Theologiæ, Professoribus, Consultissimis Antecessoribus, illive è

quatuor Nationibus, nisi priùs reservata fuerint in ærario Universitatis quatuor libellarum millia; et soluta fuerit saluberrimis Professoribus annua pensio mille libellarum: seinde ut, reservatis reservandis, et solutis solvendis, id quod residuum erit, juxta mentem conclusionum quæ olim in Academico Tribunali promulgatæ fuerunt de consensu facultatum et Nationum, atque nominatim conclusionum factarum diebus 2ª Maij 6.ª et 16.ª Junij anno 1711, inter sex alios ordines ex æquo dividatur, hac cautione, ut nullus e sex dictis Ordinibus accipere possit annuatim ultra summam mille libellarum; et ita à me Procuratore fuit conclusum. Le Monnier.

Quantum ad posteriorem Articulum, M. Dagoumer
, sic oravit .... adfui Comitijs à ven. Natione habitis die 2.ª
, Decembris anni superioris 1727, ut resciret Ornatissimus
, Procurator, num per ipsam ei liceret sedere cum tribus
, alijs Procuratoribus una series ad sinistrum latus Rectoris
, Amplissimi post et juxta Consultissimos Antecessores in
, Comitijs Centuriatis: Recessi verò ab ijsdem comitijs, cum
, mihi incommoda vecensenti quæ ex hac novitate possent
, oriri, significatum est, me non posse audiri, propter
, horam imminentem Scholas aperiendi: quanquam à meo
, dicessu nulli è venerandis Tribulibus, qui pauci aderant,
, postularunt, ut ita fieret; sed id unum dictum est, Ven.
, Nationem nihil moraturam, quominùs ita sederet
, Ornatissimus Procurator. Jam verò, Tribules Venerandi,
, haud immemores elegantissimæ, quam habuit Ampl. Rector
, in Comitijs Præclaræ facultatis artium celebratis die
, 16.º Decembris 1727, de subeunda aula vecìns adornatâ
, curâ et studio Exrectoris clarissimi, nostis me palam
, declarasse, adhæsurum me conclusionibus quæ fierent
, à Nationibus circa modum sedendi in Aulâ novâ: veràm
, ego immediatus ejus prædecessor in munere Rectorio,
, priùs audirer: quod quidem postulatum, cum à Nulla
, Natione negatum est, spero futurum ut idem mihi
, non denegetur à vobis, qui longè illustriora benevolentiæ
, vestræ specimina mihi dedistis, qui putastis hactenùs
, me non omninò exercitare in Rebus vestris, immò in
, Rebus totius Universitatis, qui me defensorem jurium
, Academicorum toties voluistis ... quibus auditis, ipsi
potestas facta est sententiam suam aperiendi, quam sic
exposuit.
, 1.º Retineri potest hucusque servatus sedendi modus
, in aulâ ut nunc est adornata, absque ulla sedium
, immutatione, addenda duntaxat sunt Rectoris

, pulpitum et scamna in quibus hinc et inde sedeant Ornat.
, Nationum Procuratores; immo, si retineatur ille modus, -
, consessus singularum facultatum futurus est et longe
ordinatior et augustior; cùm è contra, introductâ novitate,
, quam nonnulli meditantur, ingens confusio sequatur,
, necesse est.
, 2.° si stemus antiquis moribus, nihil periculi timendum;
multa verò ex novitate suboriri possunt incommoda.
, 3.° Exrector, qui in Comitijs Deputatorum super instructione
, novi Rectoris, singulos antecedit ordine sedendi et dicendi:
, hactenus in Comitijs Generalibus Vniversitatis stetit à
, latere dextro Rectoris; novitate vero meditatâ, è loco suo
, deturbatur: quâ autoritate? quo jure? quo fine?
, 4.° Præclara facultas, cum nata est, fuit Vniversitas
, integra: soli Procuratores cum Rectore fuerunt primi
, controversiarum Judices, etiam post adjectas tres alias
, facultates, soli Rerum Academicarum, Librariæ v. g.
, moderatores, vt patet ex actis 1323: Ipse Rector Universi-
, tatis, caput est ejusdem præclaræ facultatis: Syndicus
, et scribæ Officiarij Vniversitatis, priùs fuerunt, et
, etiamnum permanent Officiarij facultatis Artium: Com-
, mentarij, in quos Vniversitatis Conclusiones referuntur,
, ijdem sunt, in quibus acta ejusdem facultatis continentur;
, hujusque originis et œconomiæ plura alia servantur
, vestigia: etenim, dum Litteræ Graduum in cæteris
, facultatibus initium ducunt ab his vocibus: Nos -
, Decanus et ... facultas; Interim, quæ à Præclarâ
, facultate sigillantur, insigniuntur hoc titulo, Nos
, Rector et Vniversitas &c; hinc Nuntiatus, qui ad
, vnam Præclaram facultatem pertinent, dicuntur vel
, hisce temporibus Nuntiatus Vniversitatis.
, Jam verò hujusce prærogativæ vestigia et argu-
, menta splendidiùs vigent in Comitijs Centuriatis, si
, si retineatur mos ab antiquo servatus; abolentur verò
, penitùs, si pretensa Novitas introducatur. Scilicet
, in veteri consessu Rector stipatus Exrectore, Procura-
, toribus, qui ipsi proximè assident à dextris et à
, sinistris, Syndico, scribâ, cæterisque Præclaræ
, facultatis suppositis ipsum undiq; ambientibus,
, exhibet se, non modo vt Vniversitatis Rectorem,
, sed etiam vt caput hujusce facultatis, à qua
, cæteri ordines suam trahunt originem, quæque
, manet integra, nihilque de suis juribus amisit

, aliorum ordinum adjectione ; Contra vero, si Novitas
, admittatur, jam è suo loco pellitur Ex-rector, jam
, Rector medius sedet inter Decanos, Syndico et Scribâ
, infra sedentibus, et sepositis Procuratoribus. Dent
, porro novitatum Cupidi speciem aliquam, quæ in
, tali consessu indicet Rectorem et Officiarios esse debere
, Præclaræ facultatis supposita : hinc et illos primùm
, ad eandem facultatem pertinuisse, et esse etiamnum
, caput et Officiarios prædictæ facultatis, quos ab ipsâ
, mutuati sunt cæteri Ordines. quis ex hoc consessu
, conjiciat Rectorem et Procuratores ab ipso sepositos
, fuisse primos in Universitate Judices et Rerum
, Academicarum primos Moderatores ?
, Et certè dum una extabat Præclara facultas, quinam
, proximi Rectori assidebant, nisi Procuratores. Petro,
, si Patres Nostri constantissimè præclaram hanc dotem
, assidendi proximè Rectori in Comitijs Centuriatis
, servarunt, cur nos degeneres, Nullo præsertim Ordine
, istud postulante, depellimus ultrò è Gymnio nostro
, Rectorem et Officiarios ? cur ab illis Procuratores et
, totam Artium facultatem dividimus et separamus ?
, Quis nostrum usquam vidit Procuratores Nationum
, uno ordine et una serie in ullis Comitijs totius Univer-
, sitatis positos, immò in Comitijs Deputatorum sive in
, Aula Mathurinensi, sive in Academico Tribunali ?

Facto dicendi fine, et audito M. Roberto Parencon Censore integerrimo, declaravit Veneranda Natio se stare velle moribus antiquis, et retinendum esse solitum sedendi modum in Comitijs Centuriatis Universitatis, adeoque irritam esse suam conclusionem latam die 2°. Decembris anno 1727. Ita Conclusi Le Monnier. 1.

Die 6°. Martij hora septima Matutina In Harcurio habita sunt ordinaria Ven. Nationis Comitia, in quibus nominatus est M. Ragoumer Provisor et Primarius Harcurianus, qui cum Ornatissimo Procuratore invigilaret ut conclusio facta die 14°. Februarij suum sortiretur effectum quantum ad duos articulos in ea exp'ressos.

Le Monnier. 1.

Die Jovis 10°. post Lætare oblata fuit immaculata victima pro pijs manibus Rodolphi Odonis presbyteri et primi quondam Ven. Nat. Apparitoris, cui oblationi apud Mathurinenses hora septima matutina factæ interfuerunt frequentes Tribules.

Le Monnier. 1.

Die 13°. Martij horâ tertia Matutina, è vivis excessit Amplissimus D. Rector M. Petrus Viel Vniversitatis fidelissimus scriba de Vniversitate bene meritus, et bonis omnibus desiderandus et lugendus.

Eodem die horâ primâ post Meridiem habita sunt apud Clarissimum Exrectorem M. Joannem de Laval in Marchiano extraordinaria Deputatorum Vniversitatis Comitia, in quibus 1°. M. Le Valleur Vniversitatis fidelissimus Quæstor nominatus est, qui rebus omnibus, quæ ad solemnem pompam funebrem Amplissimi Rectoris pertinent, provideret. 2°. Vnanimi Deputatorum omnium consensu, Electus est scriba Vniversitatis, Clarissimus Exrector M. Joannes de Laval Eloquentiæ Professor Emeritus in Marchiano. 3°. omnes Deputati cum clarissimo Exrectore se contulerunt in Aulam Mathurinensium comitijs Vniversitatis destinatam, in qua scriba mox Electus sacramentum præstitit inter manus Meritissimi Theologiæ Syndici.

Le Monnier.

Die 16°. Martij horâ decimâ Matutinâ Corpus Amplissimi Rectoris, subsequentibus cunctis Vniversitatis ordinibus, delatum fuit, ad Ædem Deo sacram sub Invocatione Sancti Stephani in Monte, in quâ, post missam, tumulo fuit mandatum. Extat apud fidelissimum Vniversitatis scribam, Illius Pompæ funebris amplissima descriptio.

Die 20°. Martij, ob festum Annuntiationis post Paschæ translatum, celebrata sunt in Harcurio Comitia Venerandæ Nationis, in quibus, post sacra vitè peracta. 1°. gratias amplissimas egi ob munus Procuratorium, quo me cohonestatum voluerat venerandus Ordo. 2°. Magistri, Robertus Lécollant, Joannes Ambrosius Pantin, et Jacobus de la Noë Bacchalaurei Theologi supplicarunt pro munere Procuratorio. 3°. Magister Alexius Valée Eloquentiæ Professor in Collegio Harcuriano supplicavit pro munere Quadrumvirali. 4°. his omnibus supplicibus egressis, rogatæ dictæque fuerunt Contribulium sententiæ; et Vnanimi omnium consensu, In Procuratorem Venerandæ Nationis Electus est dictus Magister Lécollant, et in Quadrumvirum dictus Magister Valée. 5°. Uterque per Apparitorem vocatus, sacramentum præstitit.

Le Monnier.

acta
venerandæ nationis
Procuratore
Magistro Roberto Lécollant Presbitero
Bajocæo sacræ facultatis Baccalaureo
Theologo

a die vigesimo Martii anni millesimi septingentesimi vigesimi octaui ad 24^u Martii 1729

Die vigesimo Martii anni 1728, mané horâ sesquidecimâ habita sunt apud Mathurinenses Generalia Præclaræ facultatis artium Comitia, in quibus veneranda natio 1°. per me Procuratorem matutinis horis omnium tribulium consensu Electum vehementer probauit quæcunque gesserat amplissimus rector Magister Petrus Viel universitatis scriba Contribulis noster fato functus 2°. gratias Egit amplissimas Magistro joanni De Laual Ex rectori Eloquentiæ Professori in Collegio Marchiano universitatis scribæ Contribuli nostro. 3°. ex quinque supplicibus tres admisit duobus aliis indulsit modo adirent integerrimum Censorem 4°. Confirmauit quadrumuirum mane Electum Alexium vallée humaniorum litterarum in Harcurio professorem Denique unanimi Consensu Et applausu electus atque Confirmatus est in Rectorem amplissimum Magister Ludouicus Benet Celeberrimus philosophiæ Professor in Dormano Bellouaco Contribulis noster Lécollant

Die 3°. mensis aprilis anni 1728 horâ sextâ matutinâ habita sunt in Collegio Harcuriano v. n. Comitia post sacrum Celebratum, ad venerandam nationem retulit ornatissimus procurator, an Et quâ die effundendæ essent preces pro piis manibus clarissimi Viri Petri Viel amplissimi rectoris universitatis scribæ Contribulis sui fato functi. Deinde legit litteras ab Amplissimo Rectore sibi missas quarum hæc sunt verba.

„ deux jours aprés que l'université m'eut fait l'honneur
„ de me nommer recteur, j'Ecriuis, Monsieur, a Monsieur
„ de villiers premier Commis de M^r Le Controlleur
„ General a qui l'on me dist que M^r Le Controlleur General

, General avoit remis la requeste de l'université au sujet
, de l'augmentation des postes. j'en ay receu hyer matin
, une reponce dont je vous envoye l'Extrait pour que vous
, le communiquiez si vous le jugez apropos a votre
, compagnie du moins a M.rs les professeurs tant
, actuels qu'Emerites qui me paroissent seuls interressez
, a cette affaire et vous me fairez plaisir de me faire
, sçavoir les demarches quils croient qu'on doit faire
, a l'occasion de ce qu'on y Ecrit

Paroles de la Lettre

, je me fais bien de la peine de vous apprendre, Monsieur,
, que la requeste de l'université dont vous me parlez
, n'a pas reussy, cette augmentation de fermes vient
, uniquement de la reduction des privileges et des
, contresignatures, et s'il m'est permis, Monsieur, de
, conjecturer dans ce genre, comme l'université n'avoit
, point le droit de demander de recompenses pour ces
, privileges qui dependent entierement du roy leur
, retranchement doit tourner au seul profit de sa
, majesté, il peut y avoir encore eu d'autres raisons
, audessus de mes lumieres (je ne fais, Monsieur
, aucunes reflexions sur ces paroles vous me fairez
, part de l'avis de la compagnie je suis avec le
, dernier attachement, Monsieur, votre tres humble
, et trés obeissant serviteur Benet au College de Laon
, le 31 mars 1728) et au dos est Ecrit a Monsieur
Monsieur Lécollant procureur de la nation de
normandie a Paris. Lectis litteris statuit ven. Nat. 1.o preces
esse fundendas die decimo Aprilis sine sportulâ pro piis manibus
Amplissimi Rectoris, totum sumptum remisit prudentiae
Magistri Barençon integerrimi Censoris. 2.o veneranda natio
nominavit ac deputavit Clarissimos viros M. Dagoumer
M. Barençon, et Magistrum Le Monnier pro nunciatuum
negotio. quod a me conclusum est. Lécollant,

40

Die vero Sabbathi decimo mensis Aprilis convocatis omnibus et
singulis venerandae nationis, aliisque caeterarum nationum
tribulibus, nec non iis qui se Sacramento Academiae Principi
obstrinxerunt, ornatissimi Procuratoris Mandatos cujus haec
sunt verba. Nos Robertus Lécollant, Baccalaureus Theologus, ven.
, Nationis Procurator, omnibus et singulis ejusdem venerandae nat.
, Tribulibus salutem. Catholica fides nos edocet sanctam et salubrem
, esse cogitationem pro defunctis exorare, ut a peccatis solvantur; ac
, proinde viris, quos e statione suâ evocavit deus, publice supplicandum
, Hac piâ, tamque religiosâ cogitatione adducta statuit veneranda
, Natio gratum ac memorem postulare animum, ut pro piis
, Amplissimi Domini Rectoris Petri Viel, venerandi contribulis sui,

, quem tantâ, tamque singulari, dum viveret, coluit observantiâ,
, Manibus solemne offerretur Sacrificium. Quod ut rite fiat
, omnibus et singulis venerandæ Nationis Tribulibus mandamus
, ac præcipimus, ut Eâ, quâ decet, pietate, in hujus officii partem
, sponte Nobiscum veniant, ornati, ut mos est in solemnibus
, Supplicationibus Universitatis. Deinde rogamus Enixe viros
, Clarissimos aliarum Nationum Tribules, cæterosque qui se
, Sacramento Academiæ Principi obstrinxerunt, ut die Sabbati
, proximo, decimo Aprilis, horâ ipsâ decimâ matutinâ adesse
, velint in sacrâ æde nostrâ Harcurianâ: ibi venerandæ
, Nationis Sapientissimus Decanus, idemque Pontifex, Hostiam
, Sanctam, suavissimi odoris victimam offeret, ut Amplissimi
, Rectoris nostri anima misericordiam ab omnipotente deo
, Consequatur, ac demum ab omnibus peccati maculis libera in
, æternâ pace Conquiescat. Datum Parisiis die sexto mensis
, aprilis anno millesimo septingentesimo vigesimo octavo. veneranda
natio parentavit piis manibus M. Petri viel Amplissimi Rectoris
Amplissimus Rector adfuit in veste violaceâ, et sedem habuit
a sinistris in primo loco subselliorum, quæ doctores Theologici
qui sunt é venerandâ Natione solent obtinere, Ornatissimus
autem Procurator venerandæ Nationis sedit a dextris solito
in loco, adfuerunt frequentes tum venerandæ nationis, tum
cæterarum nationum Tribules. Oblatum est Sacrificium a
Domino Vadelorge ven. Nat. Decano, omnes sedes erant vestibus
atratæ, Erecta fuit in medio cum umbellâ feralis imago
sepulchri heteromallo panno involuta, superpositis veste, sigillo,
coronâ Rectoris, et stolâ sacerdotali, viginti quatuor cereis unius
libræ circumcincta cum gentilitiis venerandæ nationis
insignibus.

Lécollant

Die 8.° Maii anno 1728.° horâ sextâ matutinâ post sacrum
celebratum habita sunt in aulâ Harcurianâ venerandæ
Nationis comitia, in quibus duos articulos in deliberationem
misi. primus fuit utrum annua attributio sive Pensio morte
filii ~~Dou~~ Clarissimi viri Douté saluberrimæ facultatis doctoris
de Universitate bene meriti extincta, matri illius concedenda
esset, quam si pro suâ benignitate veneranda natio concederet
vir Clarissimus M. Dupont professor Emeritus Contribulis
noster efflagitaret, ut ipse Pensionis reditus acciperet usque
ad integram pactæ pro Convictu ejusdem filii Douté pensionis
solutionem. Articulus alter fuit utrum hæredes Clarissimi
viri M. Pierres professoris vigesimo nono Augusti anno 1727.°
fato functi, trimestri feriarum pensione fruituri essent.
Quantum ad priorem articulum statuit veneranda natio
annuam pensionem morte filii Douté extinctam usque ad
integram pactæ pro Convictu ejusdem filii Douté pensionis
solutionem M. Dupont tantum esse solvendam. post quam
solutionem videret veneranda natio utrum Matri ejus prorogaretur
quantum ad posteriorem articulum statuit ven. Nat. hæredibus
M. Pierres pensionem esse tantum solvendam usque ad diem
mortis illius scilicet 29.ᵗᵃ Augusti et ita a me fuit conclusum

Lécollant

Die 5° Junii habita sunt ordinaria ven. nat. Comitia horâ sextâ matutinâ in quibus post sacrum orta est Controversia inter M. Barençon aequissimum Censorem et M. vallée Rhetorem in Harcurio de Examine Candidatorum in artibus, scilicet aequissimus Censor Contendebat Censoris esse Candidatos rigorosis Examinibus tentare una cum quatuor Examinatoribus, idem semper praestitisse, qui illum praecesserant, Censores. Econtra vero M. vallée qui vices unius ex quatuor Examinatoribus abscentis egerat Contendebat nunquam ab aequissimo Censore Candidatos Examinibus tentatos fuisse, illius esse tantum officii a Candidatis quaerere nomen, Patriam, et Religionem re in deliberationem missâ. Statuit ven. nat. rogandum esse aequissimum Censorem ut ab examine abstineret et ita a me Conclusum fuit Lécollant

Die 16° Junii facta sunt Supplicationes Generales Universitatis in aede deo sacrâ sub invocatione Sancti Andreae ab Arcubus. Lécollant

Die 23° Junii horâ sextâ matutinâ habitâ sunt ven. nat. Comitia in Justitiano in quibus post sacrum M. Joannes Jacobus Hubertus Broquet vir Procuratorius, Baccalaureus Theologus, Socius Sorbonicus et Collegii Thesaurarii Primarius electus fuit Quadrumvir Eodem die horâ sesquidecimâ habita sunt apud Mathurinenses Praeclarae facultatis Artium Comitia in quibus ven. nat. Confirmavit M. Broquet quadrumvirum mane Electum, qui Elegantissimâ oratione gratulatus est Amplissimo Rectori fasces Rectorios ipsi prorogatos quam prorogationem Rectoriae dignitatis ven. natio Confirmavit, decem Supplicibus indulsit. Lécollant

Die 28° Junii horâ sextâ matutinâ habita sunt ven. nat. Comitia in quibus postquam bene precatum est pro piis manibus M. Joannis Desauthyeux nominati sunt M. Guyot dumazet M. Durand, M. Le Rat et M. Le Masurier omnes Baccalaurei Theologi, qui Candidatos pro Baccalaureatu in artibus tentarent. 2° nominati sunt M. Le Monnier. M. Longuet de Prefonteine, M. Clarus Dagoumer, et M. josse qui una cum Ornatissimo Procuratore, Sapientissimo Decano, et aequissimo Censore perpenderent et Examinarent rationes accepti et impensi a fidelissimo Quaestore M. Courteille quam primum reddendas. Deinde Quaestor Electus est M. Ludovicus Rouget Rhotomag. presbyter Rhetorica Professor in Collegio Montis acuti Emeritus et actu regens Lécollant

Die 2ª Julii horâ sextâ matutinâ habita fuit in Sacello Navarriano venerandæ nationis Comitia in quibus posæ sacra pevacta retulit ornatissimus Procurator perpensis & examinatis fidelissimi Quæstoris M. Courteille rationibus supervesse summam trium millium libellarum & amplius, quæ summa eval penes M. Rouget fidelissimum Quæstorem. Lécollant

Die 3ª Julii horâ sextâ matutinâ habita fuit in aulâ Navarricanâ ven. nat. Comitia in quibus posæ sacra pevacta a M. Carolo fr. Le Cronier Constantiensis Licentiatus in utroque jure titulo licentiatus, & Magisterii in artibus & triennii in Theologiâ supplicavit pro regentiâ & scholis & an ven. nat. gremium admissus est Lécollant

Eodem die horâ post meridiem primâ celebrata fuit solita Deputatorum Universitatis Comitia apud Amplissimum Rectorem in Laudunæo in quibus M. Dumesnil a Consultissimâ facultate præsentatus ad unam Castelletti Capellam admissus est, & sacramentum præstitit Lécollant

Die 7ª Augusti horâ sexta matutinâ post sacrum celebrata fuit ven. nat. Comitia in quibus nominati sunt M. Rouget fidelissimus Quæstor, M. Ludovicus de Sauvage vir Censorius & Philosophiæ Professor Emeritus in Regiâ Navarrâ, M. Robertus Basselin Philosophiæ Professor in Cossinæo, & M. Vallée Rhetoricæ Professor in Navarrio qui una cum ornatissimo Procuratore, sapientissimo Decano, & æquissimo Censore perpendevent & examinavent rationes accepti & impensi a fidelissimo Nunciatum Quæstore M. Le Mounier quamprimum reddendas

Lécollant

Die Sabbathi decimo quarto Augusti horâ septimâ matutinâ habita fuit apud Mathurinenses præclaræ facultatis Artium Comitia in quibus orta est controversia mevitissimum Beatæ Genovefæ Cancellarium inter & Beatæ Mariæ Virginis vicecancellarium de possessu. Vicecancellarius a sextâ horâ veneval in locum Amplissimi Rectoris latus occupavit, ut reneva occupavit cum esset solus, qui locum a se occupatum denegavit mevitissimo

Beatæ Genouefes Cancellario qui sesquiseptimâ tantum horâ veneral re ab Amplissimo Rectore missâ in deliberationem Censuit Veneranda Natio Meritissimæ Beatæ Genouefes Cancellarium dexteram Amp. Rectoris latus occupare debere absente Meritissimo Beatæ Virginis Cancellario, Saluo jure partium dem Censuerunt Honorandæ fidelissimæ & Constantissimæ Nationes, & ita ab Amplissimo Rectore Conclusum est. Post hanc Conclusionem vicecancellarius locum denuo denegauit Meritiss. Beatæ Genouefes Cancellario, dubs præterea accersiri jussit notarios, qui ejus de latâ Conclusione protestationes acciperent, & protinus impudenti verbo dixit „Messieurs je vous demande acte „dela rebellion. & Ego, statim subjunxi ornatiss. venerandæ nationis Procurator actum Deo de injuriâ proclaræ Artium facultati illatâ propter vocem Rebellionis, quibus dictis vicecancellarius, cum tantam substinere culpam non posset, statim recessit cum suis notariis qui tres quatuorue lineas scribere vix potuerant. & quia præcipuus Vicecancellarius effugerat nec designauerat Examinatores Licentiandorum in artibus, proclara artium facultas qui antiquo jure suo uti potuit in Eligendis Examinatoribus, abstinere tamen maluit quam litem mouere, quare nominauit & Elegit tantum M. Gabrielem Soubert Baccalaureum Theologum & Socium Navarricum apud Cancellarium Beatæ Genouefes Lécollant

Eodem die horâ secundâ pomeridianâ pro beatæ Virginis Assumptæ Vesperas habita sunt ven. nat. Comitia, in quibus ornatissimus Procurator exposuit honorandam, fidelissimam, & Constantissimam Nationes hæredibus Clarissimi viri M. Pierres Professoris 29° Augusti anno 1727 fato functi trimestrem feriarum pensionem integram concessisse venerandam Nationem non obstare debere quominus illarum Conclusiones suum sortiantur effectum, re ab ornatissimo Procuratore in deliberationem missâ, statuit Veneranda Natio soluendam esse hæredibus M. Pierres trimestrem feriarum pensionem adeoque esse inuitam suam Conclusionem latam die 8° Maii ejusdem anni quoad secundum articulum, & ita a me Conclusum est

Lécollant

Die 9.o 7.bris hovâ novâ matutinâ habita fuit extra ordinem præclaræ artium facultatis Comitia, in quibus Amp. Rector Exposuit Meritissimum Beatæ virginis Cancellarium Senatus-Consultum obtinuisse quòd vulgo nuncupant (Arrest sur requeste) ad nominandos & Eligendos Examinatores Licentiandorum in artibus. Ven. natio nominauit & Elegit M. Quesnel Baccalaureum Theologum, de quia prædictus M. Quesnel quosdam Licentiandos Examine tentauerat antequam fuisset Electus, & Sacramentum præstitisset, Ven. natio Examen nullum & irritum declarauit, prædicto M. Quesnel se reum fatenti veniam dedit, & ita ab Amp. Rectore Conclusum est Lecollant

Die 6.o 8.bris Amp. Rector Cum numerosa Comitatu solemniter processit ad eadem dei Sacram Sub invocatione Sancti Joannis Euangelistæ in Collegio Dormano Bellouaco Lecollant

Die 8.o 8.bris hovâ Septimâ matutinâ Sacrum oblatum est in Sacello Harcuriano pro piis Manibus M. Petri Augustini Varin Rhotomagensis, et M. Jacobi de Lanoë Sagiensis, deinde habita fuit ven. nationis Comitia in quibus Sacellanus Electus est M. Gabriel Foubert Baccalaureus Theologus Socius Harcurianus Lecollant

Die 11.o 8.bris hovâ Septimâ matutinâ habita fuit ven. nationis Comitia in Harcurio, in quibus pro Sacrum M. Gaspardus Poitevin celeberrimus Philosophiæ Professor in Dormano Bellovaco vir Procuratorius quadrumanus Electus est et Sacramentum præstitit Eodem die hovâ Sesquidecimâ habita fuit apud Mathurinenses præclaræ facultatis Artium Comitia, in quibus ven. natio Confirmauit M. Poitevin quadrumanorum manu Electum qui Elegantissimâ Oratione gratulatus est Amplis. Rectori fasces Rectorios ipsi prorogatos quam prorogationem Rectoriæ dignitatis ven. natio Confirmauit, omnibusque Supplicibus indulsit

Lecollant

Die Sabbati 16.o 8.bris postquam incruentum agni Sacrificium oblatum est pro piis Manibus M. Joannis Couture vivi Rectorii Regii Eloquentiæ Professoris, & M. Jacobi Couteille Professoris Emeriti in Monte acuto, Antiqui ven. nationis Questoris fidelissimi, habita fuit ven. nationis Comitia in Harcurio, in quibus orn. Procurator

Caeterarum Nationum Conclusiones, qui alacri jamdudum animo Concesserant Emeriti Pensionem viduae Clarissimi viri Amandi Douté Saluberrimae facultatis doctoris de Praeclara artium facultate bene meriti, relegit. quibus Conclusionibus ven. Natio adhaesit, non minus alacriter Concedendo Emeriti Pensionem viduae Dni Douté. Quare suam Conclusionem latam die 8.° Maii ejusdem anni declarauit omnino irritam et ita a me Conclusum est Lécollant

In iisdem Comitiis retulit ornatissimus Procurator perpensis et Examinatis fidelissimi Nunciatuum Quaestoris M. Petri Le Monnier quatuor annorum rationibus ab integerrimis viris M. Le Sauuage, M. Rouget, M. Basselin, et M. valée una Cum Ornatissimo Procuratore Sapientissimo Decano, et aequissimo Censore superesse summam trium assium Cum totidem denariis, si tamen Celeberrimi Professores et Emeriti vellent rationibus inferre quatuordecim libras quas M. Le Monnier in numerando amiserat, dicto M. Le Monnier deberi summam tredecim librarum Cum sexdecim assibus et nouem denariis. Censuerunt omnes tum Celeb. Professores tum Emeriti non solum praedictam summam quatuordecim librarum rationibus esse inferendam, sed Etiam M. Le Monnier concedendos esse Centum nummos propter tot Exantlatos labores. et ita a me Conclusum est

Lécollant

Die 23.ª 8.bris Diuo Romano Sacrâ Sapientissimus Decanus M. Vadelorge Professor Emeritus Pontificis partes Eximiâ pietate Egit, et vir Clarissimus M. Franciscus Clarus Dagoumer tertii ordinis Professor in Harcurio oratoris munus mirâ et singulari facundiâ substinuit

Die 27.° 8.bris in Comitiis Generalibus Praeclarae facultatis artium apud Mathurinenses habitis M. Andreas Potier Baccalaureus Theologus Electus fuit Censor.

Die 13.° 9.bris agnus immaculatus oblatus est pro piis Manibus M. Antonii Henart Rothomagensis in Sacello Harcuriano.

Die 17.° 9.bris Amplissimus Rector Extraordinarie processit Cum numeroso comitatu ad aedem deo sacram sub inuocatione S.ti Eustachii ob Restitutam Ludovico decimo quinto Regi Christianissimo salutem e Variolarum morbo eodemq Comitatu rediit. Lécollant

Die Dominicâ 28ª 9bris Amplissimus Rector Solemni comitatu stypatus, ad Salutandum Regem & Reginam de Sardiniæ Reginæ obitu, profectus est horâ sextâ matutinâ cum octo Rhedis. Res tota peracta est eo fere ordine qui descriptus est paginâ 213ª Amplis. Rector orationem habuit per Elegantem. Lecollant.

Die veneris 3ª xbris apud Dormano Bellovacum Extra ordinem habita sunt comitia deputatorum universitatis ad audiendum D. De Dreux Summam Cæremoniarum Magistrum, qui versaliis Amp. Rectorem monuerat se eo die 3º xbris circa horam nonam matutinam solemni apparatu venturum esse universitatem invitatum, ut suâ præsentiâ cum cæteris primariis urbis Parisiensis ordinibus cohonestaret Exequias Annæ Mariæ ab Aureliâ Reginæ Sardiniæ. Sederunt deputati non hinc & inde circa mensam tapete Academico constratam ut solet in aliis comitiis; sed omnes unâ fronte: Medius Amp. Rector violaceâ togâ vestitus, & in Cathædra Brachiatâ solus, cæteri nigrâ veste seu togâ induti. aderant & apparitores. Horâ sesquinonâ supradictus Summus Rituum Magister proprio curru vectus, Regiis fecialibus & præconibus sequentibus, Dormano Bellovacum ingressus est. Ex Academico Tribunali deputati sunt scriba & quæstor universitatis, qui Magistrum Rituum Exciperent & in locum comitiorum adducerent. Qui Rituum Magister paulo post lento gradu eo venit. Præibant Regii feciales quinque induti subtus nigrâ veste longiore, supra brevi sagulo in modum tunicæ liliis Aureis distincto, capitioque in caudæ modum promisso; unus clavulam Argenteam, quatuor alii Baculos crispato serico involutos præferebant. Deinde cum nostris deputatis incedebat Summus Rituum Magister amictus lugubri pallio ex humeris ad terram aliquot ulnis defluente; manu læva pileum quadratum seu byretum, dextrâ bacillum nigri coloris extremâ utrâque parte albo ebore instructum tenebat. pone sequebantur jurati præcones induti togis nigris, stemmata defunctæ Reginæ ad pectus & ad dorsum appensa habebant, manu vero tintinnabula argentea gestabant. Illi omnes in ipso comitiorum ingressu Am. Rectorem cum Decanis & Procuratoribus salutarunt. Magister vero Rituum solus in mediâ Aulâ incedens iterum salutavit, deinde tertium. ubi propius ad Tribunal accessit, Eumdem accedentem Dnus Rector, Decani, & Procuratores re salutarunt.

Tum unus e Bidellis brachiatam sedem ei attulit e regione Dni Rectoris. qui fuerant deputati ad suas sedes redierunt: feciales hinc et inde ad latera Magistri Caeremoniarum stabant recti, Iurati Praecones recti quoque. Postea sedens ille operto capite, sedentibus etiam DD. Rectore, Decanis, et Procuratoribus capitibus pariter opertis, aliquot verba praefatus Regias litteras deprompsit et Amp. Rectori tradidit. Amp. Rector submissâ voce legit inscriptionem, easque scribae altâ voce legendas reddidit. Scriba legit inscriptionem. a nos trés Chers et bien amez les Recteur et Sindic de notre fille ainée L'université de Paris. tum scriba litteras resignavit quarum haec erant verba. De par le Roy trés Chers et bien amez, nous avons resolu de faire celebrer un service solemnel dans l'Eglise Metropolitaine de notre bonne ville de Paris pour le repos de l'ame de notre trés Chere et trés amée ayeule La Reine de Sardaigne, et voulant que cette Ceremonie se fasse avec la decence convenable nous vous mandons et ordonnons de vous y trouver en l'ordre accoutumé aux jour et heure que le grand Maitre ou Maitre des Ceremonies vous dira de notre part, si n'y faites faute car tel est notre plaisir. Donné a Fonteinebleau le 10 octobre 1728 Signatum Louis, infra Phelipeaux inferius L'université. Lectis litteris, Magister Caeremoniarum bacillo suo Praeconibus innuit imperata facesserent, et statim qui inter illos primum occupabat locum altâ voce dixit Iurez Crieurs faites vos Charges. Illi vero omnes caperunt satis diu pulsare suas Campanulas, vix desierant cum denuo iterarunt. mox primus ille Praeco elatâ voce dixit. nobles et Scientifiques personnes priez dieu pour l'ame de trés haute et trés puissante Dame Anne Marie D'orleans Epouse de trés haut et trés puissant Seigneur Victor Amedée De Savoye par la grace de dieu Roy de Sardaigne eadem verba repetiit, omissis his verbis nobles et Scientifiques personnes, Praecones omnes ut prius Campanulas pulsarunt, Praeco idem addidit pour l'ame de laquelle on faira les service et prieres dans l'Eglise de notre Dame de Paris le six du present mois, Les vespres des morts seront chantez la veille. quibus peractis Dns Rector respondit universitatem fore regi obedientem ut moris est. Postea Summus Rituum Magister surrexit et Academiam semel atque iterum salutavit, illum abeuntem supradicti deputati honoris causâ ad currum deduxerunt. Amp. vero rector, Decani, et Procuratores in suis sedibus remanserunt. Tum Decani et Procuratores apud

Amp. Rectorem Conquesti sunt de immutatione inscriptionis Regiarum Litterarum nempe inscriptae erant a nos très chers et bien amés les recteurs et Sindic de notre fille ainée l'université de Paris, cum inscribi solebant a nos très chers et bien amez les Recteur Doyens Procureurs et Suposts &c. placuit omnibus deputatis Rogari Dnm de Maurepas Status Secretarium ut imposterum antiquâ uteretur inscriptione Lécollant

6 Die 4.° x.bris habita sunt ordinaria venerandae nationis Comitia in Harcurio post Sacrum. in quibus astante frequentissimo tribulium Cœtu legi libellum supplicem a Majori apparitore oblatum, in quo venerando ordini Exponebat praedecessores suos semper recepisse enunciatuum reditibus ad venerandam nationem pertinentibus Emeriti pensionem, Extractis quolibet trimestri centum assibus, ut scilicet distinguerentur a Dnis Gymnasiarchis et Professoribus, ut patebat ex illorum schedulis praesertim Roberti Le Cuirot ultimi sui praedecessoris. tunc temporis semper quolibet anno admissos fuisse ad minus sexaginta artium Magistros. se vero Emeriti pensione non gaudere sed Dnos Gymnasiarchas et Professores inter se Statuisse dandos esse ab unoquoque Ex eis quadraginta asses quolibet trimestri, quod Statutum ita minus bene fuit observatum ut singulis annis ducentas vix acciperet libellas: nunc vero plures non admitti ad Artium Magisterii gradum quam viginti aut viginti quatuor, itaque se Enixe postulare a venerandâ Natione ut illi concedatur certa et determinata summa qua ad victum et vestitum illi sufficiat. re in deliberationem missâ. unanimi fere consensu Censuit ven. natio ex aerario Communi ven. nationis majori Apparitori solvendas esse ~~[illegible]~~ trecentas libellas hoc tantum anno. Postea postulavit M. Petrus Le Monnier fidelissimus nunciatuum quaestor ut in Conclusione haec adderentur verba, salvo jure venerandae nationis contra Cateras nationes ut ex reditibus nunciatuum annua pensio primo suo apparitori persolvatur, quod ab omnibus illi Concessum est, et ita a me fuit Conclusum Lécollant

Die 6.° xbris horâ sesquinonâ matutinâ e scholis medicorum Amp. Rector SS Decani Procuratores ornatissimi cum suis adjunctis, officiariis universitatis, et apparitoribus opertos crispato serico fasces praeferentibus, induti majoribus infulis ad aedem Beatae Mariae processimus ut Exequiis augustissimae Sardiniae Reginae interessemus In ipso Basilicae ingressu Jurati Praecones pulsu Campanularum venientem salutarum Academiam Eamdem Excepit Magister Caeremoniarum, et ad destinatas sedes deduxit quam honorificentissime post ultimum Parlamenti Senatorem dextrâ parte chori sedem habuit Amp. Rector, deinde Decani Theologiae, Juris, et Medicinae, quatuor Procuratores

in scamno intermedio ante Amp. Rectorem et tres facultatum decanos posito. Adjuncti vero tum facultatum quam nationum sedebunt in inferioribus sedibus ad pedes decanorum et Procuratorum. habebunt Syndicus et Quastor universitatis. et de haud universitatis sedibus in eodem Procuratorum scamno sedere tentavit, at locum relinquere coactus, sedit post Germanis. Adjunctum. Illustrissimi Principes duo Aurelianensium Princeps Clavomontanus, et Princeps Contæus — adsunt totidem femine Principes é Condæa domo. Rem sacram fecit Dominus de Bivon de Gontaut Illustrissimus Beatæ Mariæ decanus — orationem funebrem habuit Episcopus Andegavensis nomine Porcii de la Riviere. Lecollant

Die 8ª 8bris invitatus ab oratore pio pavitæ et facundissimo M. Claro Francisco Dagoumer Baccalaureo Theologo textii ordinis Professore in Collegio Harcuriano Sapientissimus decanus M. Vadelouge sacra fecit in solemnitate Conceptionis, et Immaculatæ virgini orationem dixit pro Elegantem Lecollant

Die 11ª 8bris habita fuit Extraordinaria Univ.tis Deputatorum Comitia apud Amp. Rectorem in Laudanco, in quibus Nicolaus Franciscus de Rochebouet Parisinus, Sin Ecclesiâ Alensi Canonicus, et ex ultimis Regni oris vocatus, ad Cathedram Sancti Germani vetuis possessionatus a Consultissima Patrum facultate nominatus est. Ego vero abstinui a suffragio, quia prædictus de Rochebouet non erat suppositum Universitatis, Lecollant

Die 15ª 8bris Amp. Rector cum numeroso Comitatu processit ad eadem dei sacram sub invocatione Sanctæ Annæ in Collegio Augustinianensium

Die 16ª 8bris habita fuit venerandæ Nationis Comitia in Cadurciano in quibus post sacrum D.M. Dufour Ducassæ Sapientissimi Baccalaureatûs supplicavit pro Regentiâ in Scholis et in Ven. nationis Gallicanæ admissus est. Deinde Quadrumenio Electus est M. Joannes Longuet de Pesmuceines Secundi ordinis in Cardinalitio Professor

Eodem die horâ decimâ matutinâ habita fuit Comitia Praclara facultatis artium apud Mathurinos in quibus Quadrumenio mane Electi confirmati sunt et fasces sumpsit M. Ludovicus Benet prorogati supplex accessit ut immunis esset ab onere scribendi Dominus Daguesseau de Plainemont dignissimus filius Illustrissimi Galliarum Cancellarii, cui ven. natio indulsit summâ cum voluptate et lætitiâ ob beneficia quæ Præclara Artium facultas ab —

Ludovicissimo pace toties accepta. Catesis supplicibus
pacitus indulsit, uni tamen domino Germain deputatos
nominauit Magistrum Poitevin & M. Poiev —
aequissimum Consorem, qui illius negotium Examinavent
penitusque Conficerent Cum aliis Caetevarum
nationum deputatis Lécollant

Anno 1729. die vero 8. Januarii hora septima matutina
habita fuit ordinaria Ven. Nationis Comitia in Gaveuio
post Sacrum, in quibus legi quamdam intercessionem
factam Conclusioni latae die 4. 9bris anno 1728.
cujus intercessionis haec sunt verba. L'an mil sept
cents vingt huit le vingt decembre a la requeste de M.
Pierre Couvaine Soudoyen de la nation de normandie
licentié en Theologie demeurant a Paris ruë des Fossez
de la doctrine Chretienne, M. Martin Dumesnil
prestre demeurant ruë S.te Jacques. Jean Jacques —
Hubert Bocquet principal du College des Thresoriers
y demeurant petite rue de Richelieu, tous anciens —
procureurs & Censeurs de lad. nation de Normandie
& M.e Jean Jeanisse professeur au College des Grassins
& de lad. nation de normandie demeurant ruë des Sept
voyes tous Suppots de lad. nation de Normandie qui
ont Elleu leur domicille En la maison de M.e Jean —
Lemée Procureur au Cheſtel de Paris scise ruë du Plastre
paroisse S.te Severin. Et ay nicolas Cayron huissier a
Cheual au Cheſtel de Paris y demeurant ruë S.te nicolas du
Chardonnet paroisse S.te Etienne Dumont Soussigné
Signifié & declaré a Messieurs Les Procureurs, doyen,
Questeur & Suppots de la nation de Normandie En
" Nec enim falsâ quibus circumventus est, diluit crimina, aut liber inter cives
" viveret, sapit altiùs ingenua animus ac verus æstimator sui, illatas sibi nedum
" injurias ulciscatur, sed eas oblivisci ultro, aut vindicari recusaverit
" fuerit, non dolis non fraude malâ, sed eximiâ quâdam animi ac
" commodandi voluntate vindicabit.

" Quid multa? Vir sapiens adversa nusquam metuit, secundis nihil metuat
" exultat, nihil defuerit sibi, valet haud magni fortunam momenti esse, debere
" mentem, sævo præsertim tempore, rationemque dominari: tunc invicto ab
" inimicis animo seipse patriâ ejicit, vertit solem, atque ibi pontè exulat, unde
" non possit virtus exulare.

" Hoc est nimirùm magis feliciter ex urbe migrare, quam ingrato civium
" suum conspectu.

" Hîc, proh dolor! (quidenim gravius potuerat, aut acerbius nobis accidere)
" hîc desideravimus virum verum Nostrarum studiosissimum, ducem et consilio
" et manu promptissimum, desideravimus virum in tantum quidem laudandum,
" in quantum intelligi virtus potest, virumdenique qui vehementissimum
" sibi apud nos desiderium, non aliâ profectò re magis quam suavissimâ
" nominis sui pensabit, aut certè levabit memoriâ.

" Est hoc humanitatis nostræ, est et liberalitatis, id imprimis spondere, ac
" palàm profiteri, tt atque ità demùm agnoscere, si fortè siluerimus, (quanquam
" silere nos nefas omninò fuerit) vel ipsos odium hîc nostrarum flavicles.
" multos, infaustosque clamaturos, ac tam insigne collatis in nos muneribus genus,
" ut velentiros diligentes, ità et sevis verisimiliaturos Nepotibus adeò blanda
" est, adeò jucunda beneficii, deinde ingratique recordatio.

" Nec verò nobis non est acuvatè providendum, procavendumque, ne quâ-
" tuissimi omnium viri nota nostro inuratur nomini.

" Ausim itaque, venerandi Contribules, postulare, ut, quoties eumque
" hîc advenimus, cui debentur pluvia, quam quisquam dicendo assequi dicendo
" valeat, cum adesse vobiscum pariter cogitetis, intueamini præsentem, nec
" virum, ut nos est, tam honestum præteriveatis, deindè fatetur illud à vobis
" contendere, ut, aut bis, aut saltem semel in anno sua vice cœli, statisque
" temporibus mittantur qui venerandæ Nationis nomine Contribuli observantiâ
" nostrâ dignissimo, salutem dicant plurimam, qui plena amoris, studii,
" pietatis officia perhonorificè deferant: nec erit (mihi credite) cur faciles vos
" unquam non habeat. imò sic confidite, annuum hoc vitæ fixeveritis vestigal,
" animi captivos esse vos laudem gratissimi. +

Die mercurii vigesimâ primâ, junii Amplissimus Rector cum
Numeroso Comitatu solemniter processit ad ædem Deo sacram sub
invocatione Beatæ Mariæ, in Collegio Sancti Bernardi.

Ch. Aubert

Die veneris 23. junii horâ sextâ matutinâ, post sacrum de more
Celebratum in ædibus Magistri Joannis de Roiien tt electus fuit in
Quadrum virum Magister Jacobus Nicolaus inquit in utroque jure licentiatus
et in quinto ordine professor in Collegio Sorbonæ Theologus, et ità à me
Conclusum est.

Ch. Aubert

tt lautinos viri — Hevenumquam immemores, alg. Gr

tt habita sunt in collegio Justiniano ver. Nat. Comitia, in quibus Electus &c.

EODEM Die hovâ Decimâ Matutinâ apud Matthurinenses habita fuêre ordinaria preelavæ artium facultatis comitia, inquibus venerandâ Natione vocatâ et congregatâ habuit quæcumque Gesserit Amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, Eoque Nomine, illi decretum fuit, ut literæ pro honorificas. 2° Confirmavit Electionem Magistri Ingouf in quadrum vivura matutini hovis factam, 3° omnibus suffragiis in pulsit excepto Carolo le Jeune, cujus rem maturiùs examinandam reliquit; 4° demùm Confirmavit Rectori Amplissimo Rectori Magistro Ludovico Benet celeberrimo Philosophiæ Professori in Dormano Bellovaco, hanque provocationem Confirmavit, et ita à me Conclusum est. Coubert

Die mercurii 28 junii hovâ sextâ matutinâ, postquam bene precatum est pro piis manibus Magistri Joannis Des Aulnieux quondam Professoris in stato ordine in Collegio Harcuriano, habita sunt ordinaria venerandæ Nationis comitia, in quibus 1° nominati sunt Magistri Dominicus Mevin Lexoviensis in 6° ordine, professor in Cardinalitio, Ludovicus Gatianus Ingouf Presbyter Rothomagensis Baccalaureus Theologus, Nicolaus Josephus Fabvid Acolythus Bajocensis Baccalaureus Theologus, et Hebrardus Dupuey Presbyter Constantiensis Baccalaureus Theologus, qui candidatos pro baccalaureatu in aulibus tentavent. 2° Nominati sunt Magistri Andreas Dupont Constantiensis professor emeritus in Cardinalitio et ex provocator, Petrus Le Monnier Constantiensis celeberrimus Philosophiæ professor in Harcurio olim provocatorius, Robertus Recollant Presbyter Bajocensis Baccalaureus Theologus et vir provocatorius, et Jacobus Guillelmus Le Chevallier Presbyter Lexoviensis Baccalaureus Theologus primi ordinis, et collegii Lexoviensis moderator vigilantissimus, qui adepti et expensi rationes à fidelissimo Quæstore proximè rediendas examinavent. 3° munus quæstoris fuit unanimi voce prorogatum Magistro Ludovico Robert Rothomagensi Presbytero et Eloquentiæ professori in monte docto, in cujus regalis fuit fidelissimus Quæstor, ut quæ curâ, quæ diligentiâ et studio hucusque rem familiarem venerandæ Nationis administravit eisdem curâ, diligentiâ atque studio eam administrare velit. 4° Demum res Magistri Carolo le Jeune, de quâ supplicem libellum dedit esse apud Matthurinenses relicta fuit ornatissimo Provocatori, et æquissimo Censori examinanda, et ita à me conclusum est. Coubert

Die primâ julii hovâ sextâ matutinâ habita sunt in Harcurio ordinaria venerandæ nationis comitia, in quibus post sacra peracta 1° retulit ex Italissimus Provocator, pensi et examinatas rationibus fidelissimi Quæstoris, penès ipsum esse summam quinque millium ducentorum quinquaginta librarum et amplius debitamque venerandæ Nationi præcitatæ summam duorum millium octingenta novem libellarum cum quinque à pud 2° venerandæ Nationis quæstor. Idem fidelissimo quæstori quod tantâ cum diligentiâ rem venerandi ordinis administravit, 3° declaravit venerandæ Nationi dandam esse sportulam Duplo majorem quam omnibus post omnes Missas de sancta Mariâ de Portu Odilavinæ et de sancto Nicolao. 4° cum dixissem multos conquestos fuisse quod catalogum nominum Magistrorum ordinem cæremoniarum venerandæ Nationi declaravit venerandæ ordo venerandum esse. Catalogum utrumque et ad calcem apponenda esse. Decreta facultatis artium quibus cautum est ne quis in ullam facultatem Nationem incipiat nisi triennium studium consumserit consumserit in facultate in quâ gradum baccalaureatus consecutus fuerit juxtà morem sacræ facultatis, et ita à me conclusum est.

Coubert

Ut quare venerandæ Natio Nicolaus Magistros Harcurio vivum provocatorium et Rouget fidelissimum quæstorem ut quam primum Harcurium revisam collocavent

Ut non habeverent

Die eodem hovâ post meridiem primâ habita fuerunt ordinaria universitatis deputatorum comitia apud Amplissimum Rectorem in Laudunæo quibus universitatis duobus Applicibus petentibus litteras Nominationis juxe magisterii in artibus Et quinquennii impetrarit. Cfoubert

Die 2a julii hova decimâ matutinâ celebrata fuit missa solemnis in Harcurio pro prioribus manibus Magistri Joannis Vadalorge, quondam Decani venerandæ Nationis quâ missâ celebratâ distributa fuit singulis tribulibus Duplomajor portula. Cfoubert

Die sabbati quintâ Augusti sacris de more peractis hovâ sextâ matutinâ habita fuerunt in Harcurio ordinaria venerandæ Nationis comitia, inquibus e Magistro Joan. Jac. Elizabeth Desmonts presbytero Constantiensi et Baccalaureo Theologo in Gremium venerandæ Nationis admissus est. Deindè cum retulissem venerando Ordini latam fuisse absordinavi judicis sententiam quæ confirmat conclusiones quibus venerandæ Natio Gratificata fuerat hoc anno majori apparitori summam trecentarum libellarum, omnes unanimiter dixerunt non esse significandam illam sententiam iisqui contradixerant, et qui antea hanc summam majori apparitori denegaverant, postea declaraverint per se non obstare quominus fidelissimus Quæstor hanc summam majori apparitori retribueret; et ita à me conclusum est.

Cfoubert

Die Lunæ jovis decimâ Augusti hovâ tertiâ post meridiem Magister Petrus le Monnier Philosophiæ professor in Collegio Harcuriano et fidelissimus Nuntiatarum Quæstor impensi rationes reddidit coram ornatissimo procuratore venerando Decano, æquissimo Censore, Magistro Rouget eloquentiæ professore in monte acuto et venerandæ Nationis fidelissimo Quæstore, Magistro Ludovico Nicolao Durand Philosophiæ professore in Cardinalitio, Magistro Roberto Basselin Philosophiæ professore in Grassineo, et Magistro Francisco Guillelmo Heremita Baccalaureo Theologo, et in quinto ordine professore in Harcurio.

Cfoubert

Die Lunæ decima quarta Augusti hova septimâ matutinâ habita sunt apud Mathurinensem provinciæ facultatis artium comitia, in quibus venerandæ Natio nominavit et elegit Magistrum Romam viel humaniorum litterarum professorem in Grassineo et Magistrum Andream Bolien presbyterum Constantiensem et Baccalaureum Theologum ad tentandas vices Vicentiardorum in artibus, postquam dicti Mm. viel et Bolien a merituissimis Vocancellariis tum Beatæ Mariæ tum sanctæ Genovefæ appellati fuerunt. Deindè venerandæ Natio omnes supplices admisit, et ita à me conclusum est. Cfoubert

Die sabbati secundâ septembris hovâ sextâ matutinâ sacrum de more fuit celebratum.

Die jovis septimâ septembris primâ hovâ post meridiem post vesperas cum fidelissimus Quæstor declaravisset venerando ordini Magistrum Liquet celeberrimum Philosophiæ professorem in Monte acuto rationes pecuniæ ad Domum perficiendam istam viâ vulgò dimensatâ vicinellæ postea, insumptæque pecuniam libentissimo animo a venerandæ natione acceptarum ea lege ut venerandæ Nationi annuam pensionem solveret donec totam pecuniæ summam redidisset, venerandæ Natio nominavit Deputatos Magistros Rouget fidelissimum Quæstorem, Bavenlon Le Monnier, et Broyllet, qui una cum ornatissimo procuratore

expenderent quo in statu esset domus dicti Magistri Fiquet, et ita a me conclusum est. Cfoubert

Die veneris octavâ septembris horâ undecimâ post celebratam solemnem Missam in Harcurio in honorem Nativitatis Beatissimae Virginis Mariae, habita fuerunt ordinaria Venerandae Nationis in quibus, auditis Deputatis pridiè a venerando ordine nominatis, veneranda Natio contractum iniit cum Magistro Fiquet ipsique dari jussit summam quatuor millium Quingentarum libellarum ea lege ut quotannis venerandae Nationi solveret summam ducentarum et ~~quinque libellarum~~ quinquaginta libellarum, donec supradictam summam quatuor millium Quingentarum libellarum reddidisset venerandae Nationi, ut pluribus verbis exprimitur in Contractu. Cfoubert

Die veneris sexto octobris Amplissimus Rector cum numeroso Comitatu solemniter processit ad Aedem Deo sacram sub invocatione sancti Ludovici in Collegio Mazarinaeo.

Die sabbati 7o octobris hora septimâ matutinâ in Harcurio fuit sacrum de more celebratum.

Eodem die hora post meridiem primâ habita fuerunt ordinaria universitatis deputatorum Comitia apud Amplissimum Rectorem in Laudunaeo, in quibus universitas ~~plures~~ suplices admisit.

Die Martis decimo octobris horâ septimâ matutinâ in Harcurio post sacrum celebratum pro piis manibus Magistri Joannis de Roüen habita fuerunt venerandae Nationis ordinaria Comitia, in quibus Magister Joannes de Laval fidelissimus universitatis scriba, vir Procuratorius et Eloquentiae in Marchiano Professor Quadrumvir electus est unanimi voce à veneranda Natione et ita à me Conclusum est. Cfoubert

Eodem die hora decimâ matutinâ apud Mathurinenses habita fuêre frequentissima praeclarae artium facultatis comitia in quibus veneranda Natio rata et grata habuit quaecumque gessit Amplissimus Rector Magister Ludovicus Benet in toto suo Magistratu, eoque nomine ipsi litteras perhonorificas libentissime perme decrevit. 2o Confirmavit in Quadrumvirum Magistrum de Laval matutinis horis electum. 3o Confirmavit electionem Magistri Nicolai Piat Eloquentiae Professoris in Sorbonae Plessaeo in Amplissimum Rectorem. Cfoubert

Die Mercurii undecimo octobris hora septimâ matutinâ apud Mathurinenses habita fuerunt extraordinaria universitatis deputatorum Comitia in quibus Deputati Confirmarunt electionem Magistri Piat in Amplissimum Rectorem ~~hoc~~ pridiè factam. Cfoubert

Die sabbati decimo quarto octobris horâ septimâ matutinâ in Harcurio immaculata victima Deo oblata fuit pro piis manibus Magistri Le Chartier doctoris Theologi. Cfoubert

Die dominica 22 octobris post vesperas Magister Joannes Feugueray in gremium venerandae Nationis admissus est. Cfoubert

tt octobris

Die Lunæ vigesimotertio tt horâ decimâ matutinâ in Harcurio Magister Martinus Du Menil vir Procuratorius quantâ pietate Preces deo omnipotenti pro venerando ordine fudit, tantâ et eloquentiâ, et eruditione laudes sanctissimi Romani dixit.

Die veneris vigesimotertio octobris apud Mathurinenses habita fuerunt frequentissima venerandæ Nationis præclaræ Artium facultatis comitia inquibus veneranda Natio elegit in Censorem æquissimum Magistrum ~~Lecolant~~ Robertum Lecolant Baccalaureum Theologum et virum Procuratorium, duos supplices admisit, tertium verò nempè Nicolai du Mouceau Clerici Altissiodorensis, qui postulabat ut sibi condonaretur quod nomen suum non extaret in Catalogo Physicorum, rem maturius examinandam reliquit, eo quod notum non esset quo tempore desiisset audire professorem. et ità a me conclusum est. Cfoubert

Die veneris undecimo Novembris horâ septimâ matutinâ in Harcurio post sacrum Celebratum pro Magistro De Cuves Magister Guillelmus Meslier Baccalaureus Theologus et Magister Ludovicus Franciscus Amelot Baccalaureus Theologus in Gremium Venerandæ Nationis admissi sunt. Cfoubert

Die Martis duodecimâ decembris Amplissimus Rectorum Numeroso Comitatu solemniter processit ad ædem Deo sacram sub invocatione sancti Martini in collegio Sorbonæ Plessæo.

Die sabbati decimâ sextâ decembris horâ septimâ matutina in Collegio Justiniano Veneranda Natio deprecata pro piis manibus Magistri Joannis De Roüen ordinaria habuit comitia, inquibus elegit in Quadrumvirum Magistrum Jacobum le Mazurier Baccalaureum Theologum socium Harcurianum, qui aut eligeret novum Rectorem, aut amplissimo Rectori fasces Rectorios prorogaret, et ità à me conclusum est. Cfoubert

Eodem die horâ decima matutinâ apud Mathurinenses habita fuerunt frequentissima præclaræ Artium facultatis comitia inquibus 1.° Veneranda Natio rata et grata habuit quæcumque Gessit Amplissimus Rector in suo trimestri magistratu eoque nomine ipsi decrevit litteras honorificentissimas. 2.° confirmavit electionem Magistri Jacobi le Mazurier Baccalaurei Theologi socii Harcuriani in Quadrumvirum matutinis horis factam. 3.° demum omnibus supplicibus indulsit tribus exceptis quorum duo qui biennium confecerant philosophicum in Academiâ Cadomensi, tertius verò in Academiâ Remensi. iis, inquam, postulantibus ut biennium confectum pro uno anno in Nostrâ Academiâ haberetur non indulsit veneranda Natio, quia licet attulissent litteras testimoniales professorum Academicorum, illæ litteræ non erant Diplomate ac sigillo Academico munitæ; declaravitque Veneranda Natio standum esse decreto hâc de re aliquot abhinc annis à Præclarâ Artium facultate lato, et ità à me conclusum est. Cfoubert

Die sabbati trigesimâ decembris horâ septimâ matutina post sacrum celebratum pro piis manibus Magistri Roberti de Valencourt presbyteri, Canonici Ecclesiæ sancti Marcelli et majoris apparitoris Venerandæ Nationis habita sunt tt ordinaria venerandi ordinis comitia, inquibus, cum exposuissem fuisse latum à supremo senatu judicium die quartâ Maji anni 1729. quo tenebatur fidelissimus Generalis Nuntiatuum Quæstor expensi

tt in Harcurio

receptique tum ordinarii, tum extraordinarii praescriptam rationem exhibere coram singulis Academiae deputatis eodem modo quo quotannis Generalis Nuntiatium Quaesturae rationes reddit, ut postea ~~tum~~ facultates et Nationes de redituum Universitatis usu et praesertim de eo quod spectat Pensiones Consultent. Veneranda Natio, ad compescendas lites quae paucis abhinc ~~dierum~~ annis inter Diversos Universitatis ordines de Pensionibus exortae sunt, Censuit 1º Pensionem Mille libellarum quotannis saluberrimae facultati concessam habendam esse impensam ordinariam, cum praesertim Dicta facultas senatus Consulto lato anno 1711º ejusdem Pensionis accipiendae praeter caeteras facultates et Nationes ~~et facultates~~ jus confirmatum habuerit; 2º singulis aliis ordinibus tum iis qui hisce pensionibus Gavisi sunt Cum honorandae Gallorum et Venerandae Normanorum Nationibus quae nihil adhuc acceperunt licet eadem Pensio ipsis concessa fuerit quinque aut circiter abhinc annis, eamdem pecuniae summam esse quotannis distribuendam modo tamen in aerario publico Universitatis remaneat pecuniae summa quâ possit Universitas sumptus extraordinarios facere juxta ~~id quod fuit statutum~~ senatus Consultum latum anno 1711º, itaque quotannis accepti, impensique rationibus redditis recondendam esse in aerario publico quatuor millium libellarum summam, residuam verò pecuniam ~~summam~~ singulis ~~sex~~ ordinibus esse in aequas partes distribuendam, ea tamen lege ut ~~[illegible]~~ quaelibet facultas vel natio ~~sex~~ millia libellarum solummodo possit accipere singulis annis, residuaque pecunia, si quaesit, remaneat in eodem aerario publico, eâ quoque lege ut si quo anno, reconditis quatuor libellarum millibus juxta senatus Consultum, non supersint sex libellarum millia, facultates et Nationes solam residuam pecuniam aequaliter inter se dispertire possint. 3º si praeter quatuor millia libellarum ~~uni~~ Universitas adhuc residuâ pecuniâ indigeat judicio deputatorum aut ordinum, nihil omninò esse illo anno distribuendum, illudque annis subsequentibus non esse expetendum. et ità a me Conclusum est.

Cfoubert

Anno 1731º Die sabbati 13º januarii in Harcurio post sacrum habita sunt frequentissima Venerandae Nationis Comitia, in quibus Venerandus ordo unanimi fere Consensu majori Apparitori trecentas libellas ex aerario Venerandae Nationis concessit, et ità a me Conclusum est.

Cfoubert

Die 29º januarii interfuit praeclara Artium facultas solemni sacro quod Magister Caesar Egasse Du Boulay antiquus Academiae rector et postea scriba testamento anniversarium fieri instituit in Regiâ Navarra, ubi de sanctissimi, invictissimique imperatoris Caroli Magni virtutibus perorantem audivit Clarissimum virum Magistrum Nagot humaniorum litterarum professorem in Marchiano.

Cfoubert

Die Mercurii trigesimo primo januarii Amplissimus Rector Cum deputatis Universitatis et adjunctis Cereos obtulit Academiae Principis Nomine, Illustrissimis Augustissimi senatus principi, Amplioris Consilii proto-praesidi, caeterisque proto praesidibus apud quos sermones accuratos perpolitosque habuit, omnes responderunt peramanter et honorificè; dixitque imprimis Illustrissimus supremae Curiae Princeps se nihil habere scientiae aut meriti quod ab Academiâ non accepisset, hujusque benefici memoriam nullâ unquam oblivione fore delendam.

Cfoubert

beneficii loco

Die 1.o Februarii Amplissimus Rector cum deputatis universitatis et adjunctis versaliis obtulit Academiae Principis nomine, Cereos Augustissimo Regi, Augustissimae Reginae, serenissimo Delphino, serenissimo Aurelianensium duci, Eminentissimo Cardinali Regni administro, dignissimo Cancellario, sigillorumque Regiorum Custodi Illustrissimo; quibus singulis orationem dixit et elegantem et facundam. Cfoubert

Die veneris 23.o februarii habita fuerunt extraordinaria deputatorum universitatis comitia apud Amplissimum Rectorem in Sorbonae-Plessaeo in quibus cum ab universitate Magister Ludovicus Grillet primarius Collegii dubanc vulgò dicti de l'Ave Maria nomine Collegii summam duodecim millium libellarum mutuam sumere peroptaret, universitas hanc dicto collegio summam concessit eâ lege ut quotannis dictum collegium universitati summam quingentarum libellarum solveret donec supra dictam summam duodecim millium libellarum universitati reddidisset. Cfoubert

Die 16.o Martii Amplissimus Rector cum frequentissimo Comitatu processit ad aedem Deo sacram sub invocatione sancti Andreae ab arcubus. Cfoubert

Die 17.a Martii in Harcurio horâ septima matutinâ post sacrum habita fuerunt frequentissima venerandae Nationis Comitia, in quibus cum gratias venerando ordini egissem amplissimas quod anno proximè elapso me in procuratorem eligere dignatus fuisset, tres supplices pro munere procuratorio se stiterunt, scilicet Magister Ludovicus Nicolaus Durand celeberrimus Philosophiae professor, Magister petrus Bonnejoye celeberrimus Philosophiae professor†, et Magister Joannes Longuet de Prefonteine [redacted] humaniorum litterarum professor in cardinalitio;†† [redacted], cum unus è venerandis tribulibus unum è tribus non posse in procuratorem eligi quin duobus aliis fieret injuria, animadvertisset, postulassque virum à venerando ordine alius à supplicibus in procuratorem eligi non posset, confestim elegit in procuratorem Magistrum Ludovicum Benet ex rectorem et celeberrimum Philosophiae professorem in Dormano-Bellovaco; adhujus sententiam omnes unanimi voce per paucis exceptis accesserunt; deinde veneranda Natio me in Quadrum virum elegit, et ita a me conclusum est.

† in sexoveo

†† postquam recesserunt

Cfoubert

Acta
Venerandæ nationis
Procuratore
Magistro Ludouico Benet ex rectore, philosophiæ professore in collegio Dormano-Bellouaco, ex diocesi Rothomagensi oriundo et ex ea parte quæ dicitur Regio Caletensis.

Die Sabbati decimo septimo mensis Martii comitiis anticipatis propter uigesimam quartam cadentem die sabbati qui erat vigilia festi paschatis, ideoque officio stæ hebdomadæ impeditus

Ego venerandæ nationis cuius propensam erga me uoluntatem et maternum amorem per cursum Rectoratus mei fueram expertus beneficio, procurator electus sum, quamuis pro isto munere (ut fieri solet) non supplicassem. postquam Magistro foubert licentiato Theologo venerandæ nationis ex procuratori gratiæ amplissimæ reditæ sunt pro munere procuratorio egregie et fortiter acto, quatuor uir unanimi consensu electus est.

Deinde apud Mathurinenses veneranda natio confirmauit eumdem Magistrum foubert in munus quadrumuiri. referente me rata et grata habuit quæcunque ab amplissimo Rectore per trimestrem magistratum gesta fuerant. fasces Rectorii unanimi consensu huic prorogati sunt quod veneranda natio maxime probauit. et sta a nobis conclusum est L. Benet

Die Jouis 29 Martii anni eiusdem justa soluimus funeri uiri clarissimi Mgi de Laual ven. nat. tribulis, neque solum de natione nostra sed de tota uniuersitate optime meriti. Rectoratum per duos annos uiriliter et honorificentissime gesserat. post mortem uero alterius e tribulibus nostris uiri multis titulis maxime commendandi Mgi petri Viel munus scribæ uniuersitatis a tribunali Academico ipsi concessum fuerat. illud alterum munus eâ fide ac diligentiâ exercuit ut dignum se se ostenderit Mgi Viel successorem. uix tres effluxerant anni per quos hocce munere functus erat, cum post aliquot dies ægrotationis morte ereptus est uir ille non solum familiæ suæ, sed uniuersitati, sed amicis suis,

Exequiæ uiri Clarissimi Mgi de Laual antiqui Rectoris, scribæ uniuersitatis et unius e venerandæ nationis tribulibus

et bonis omnibus flebilis. Illius exequias cohonestarunt amplissimus Rector cum infula Rectoria, ornatissimis procuratoribus comitantibus cum toga Rubri coloris honorandae nationis a dextris, a sinistris fidelissimae, sequentibus venerandae et constantissimae, praeeuntibus Bidellis cum clavis quatuor ante feretrum; quatuor ante Rectorem amplissimum: assedit Rector non in loco suo stallo pastoris huius parochiae quae erat Sti Stephani quia cum exequiae fierent serotinis horis, parochus ipse praesens aderat, suamque sedem occupabat, assedit igitur Rector a dextris in stallo seu sede quae altari proxima est, iuxta id quod deliberatum fuerat in collegio Marchiano in quo Rhetoricam docebat Mgter de Laval fato functus, et ubi congregatum erat amplissimus Rector cum ornatissimis procuratoribus, qua quidem in deliberatione observatum fuerat Regem ipsum nostrum Christianissimum quoties in parochia sua versaliensi aut sacrificio missae, aut alteri ceremoniae sacrae praesens adest, illum ita sedere ut non occupet sedem parochi, quare sedit eo quo diximus modo amplissimus Rector: sederunt vero ornatissimi procuratores ex ordine post Rectorem et quatuor viri Rectorii cum Epomide violacea qui sustinuerant oras panni quo feretrum operiebatur. quatuor sequentes sedes occuparunt. subsignavimus omnes in libro regestorum in quo scribuntur nomina eorum quorum corpora sepulta jacent in hacce parochia postquam lugubrem hanc ceremoniam totam absolvimus rediimus in collegium Marchianum e quo profecti eramus, vestesque nostras ibi deposuimus atque ita discessum est

Benet

Electio Mgi Piat Rectoris amplissimi in successorem Mgi de Laval pro exercendo munere scribae universitatis

Die sequenti trigesimo eiusdem mensis convocati fuimus per schedulas ab amplissimo Rectore missas ut de rebus Academicis deliberaremus. In comitiis illis extra ordinem habitis actum est unica de eligendo successore Mgo de Laval in munere scribae universitatis. postquam sedes nostras occupavimus dixit amplissimus Rector tribunal Academicum a se convocatum fuisse ut nominaretur successor Mgo de Laval in munere scribae universitatis, se enim judicasse ~~postquam sedes nostras occupavimus, dixit amplissimus Rector~~

probata litura hanc ob repetitionem inutilem
S B

nihil melius et utilius esse bono vniuersitatis
quam si ista electio ex tempore et sine vlla dilatione
fieret; hac silicet ratione rixas et contentiones vitari posse
quae pacem et concordiam turbare possent.
Auditus est Syndicus Vniuersitatis Mgr Pourchot.
qui postquam breuiter, sed vere et ex animo laudes
Mgi de Laual prosecutus est, dixit hunc esse usum
in multis occasionibus quas memorauit seruaturo,
ut quando successor aut coadiutor alicui dandus
fuit uni ex tribus officiariis perpetuis vniuersitatis
horce munus offeratur ei, qui fascibus Rectoriis
in ipso vacationis tempore ornatus est, hunecque
honorem quodammodo deberi ei qui primam sedem
in Academia occupat et abipso regi posse
velut aliquam laborum suorum mercedem.
Theologiae Decanus dixit, conueniens quidem
esse ut in eligendis iis qui hanc munera officiariorum
perpetuorum vniuersitatis implere debent, maxima
habeatur ratio eius qui primam sedem occupat
in Academia, sed tamen meminisse oportere
agi in illis occasionibus de eligendo successore,
non autem de hereditate quadam accipienda
sed (inquit idem) cum amplissimus Rector qui
nunc vniuersitatem regit, omnibus dotibus,
fide silicet, diligentia, scribendi facilitate,
quae virtutes necessariae sunt ad hoc scribae munus
recte exercendum abunde polleat, id sibi optimum
et conuenientissimum videri, ut ille sufficiatur
Mgr de Laual in munere scribae vniuersitatis.

Consultissimae Facultatis Decanus visus est id
improbare quod conuocatio de eligendo successore
Mgro de Laual tam festinanter fieret, idque
in malum exemplum trahi posse. at post quam hac
de re verbis fortasse durioribus dixit, attamen
nonnihil quoque amplissimum Rectorem qui
praesens aderat in hacce deliberatione in scribam
vniuersitatis, et successorem Mgi de Laual. sed
postulauit ut expressis verbis declararetur in
conclusione, hoc exemplum et alia similia non
esse trahenda in consequentias, sed ita ut pro lege
habeatur in vniuersitate ut quoties agetur de
eligendo uno ex officiariis perpetuis vniuersitatis
munus illud semper conferatur ei qui in tempore
vacationis fascibus Rectoriis erit ornatus, talem silicet
consuetudinem vniuersitati periculosam esse posse
et habendam esse in huiusmodi electionibus rationem
utilitatis publicae et honoris totius Academiae magis
adhuc quam personarum

Decanus Salubernima facultatis paucis uerbis hanc
declarauit sententiam, et nominauit Latinum in scribam
uniuersitatis amplissimum Rectorem Magnificum
dixit enim id sibi uideri raro et non sine causa discedendum esse ab
usu laudabiliter instituto ut offerantur hanc munera officiorum
totius uniuersitatis ei qui in tempore uacationis exercet
Rectoris munus, et quamuis id pro lege non sit habendum
attamen nihil conuenientius fieri posse, quam si seruetur
ille usus in presenti occasione, cum agatur de electore
qui toti uniuersitati acceptissimus est qui iuxta leges
Academiae fuit electus, qui polleat omnibus dotibus
ad illud munus exercendum idoneis.

probantur uerba 4r
interlinearia L. B.

Idem omnino senserunt procuratores uenerandae
et fidelissimae nationis. nostram quoque aperte
aperte diximus sententiam nomine uenerandae nationis
potius quam nostro. diximus enim nos eâ pietate esse
in uenerandam nationem matrem nostram, ut si
placuisset tribunali academico nominare in scribam
uniuersitatis aliquem ex illius tribulibus qui
succederet tot fidelissimis uiris ex illius gremio
electis Magis de Laual, Viel, Lefèvre, Quintaine
qui munus illud tanta diligentia exercuerunt ut
illis plurimum debeat uniuersitas Monstar omnium
esse potest Magister Quintaine) hunc sane potissimum
nominaturi fuissemus, neque in hac occasione
neque in hac occasione vinacula amicitiae, et
consuetudines quae deinceps me tenent amplissimo
Rectori, quidquam apud me ualitura fuissent
ut ei suffragarer potius quam tribuli nostro:
amicos etenim nostros nobis ipsis esse anteponendos
at plus ualere debere amorem Reipublicae quam
utilitatem amicorum. Sed quando quidem in presenti
occasione nullus esse offerret e nostris tribulibus
et honor Rectoris amplissimi cum utilitate
Academiae coniunctus uideretur, hanc electionem
iam factam a tribus sapientissimis Decanis
et duobus ornatissimis procuratoribus libentissime
animo a nobis comprobari atque ita a me
declaratum est L. Benet

probata litura
L. B

Hanc quoque electionem comprobauit constantissima
nationis procurator. Itaque amplissimus Rector
Magister Nic. Grat in scribam uniuersitatis electus est
Latinusque factus est e collegio Sorbonae plesteo ad
Matthurinenses ut in loco majorum praestaret
sacramentum quod pro more in manibus
sapientissimi Theologiae Decani praestabit.
Quoniam uero munera scribae et Rectoris ab eadem
persona exerceri simul non possunt nominatus est ille scriba
Magister Jacobus Gregoire professor in Sorbonae plesteo
filius sartoris Magi qui uiuet qui muneris illius nobilem
sub annulo suo acquisiuit. L. Benet

anno Domini 1431 die mercurii vigesimo
supplicationes generales totius vniuersitatis
mensis Junii horâ octauâ matutinâ habite
sunt apud Mathurinenses generalis vniuersitatis
comitia supplicationis ergo. In angulo pertillii
pro more consuetum est, sed quia nullus adest
supplex, statim est statuo in aulam et postquam
in cathedra huic sedet Rector et breui sed
eloquenti oratione tempori et loco accommodata
peroranit, petiit ut rata et grata haberentur
quecunque gessit in hoc trimestri magistratu,
litterasque commendatitias sibi eo nomine decerni
quas dictis pro more sententiis, in unaquaque
nationc, perhenerificar concessas sunt, deinde
processum est ad eadem deo Sacrum sub inuocatione
sti Josephi apud Carmelitas dictos vulgo discalceatos
die sabbati 23o eiusdem mensis habitis sunt
venerande nationis comitia in Justiniano
horâ câ matutina in quibus postquam
pijs manibus mgri Joannis Roannei presentatum
est, eligitur Jacobus Eklard baccalaureus
Theologus Quadrumetin Electus et
Eodem die horâ decimâ matutinâ apud
Mathurinenses habita fuere ordinaria
preclarae facultatis artium comitia in quibus
ueneranda natio rata et grata habuit quecunque
gessit amplissimus Rector in hoc trimestri
magistratu, eoque nomine ipsi decreuit
litteras perhenerificas, quin etiam alunde
confirmauit Electionem amplissimi Rectoris
factam a tribunali academico, in scribam
non solum totius vniuersitatis, sed speciatim
preclarae facultatis artium; fuit etenim tempus
in quo hanc duo munera, unum scribae
vniuersitatis, alterum scribae, solius preclarae
facultatis artium a duabus personis distinctis
fuerunt occupata, ideoque rem gratam se
facturum esse preclarae facultati artium existimauit
amplissimus Rector, si hanc confirmationem
a singulis nationibus postularet et impetraret,
de hac postulatione deliberarunt nationes in
suis quae ordinibus et unanimi uoce confirmarunt
hanc electionem. Veneranda tamen gallicana
natio postulauit ut nomen scribae Sacramentum
prestaret pro munere scribae facultatis artium
in manibus Exrectoris quoniam ipse personam
Rectoris gerebat, sed quia tres alie nationes
de hoc articulo siluerant Sacramentum illud
non prestitit non quod tamen prestare illud
recusaret, sed quia eum nihil hac de re

fasces praeeuntes amplissimo Rectori et confirmatio electio eius in munus scribae vniuersitatis et scribae facultatis artium

pronuntiassent tres nationes, cum pluralitate suffragiorum conclusit Rector Benet

Confirmavit secundo veneranda natio electionem Mi Jacobi Ekkard in quadrumvirum electum matutinis horis. 3o omnibus supplicibus indulsit excepto Joanne Gabriele Bermond qui postulabat immunitatem ab onere scribendi quod laboraret difficultate respirandi. hanc autem gratia ipsi concessa non est donec afferret pro more solito testimonium doctoris medici e facultate parisiensi, illud enim quod proferebat erat domini Astruc facultatis Monspeliensis viri quidem notissimi et peritissimi, imo a paucis mensibus inter lectores regios aggregati; at maior pars tribulium venerandae nationis censuit in ipso sinu Academiae parisiensis non ad alios recurrendum esse medicos, praeter eos qui sunt e gremio facultatis parisiensis. 4o demum prorogati sunt fasces Rectorii Mo nicolao piat celeberrimo Eloquentiae professori in Sorbonae plesseo, hanc que prorogationem confirmavit veneranda natio et ita a me conclusum est et relatum L. Benet

Electio quatuor examinatorum pro primo examine candidatorum in artibus

die Jovis 28 Junii hora 6â matutinâ postquam bene precatum est pro piis manibus Mi Joannis des Autieux quondam professoris tertii ordinis in collegio Harcuriano, habita sunt ordinaria venerandae nationis comitia in quibus

1o nominati sunt Mgtri Foubert, le Melier, Omar tres Bacalaurei Theologi et Mger le Cheron professor in Harcurio qui tentarent doctrinam candidatorum pro bacalaureatu in artibus

2o nominati sunt Mgi Le Monnier philosophiae professor in Harcurio, et vir procuratorius. Mger Barencon in Lexoveo humanitatis professor, vir etiam procuratorius. Mger Le Feure in Grassineo professor et Mger Mutel antiquus Baccalaureus Theologus qui accepti et expensi rationes a fidelissimo Quaestore proxime reddendas audirent et examinarent

3o munus Quaestoris fuit unanimi voce prorogatum Mga Lud. Rouget Eloquentiae professori in monte acuto, enixeque rogatus fuit fidelissimus Quaestor, ut fide, diligentiâ et studio quibuscum huc usque rem familiarem venerandae nationis administravit, iisdem eam velit per hunc adhuc annum administrare et ita a me conclusum est

Benet

die secunda Julii festo visitationis beatæ
Mariæ anni 1731 habita sunt comitia
venerandæ nationis in sacello harcuriano
et post missam nuper fundatam ex liberalitate
M. Vadelorge nuper fato functi cum esset
ven nationis Decanus et qui de ea semper
optime meritus est, cuius idcirco fidem antiquam
et egregiam morum simplicitatem laudavimus;
retulimus etiam, probatas fuisse et examinatas
nudius tertius rationes venerandæ nationis
coram sapientissimo Decano, æquissimo censore,
et quatuor expunctoribus electis a natione
die 28 Junii, quæ quidem rationes tam bene
ordinatæ, et compositæ visæ sunt, ut non immerito
grates actæ sint fidelissimo Quæstori
inventum est autem residere penes quæstorem,
summam plusquam ~~centum~~ ~~et~~ libellarum et centum mille ~~librarum~~
præsentis pecuniæ, et præterea superesse
summam duorum ferme millium quæ
a conductoribus domorum debetur. notandum
est tamen summam quadringentarum
librarum deberi a natione quæ solvenda
est heredibus domini Laisné.

Summa quæ superfuit inventa est 1117 lt 11s 6d.

Die martis decimâ quarta mensis Augusti
habita sunt apud Mathurinenses præclaræ
facultatis artium comitia in quibus
veneranda natio nominavit et elegit Magistros
le Sauvage, et Durant ambos philosophiæ professores emeritos
ad tentandas vires licentiandorum in artibus
pro secundo examine tum apud Beatam
Mariam tum apud sanctam Genovefam.
post quam dicti Magistri a meritissimis
procancellariis tum Beatæ Mariæ tum
sanctæ genovefæ appellati fuerunt. deinde
veneranda natio omnes supplices admisit
et ita a me conclusum est Benet

Abfuimus ab urbe per reliquum tempus
Mensis Augusti et totum ferme
Mensem septembrem; in nostram enim
patriam abire coacti sumus. gessit pro
nobis Mgter Foubert ex procurator
et Magister l'Ecolant antiquus procurator
quid actum sit in Tribunali Academico
præsertim circa Magistrum Grillet
primarum collegii hubantini cui
pecunia commodata est referemus alibi
cum rem illam totam ex ordine
resumemus sed hic solum dicam optatum
fuisse a nobis ut hanc pecuniæ summa nec ulla
alia huic viro commodaretur nihilque nobis erit tribuendum si
res illa male succedat in commodum universitatis

die sabbati sexto mensis octobris,
sacra pro more habita sunt in sacello
harcuriano. post missam vero supplicaverunt
pro regentia et scholis M. Saltier et
Tesson, ambo e Domo harcuriana
postquam vero retulit fidelissimus
Censor se omnia testimonia vidisse
requisita ut aliquis admittatur in
gremium vene nationis, imprimis vero
litteras magisterii artium et Baccalaureatus
in sacra Theologia facultate adepti,
quas litteras coram veneranda natione
legit, contra deliberatum est de iis in gremium
venerandae nationis admittendis, atque
unanimi voce fuerunt ambo admissi
et statim sacramentum in manibus nostris
dixerunt.

postea vero exposuit ornatissimus
procurator se audivisse et compertum habuisse
quemdam ex provincia Normannia satum,
programmatis publicis ad valvas affixis
annunciasse se professurum esse philosophiam
in uno e collegiis universitatis quem vocant
sat improprie parva collegia, idque
annunciasse quamvis prius non adiisset
ut moris est, ornatissimum procuratorem,
sapientissimum Becanum, neque etiam
se stitisset coram venerandâ natione,
cuius est tamen dare sus et potestatem
publice legendi et docendi. postquam
hac de re deliberatum est censuit vene natio
huncce hominem officio suo defuisse, eumque
adversus sura academica peccasse. itaque
huic declarandum esse, nisi cito sese
sistat coram veneranda natione a qua
veniam impetret, fore ut omnes discipuli
qui lectiones eius philosophicas exceperint
priventur a gradibus academicis quasi
edocti a viro qui non haberent sus et
potestatem publice docendi in academia
nostra. atque ita a me conclusum est

Lud Benet ven nat procurator
eodem die et in iisdem comitiis propositum
est viduam dicti faitout qui per aliquot
annos munus apparitoris ven nationis exercuit
supplicem accessisse non modo ad nos

sed ad venerandam Becanum et seniores tribules
venerandae nationis, ut ab ea obtinere posset
Eleemosinam ad sublevandam suam
paupertatem, et post habitam deliberationem
consuerunt omnes ipsi condonari posse
summam triginta libellarum, ea lege
tamen ut hanc liberalitas trahi non possit
in consequentias, neque inde concludi
possit eamdem summam singulis annis
condonandam esse vel aliam quamvis
saltem sine nova deliberatione atque
ita a me conclusum est

L. Benet

Die vigesimo tertio octobris eiusdem anni
quo die veneranda natio celebrat festum
Divi Romani quem iam dudum in
patronum assumpsit, post Missam solemnem
cuius celebratam a venerando contribuli
Mo le Masurier capellano ordinario
nationis, Mgter Vallée celeberrimus
Eloquentiae professor in harcurio
elegantissimam habuit orationem in
gloriam Divi Romani. ipsum laudavimus
praesertim quod multis licet districtus
negotiis, maluisset tamen idem retractare
argumentum quod semper fastidiosum
est, quam permittere ut laudabilis et
tam antiqua consuetudo facultati artium
honorifica interrumperetur

Die sabbati 2 yo mensis octobris
horâ septimae matutinae habita fuere
apud Mathurinenses praeclarae facultatis
artium comitia, in quibus veneranda
natio elegit in censorem Mum vallée
virum iverga venerandam nationem et
totam universitatem optime affectum et
disciplinae Academicae tuendae aptissimum
atque ita a me conclusum est

Benet

Cum dies decimus sextus decembris caderet
hocce anno in diem dominicum Electio
Rectoris qui iuxta statuta huic diei
alligata est, fuit dilata in diem 1 yum
qui cadebat in diem lunae. hoc igitur die
hora septima matutina in collegio
Justiniano habita fuere venerandae nationis
comitia in quibus ven. natio elegit in quatuor
virum Mum Bu Menil virum
procuratorium qui amplissimo Rectori
fasces Rectorios prorogaret atque
ita a me conclusum est Benet

eodem die horâ decima matutina
apud Mathurinenses habita fuere praeclarae
facultatis artium comitia in quibus 1o
veneranda natio rata et grata habuit
quae gessit amplissimus Rector in suo
Trimestri et annuo Magistratu, eoque nomine
ipsi decrevit litteras honorificentissimas.
Confirmavit etiam electionem Magistri
Dumenil in quatuorvirum matutinis
horis factum. 2o de supplicibus qui
plures accesserant sat longe deliberatum
est unus se se obtulerat onquissimo censori
studens in uno ex collegiis universitatis
sed quae coeca vocantur quod in iis non
sit plenum studiorum exercitium, dixerat
supplex et quidem nimis ingenue cum ab
ipso quaereretur quomodo vocaretur professor
cuius lectiones excipiebat, se nescire nomen
illius et cum ex hac confessione concludi sat
recte posset, non assidue lectionibus in
scholasticis adesse, noluit veneranda natio
immunitatem ab onere scribendi quam
postulabat ipsi concedere. huius autem
viri occasione animadvertimus optimum
esse, ut nominarentur viri Academici
qui antiquae scholarum disciplinae tuendae
in aut resarciendae invigilarent. id cum
retulissem coram tota praeclara
facultate artium, nostram observationem
laudarunt omnes nationes et ab unaquaque
deputati nominati sunt qui congregarentur
ex Mandato amplissimi Rectoris et
qui coram ipso deliberarent hac de
re id est de mediis magis idoneis et
efficacibus quae assumi possent ad
resarciendam et tuendam quantum in
nobis esset disciplinam Academicam
in iis omnibus quae pertinent ad
regimen scholarum atque ita a me
conclusum est Benet

die lunae trigesima prima decembris anni
1731 habita sunt venerandae nationis comitia
in quibus post sacrum celebratum pro
piis manibus M. Roberti de Valencour
presbiteri et canonici ecclesiae Sti Marcelli
et majoris apparitoris venerandae nationis
supplicavit pro Regentia et scholis
Martinus Gruchet, et in gremium
venerandae nationis admissus est atque
ita a me conclusum est Benet

Die ultimo Januarii convocata est universitas
ad salutandos primores urbis Magistratus
eisque iuxta morem a majoribus institutum
cereos offerendos ut vectigal annuum nostrae
erga eos religionis et observantiae.
postquam in aedes Rectorias iuxta convocationem
convenimus, habita sunt comitia extraordinaria
Tribunalis Academici, in quibus deliberatum est
de re urgente et ad saluberrimam facultatem
pertinente. ~~postquam~~ ~~ex~~ statim atque
consedimus sapientissimus ~~huius~~ saluberrimae
facultatis Decanus, nobis legit Epistolam
ad se scriptam ab Illustrissimo archiatrorum
Comite, D.o Chirac, facultatis Monspeliensis
Doctore; vir ille clarissimus et arti huius
addictissimus, sed facultati parisiensi non
immerito suspectus, dicebat in sua Epistola
se consilium iniisse stabiliendae in urbe
parisiensi novae Academiae pro Medicina
experimentali et practica, quasi parisiensis facultas,
Medicinae, a tot saeculis stabilita, non
esset ad id praesertim a Regibus instituta
ut discat et doceat maxime, majoreque
curâ, omnia quae ad practicam et experimentalem
Medicinam pertinent. plura addebat adhuc D. Chirac
in hac eadem epistola quae justum timendi
locum praebere poterant, ne hacce novâ
institutione, jura non solum Medicinae
facultatis, sed ipsius universitatis laederentur.
hac autem de re pluries iam convocata
fuerat saluberrima facultas, et decreverat
totis viribus huicce novae institutioni ~~totis~~
esse obstandum, imo decreverat ut ~~ii~~ e
numero et catalogo doctorum facultatis
parisiensis eraderentur, nomina eorum qui in hanc novam L.B.
Academiam se se aggregarent; et quoniam
res illa videbatur etiam pertinere ad privilegia
et jura totius universitatis, postulavit Medicinae
Decanus, ut vellet universitas in hocce
negotio intercedere pro saluberrima facultate
auditus est meritissimus Syndicus qui docte
et egregie exposuit gravitatem negotii et
quantum ex hac nova institutione si locum
haberet imminere et redundare posset
periculi in saluberrimam facultatem
parisiensem, quae semper nostrae universitati
fuit addictissima, maximumque decus, imo
et columen, in multis occasionibus huic attulit

+ Juxta illud adagium medicis notissimum principiis obsta

Itaque sensit quidquid in nobis est faciendum esse ut hanc novam consilium institutioni Medici pro nova Academia extruendae parisiis, vel in ipso exorsu si fieri posset suffocaretur.+ omnes ex ordine dixerunt sententiam et in hoc consenserunt quod universitas intercedere debeat, sed impediendum si fieri possit novum illud consilium quod meditatur clarissimus archiatrorum comes: cum tamen litterae patentes (ut vocant) neque ullus adhuc actus authoritate regia munitus appareat, per quem hanc nova Academia proletur et confirmetur, sed circa hoc solum praesenti tempore faciendum esse censuit Tribunal Academicum, ut donec possit secundum leges suas obsistere Universitas, et impedire quantum poterit hancce novam institutionem Academiae experimentalis et practicae distinctae ab ipsa facultate parisiensi, Rogandum esse amplissimum Rectorem ut scribat ad Eminentissimum Cardinalem de Fleury, moneatque non solum hanc institutionem videri contrariam statutis facultatis Medicinae, jam a tot saeculis stabilitae, sed privilegiis etiam totius universitatis. factâ hac deliberatione discessimus omnes et statim in currus nostros ascendimus ut procederemus ad salutandos primores Magistratus eisque cereos offerrendos propter quod eramus convocati.

Adivimus primo Illustrissimum Senatus principem Dominum Portail. per aliquod tempus expectavimus quia tunc erat publico negotio detentus, quod interrumpere non poterat sed statim atque in eius conspectu fuimus, pro sua humanitate veniam et excusationem quodammodo postulavit ab universitate, quod non potuisset illius salutationem excipere statim atque illius palatium ingressa est universitas idque verbis tam selectis et universitati honorificis expressit, ut ex hac ipsa excusatione cognosci et intelligi facile potuerit quanto ipsi in pretio sit universitas parisiensis. orationem apud eum elegantissimam habuit amplissimus Rector cuius hoc erat principium argumentum. nulli scilicet ordini

magis addictam esse decere primogenitam Regum
filiam quam amplissimo, augustissimoque ordini
senatus parisiensis, in que hanc doctrinae quam virtutibus
tam constanter ab origine sua ad hanc usque tempora
docuit, habuitque tanquam primam ac principuam
patrimonii sui partem, tam sacris, tam concionibus animos
defendi iudet, sacrosanctas scilicet patrias leges, christianissimae
Ecclesiae gallicanae libertates, a quibus pendet non ecclesiae
solum modo, sed ipsius met regni tranquillitas, et postquam
de ipsius ordine et senatus parisiensis magnifice locutus est
virtutes ducis et proto praesidis huius celeberrimi ordinis
prosecutus est, in que nequit non facile est dicere,
magisne sit humanitas, an aequitas sanctior, animi e
medio prodit quem gerit intus animi candor, uis ingenii
perspicua, morum suauitate coniuncta, quem labor, quem
scientiarum amor, quem blanda praesertim eloquentia
commendant, qui denique cum bonis omnes amat ac luctur,
tam nos benevolentia, singulari quoque, atque complectitur. De
hanc orationem blandissimis uerbis excepit illustrissimus
senatus princeps, laudauit non modo amplissimum Rectorem,
sed totam universitatem, quae et regno et ecclesiae in omnibus
temporibus semper fuit addicta. non modo hanc sed
totius senatus tutelam et fauorem nobis pollicitus est.
summa cum humanitate per totam eiusmodi suauem
seriem nos reduxit, neque abiit quin omnes universitatis
ordines ita salutauisset.

Abiimus inde ad salutandum ellagni consilii prototypendem
Dnum de Verthamont. eorum antiqua nobilitate, antiquis
magnitudine etiam moribus, uenerandaque senectute, non
minus quam munere huc nostris salutationibus et obsequiis
dignissimum. pauca quidem ei sed elegantur dixit
amplissimus Rector quae humanissime etiam excepit
vir illustrissimus. gratias egit et Rectori et toti universitati
illudque se optare dixit, ut occasionem saepius haberet
testificandi tum universitati, tum singulis eius membris et ordinibus
quanti ipsi in pretio esset universitas parisiensis
scientiarum et morum parens ac magistra. singulos
ordines salutauit, neque per totam duntaxat eiusmodi
suauem seriem sed usque ad currus nostros nos reduxit.

Inde abiimus ad salutandum illustrissimum Regiorum
Iubliciorum principem Dnum de Camus, cuius
aedes magnificas eo lubentius miramur quod continuant
domum quae uere et tota Academica est. amauit etenim
universitatem illustrissimus hic uir, bonorum ipse omnium amor et
deliciae. amauit nos clarissimus huius patronus alterum
ab olim magistratus exemplar. amauit nos quoque
sanctissimus ille cardinalis magnus quoque Camusius Deus

hinc merito laudatus est illustrissimus hodiernus
protopraeses tanti muneris tantique nominis honores
non degener, qui hanc traditam a majoribus fovendae
universitatis praeclaram possessionem, non retinet modo
sed etiam diligentiore si fieri potest cultu amplificatam
liberis suis transmittere conatur. unde post quam
gratias egit ~~[illegible]~~ amplissimo Rectori, totique
universitati, postulavit diem in quo cum inviseremus
quod vellet nobiscum colloqui de privilegiis
universitatis, quorum tutela ipsi maxime cordi erat.
latino sermone respondit ut facere solebat
illustrissimus avus suus cuius hanc quoque
consuetudinem retinere et servare voluit.
omnes universitatis ordines salutavit nosque
usque dum ascenderemus in currus nostros reduxit.

Fuimus postea ad salutandum regiarum
rationum protopraesidem Dominum de Nicolai,
virum et summa literarum amantem nobilitate conspicuum.
orationem habuit ~~etiam~~ Rector amplissimus non longam,
sed perjucundam, et temporum circumstantiis
bene accommodatam. cum enim venerandus
ille senex nunc octavus a primo successor
nec interrupta serie, praestantissimum illud munus
sustineat, et amisisset hoc anno filium
natu majorem Dominum de Gousainville
cui rex jam concesserat spem futurae
successionis, et post illius mortem intempestivam, Rex
Ludovicus decimus quintus eamdem gratiam
alteri filio natu minori ~~eamdem gratiam~~
concessisset, imo et tertio filio concessisset
etiam aliud insigne munus quo fruebatur
secundus, nempe praeficere uni cohorti
gallice un regiment, ex iis omnibus gratiis
denique, ex quibus ~~ex~~ aestimari potest quanto in pretio
et favore sit apud regem illustrissimus
parens. hanc fuit materia orationis habitae
ab amplissimo Rectore et quae venerando
seni gratissima fuit. hinc Rectorem ~~[illegible]~~ humanissime
excepit, totamque universitatem blandis
et officiosis verbis salutavit, nec prius
discedere voluit et in suas ordes ingredi
quin singuli in nostros currus ascendissemus.

Die sequenti nempe ipsismet calendis
februarii processimus versalias ad
salutandum regem, augustamque eius
conjugem, serenissimum Delphinum,
et alios regni proceres et administros eisque
cereos pro more consueto offerendos

Quomodo peracta sit hanc ceremonia dura
quidem et difficilis praesertim amplissimo Rectori,
sed ipsi ~~honorifica~~ et toti universitati honorifica ideoque
retinenda, viva voce retulimus venerandae nationi
post finem sacrosancti sacrificii quod oblatum est
die secundo februarii in festo purificationis
beatae Mariae. pauca igitur addam et exscribam
in hisce actis procuratoriis, praesertim quod
hanc omnia ex ordine in commentarius
universitatis a fidelissimo scriba reponi soleant.
dicam ergo solummodo Regem salutatum esse
ab universitate circa horam sesqui nonam
hinc convenerimus omnes apud amplissimum
Rectorem ante horam quintam matutinam.
deinde salutavimus serenissimum Delphinum,
post ea salutavimus Eminentissimum Cardinalem
de fleury, denique Reginam nostram
Augustissimam Regis coniugem, quam salutare
nunquam datum non fuerat. orationes gallicas
per elegantes habuit amplissimus Rector sed de quibus
nihil referam. vererer etenim ne si eas latinis verbis
reddere vellem, vel culpa ingenii mei, vel defectu
stylo, quod ab ipso tam concinnis et elegantibus
verbis expressum est, detererem. Salutavit
Regem suum primogenita regum filia in ipso
interiore conclavi Regis dans le cabinet du Roy.
et postquam verba fecit amplissimus Rector
alta et distincta voce Respondit Rex. his verbis
(se vous suis obligé Monsieur et a toute l'université
(de son attention pour moy. j'auray soin de luy
(donner des marques de ma bonté et de ma protection
royalle dans toutes les occasions.

Cum non invenissemus parisiis Illustrissimum
galliae cancellarium Dnum de Baguessau
post discessum nostrum e palatio Regio in illius
aedes processimus ut virum hunc Illustrissimum
non modo legum antistitem, sed litterarum et litteratorum
parentem salutaremus. suam universitati
et tutelam et amicitiam non verbis fucatis
et aulicis, sed ex animo et sincero corde
nobis significavit

adiimus etiam Regiorum sigillorum
custodem illustrissimum, quem non
invenimus. ~~ita que~~ absolutâ ~~ex prosa~~ ceremoniâ
prandium optimum impensis universitatis
paratum excepimus et ita absoluta
est hanc ceremonia dura quidem ut diximus
sed honorifica universitati et quam idcirco servare optimum
est

die Sabbati nono februarii et vigilia dominicae
septuagesimae habita sunt comitia ordinaria venerandae
nationis quae haberi non potuerant die solito
nempe primo sabbato huius mensis quod dies ille
inciderat in diem festum purificationis Beatae Mariae.
post sacrum a Capellano ven nationis pie celebratum
cum primus apparitor rogasset nos ut proponeremus
deliberandum in natione, an placeret venerandae
nationi ut per hunc annum currentem huic prorogaretur
pensio annua trecentarum libellarum quae a duobus
circiter annis pluralitate suffragiorum concessa fuerat, ex reditibus nationis
monui venerandos Tribules. sed mihi quidem propositum fuisse,
sed addidi tamen, neminem e Tribulibus ignorare litem
hac de re motam fuisse cum primum vice concessa fuit
hanc pensio ex fundo nationis eiusque reditibus
qui modici sunt accipienda, singulis annis: et cum plures ex illis Tribulibus
qui adversati fuerant ut hanc pensio concederetur
et iuxta formas iuris intercesserant conclusioni hac de re primum latae
tunc in his comitiis non adessent; judicavi
melius esse ut hanc deliberatio in alium diem
transferretur. hanc quidem sententia non placuit
omnibus, sed tamen quia iusta prorsus videbatur
a proposito non destiti: et revera deliberationem
in alium distulimus diem, nempe in diem
lunae decimum octavum februarii, et
curavimus ut mitterentur ad singulos Tribules
libelli Typis impressi in quibus indicabatur
hac de re deliberandum esse utrum
prorogari debeat per hunc annum pensio annua
trecentarum libellarum ex fundo et reditibus
ven nat desumenda.

In illis igitur comitiis extra ordinem habitis
die 18° februarii hora post meridiem quinta
post quam paucis et fideliter expressi quare
hanc deliberationem distulissem, et sententiae
meae rationem reddidi, quam non sine aliqua
voluptate a maiori numero comprobari et
laudari cognovimus, deliberandum proposuimus
an per hunc annum currentem nempe 1732
prorogandae esset primo apparitori dicto
Hote pensio annua trecentarum libellarum
ex fundo et reditibus ven nationis desumenda.
rationes quae illius petitioni favere possunt
retuli, neque omisi eas quae poterant adversari.
ex una parte asserebat ille apparitor non
posse si nihil ipsi addatur, accipere ex sua
conditione quadringentas libras. per unumquemque annum asseruerant olim quidam Tribules

munus suum adequare quingentas, aut sexcentas
minimum libellas, sed id probatum non fuit, neque
ullus e tribulibus id probandum et oculis
clare subiiciendum assumpsit suscepit.
itaque in duas partes diuisa est natio
scilicet una pars uolebat, ut illius conditio apparitoris
sta aequaretur ut adderetur duntaxat e
fundo nationis summa quae posset cum
reditibus quos ex officio suo suscipit adequare
quingentas libellas singulis annis percipiendas.
dicebant posse in hoc casu sorte sua contentum
L. B. esse; + uiginti quatuor 24 or tribules hanc amplexi sunt sententiam.
altera pars nationis in ea fuit sententia
ut per hunc annum 1432 nihil immutaretur
cum eo quod duobus superioribus annis
deliberatum et statutum fuerat, nempe
prorogandam esse primo apparitori pensionem
annuam trecentarum libellarum ex fundo
et reditibus nationis accipiendam. Hanc pars
uicit numero; uiginti scilicet et nouem tribules
L. B. hanc amplexi sunt sententiam itaque uexta pluralitatem
suffragiorum conclusi his verbis
censetis ergo prorogandam esse primo apparitori
seu Bidello dicto l'hote per hunc annum
pensionem trecentarum libellarum ex fundo
et reditibus venerandae nationis dehimendam et
a quaestore eiusdem nationis soluendam, ita
ut tamen hanc presens deliberatio trahi non
posse in consequentias, nec illam pensionem
pro singulis annis sibi tribuere posse dictus apparitor
sine noua deliberatione.

Benet ven nat procurator

die mercurii uigesimo primo mensis februarii
horâ primâ post meridiem, habita sunt apud
amplissimum Rectorem comitia extraordinaria
deputatorum uniuersitatis. hanc comitia per
schedulas indixerat amplissimus Rector ut cum
Tribunali Academico deliberaret, quid esset
agendum, occasione nuncii infelicis qui ad aures
suas et nostras a duobus circiter diebus peruenerat,
scilicet datas esse litteras Regias. quibus duo
docteres et actu in scholis saluberrimae facultatis
docentes relegabantur; quamuis nulla uel
leuissima causa huc usque cognosceretur nec allata fuisset
propter quam tam graui poena digni iudicarentur

Quæsiuit itaque amplissimus Rector quomodo vniuersitas
in talibus circumstantiis se se gerere debeat, quid decens?
quid vtile? esse uidelicet non honoris solum hic sed
materna pietatis erga filios hucusque vniuersitas
casibus opem ferre quæ sicut non semel in huius modi
maioribus nostris factum est. itaque censere se in
horum ducum professorum et doctorum medicinæ
auxilium veniendum esse et huic rei cum sapientia
et cautione, sed strenue tamen et fortiter agendum
esse apud regem, ut literas illas vocare velit
quibus hi duo professores in exilium mittentur.
Re missa in deliberationem placuit nihil
sapientius, ac melius fieri posse quam si amplissimus
Rector et Exrector simul cum pluribus doctoribus
ex saluberrima facultate, adirent Eminentissimum
Cardinalem de fleury, ut ab eo resciretur in quo
hi duo doctores, ipsaque salubrrima facultas
Regi potuisset displicere, eumque enixe
rogarent, ut pro gratia qua pollet apud Regem
nostrum, uelit vniuersitatem in hocce casu adjuuare.
quem uero exitum habiturus sit hic legatio
notare hoc loco non possumus. nondum enim
facta est hæc Deputatio, præsertim quod Rex
et ipse Eminentissimus Cardinalis non versatilis
sed apud ædes Marliacas per hosce dies habitet +

+ mors domini Cheuac quæ in hoc tempore subito accidit hanc deliberationem reddidit inutilem

Post quam ea de re fuit deliberatum
dexit amplissimus Rector alium nuntium non minus
tristem, matutinis horis præsentis diei se didicisse
scilicet morte quasi subita, ademptum fuisse
vniuersitati non sine bonis omnibus
Academicis, et Tribunali præsertim Academico flebilem
Antonium Alexandrum le Vasseur, Quæstorem
generalem vniuersitatis, se autem putare,
inter cetera plurimum vniuersitati ut occasione
præsertim comitiorum quæ pro aliis causis
superius relata indixerat, huic eligeretur successor
in quæstoris generalis munere. cum enim mors
illius nondum sit permulgata, posse hac via
uitari literas commendatitias, ambitus, vincas
etiam et contentiones quæ pacem vniuersitatis
turbare possent. re proposita ad deliberandum
auditus est primo meritissimus Syndicus
vniuersitatis Edmundus pourchot. post quem
ille virtutes obti le vasseur ex animo et
affectu prosequutus est, dixit se nihil hic
conuenientius uideri quam si ego Venerandæ
nationis procurator in quæstorem
generalem vniuersitatis et successorem
M. le vasseur Eligerer. quem de

Electio Quæstoris vniuersitatis in locum Magistri alexandri le vasseur hoc tempore facto functi

Ingenii mei dotibus et laudibus quas in mis larga manu
in me congessit et aliis momentis quibus adducebatur
ad Iudicandum me habilem et idoneum videri ad
exercendum illud munus, nostrum non est referre sed
cum audivissem me tam blande ad munus illud
postulandum invitari, gratias egi meritissimo Sindico
quod de me tam egregie sentiret. non posse quidem me
polliceri, fore ut tam perfecte adimpleam munus illud
Quaestoris, quam illud adimpleverat vir ille cuius mortem
deflebamus, at saltem sperare me fore ut si forte eligerer
an illius successorem, nunquam aut bona voluntas, aut
studium, aut vigilantia, aut fides in tractandis
negotiis et reditibus universitatis excipiendis in me
~~non~~ desiderentur. secessi statim et transivi in aliud
cubiculum ut de hac electione ~~deliberaret~~ quae
Tribunali Academico pro iure suo competit
libere deliberaretur. post aliquod tempus et absolutam
deliberationem relatum est mihi a fidelissimo vice scriba
~~Sorb~~ Mo Ingout, me pluralitate suffragiorum electum
fuisse in munus Quaestoris generalis universitatis.
antequam tamen hanc conclusio mihi ab amplissimo
Rectore renunciaretur, dictum est decretum fuisse et statutum
a Tribunali Academico, etiam antequam fieret electio
Quaestoris, ut deinceps quicunque eligatur ad hoc
munus exercendum, nunquam maior summa quam
ter mille librarum relinquatur in manibus quaestoris
designandi. quod excedet, superabitque hanc summam
repositum iri in arca octo clavibus observata,
quarum septem ita distributae erunt ut unusquisque
ordo universitatis unam ex illis septem clavibus
habeat, nempe Theologiae facultas unam, iuris utriusque
facultas secundam; saluberrima facultas tertiam
et unaquaeque natio unam similiter habeat. ultima
demum et octava erit in manibus ~~amplissimi~~.
approuvé la rature S. B. ~~Rectoris~~: ipsius Quaestoris. hanc autem arca
deponetur apud quaestorem donec saltem locus alter
vel tutior, vel commodior inveniatur. nunquam
aperietur arca ut ex ea nova summa vel tollatur
aut in eam reponatur nisi id statutum fuerit prius in Tribunali
academico per suffragiorum pluralitatem. post quam
id retulit amplissimus Rector pronunciavit
me electum fuisse in quaestorem generalem
universitatis a Tribunali Academico. itaque
iuxta morem consuetum abivimus ex aedibus amplissimi
Rectoris ad Mathurinenses ut in loco maiorum praestarem
sacramentum quod re ipsa praestiti in manibus
amplissimi rectoris eumque in aedes suas reduximus.

Benet

In eodem die quo comitia habita sunt
de quibus supra locuti sumus et in quibus
deliberatum fuit et statutum pensionem
annuam trecentarum libellarum esse
per hunc annum prorogandam quamuis
plures iam tribules recessissent. attamen
retuli id quod a fidelissimo quaestore didiceram
in um huard filium ex quo mortuus est pater
suus nolle amplius habitare in domo venerandae
nationis sitae in uico stramineo et quae dicitur
magnus nummus gallice le grand ecu. cum
autem filius et pater essent a multis annis
inquilini huiusce domus et superessent adhuc
plusquam duo anni ad absoluendos nouem annos
per quos durare debet contractus ultimo initus
cum ven natione, postulare se ut sibi liceat
sus suum per duos illos annos cedere aliis duobus
uiris quorum unus est procurator in suprema
parlamenti curia, alter uero aduocatus seu causarum
actor in eadem curia. dictum fuit hanc licentiam
concedendam uideri Mo huart antiquo ven
nationis inquilino, sed ea tamen lege ut
quando soluentur pecuniae quaestori ven nationis
illae referantur quasi acceptae ab ipso Domino
huard sitque usque ad finem contractus initi
nouem annorum sponsor duorum illorum
nouorum inquilinorum. et ita conclusi

Benet p. v.n

Die primo martii horâ septima matutina
post sacrum retuli ven nationi illud etiam
quod a fidelissimo quaestore acceperam nempe
uirum cuius nomen esse dictum est, abbas Bolet
et ad quem pertinet dominium domus sitae in
uico stramineo et quae proxime adhaeret domi ven. nationis
quae dicitur parvus nummus le petit ecu nominatur
uelle et iam incepisse reaedificare de nouo domum
suam eamque uelle ad maiorem altitudinem quam
+ L. R prius erat tantique domus euehere et idcirco exigere se ut
iuxta ritus et statuta curet ueneranda natio
reaedificari pro media sui parte murum illum
qui medius est et qui diuidit domum suam a
nostra. curaueram prius ut murus ille examinaretur
iuxta regulas architecturae perpenderetur que an
perpendiculariter et ad normam esset erectus captus
satisque firmus ad nouum pondus uicinae
domus sustinendum; et ad illud opus exequendum

duos adhibueram viros et peritos et probos
dmnum Richard et dnum D'Anjan;
retulerunt ambo murum illum non esse a
fundamentis reaedificandum sed tantum in
media et excelsiori sui parte, opus autem
illud de novo construendum commissum est
fidelitati quaestoris cui adiuncti sunt duo
nationis contribules qui ipsum adiuvarent
Mger l'Ecolant vir procuratorius et
professor in Harcurio, et Mr Duprey
Baccalaureus theologus et procurator
Societatis Harcurianae. ~~[illegible]~~ a me
conclusum est Benet

hortatus sum etiam illos deputatos
ut rogaretur nomine nationis Dmnus
Courcham inquilinus nostrae domus inuigilare
quantum in se esset huic operi et in gratiam
huius vigilantiae et beneficii ipsi polliceri
fore ut veneranda natio ~~[illegible]~~ huic omnibus
aliis et coeteris paribus anteponeret, qui sese
offerrent ad locandam aliam domum quae
dicitur magnus nummus le grand eau
et quam conducere visus est nobis optare
dictus Dmnus Courchamp

Die martis undecima martii habita sunt
comitia extraordinaria professorum ven. nat.
ad eligendum Quaestorem generalem reditus
nuntiatuum in locum Mi Antonii le
Vasseur viri bonis omnibus flebilis, cuius
integritatem et abstinentiam commemorare
coeterarum eius virtutum iniuria fuerit
ut huic excellentissimo viro mihi privata
convictus et omnis officii necessitudine coniunctissimo
dum in vita fuit; paucas ante hebdomadas
iam me elegerant suffragia Tribunalis Academici
ut huic etiam succederem in excipiendis reditibus
nuntiatuum rogaverunt me non solum clarissimi
professores venerandae nationis sed coeteri quoque
professores trium aliarum nationum quibus
omnibus id a me petentibus ut vellem exercere
hoc officium, non obtemperare piaculum
arbitratus essem. notatum est tamen a quibusdam
(et id in hisce commentariis referre voluimus)
ex eo quod pro secunda vice accidat ut ille
idem qui erat Quaestor universitatis electus sit
ad excipiendos reditus nuntiatuum, minime
inferendum esse hanc duo officia simul
semper iungenda esse aut unum esse appendicem
alterius nullam enim hanc duo munera connexionem
habent necessariam at sunt omnino diversa

Quaestor universitatis eligitur a tribunali Academico

Quaestor autem reditus nuntiatuum eligitur in quatuor nationibus a professoribus tum emeritis tum actu regentibus et suffragia seruntur in unaquaque natione. hoc ultimum munus gratuito exercetur; post tres annos nouus eligitur; nulla sunt iura huic officio addicta nulla emolumenta. sed munus Questoris universitatis est perpetuum, et seruatur per totam uitam nisi ille qui electus est uelit illud eidem tribunali Academico a quo acceperat resignare; plura habet iura et honorifica et utilia huic muneri affixa; reditus universitatis eique pertinent ad omnes universitatis ordines, tres uidelicet facultates et quatuor nationes; contra uero reditus nuntiatuum tenent locum emolumenti professoribus actu regentibus et Emeritis hinc unicuique distribuuntur quaestori uniuscuiusque nationis ut ab eo unusquisque accipiat quod ipsi iuxta leges et statuta institutionis gratuitae debetur. plura alia discrimina adhuc notare possunt ex quo satis apparet quantum sint diuersa

Postquam unusquisque professor suam aperuit sententiam de nouo electione Questoris generalis nuntiatuum in hisce comitiis his uerbis conclusi est enim uis procuratoris etiam si esset ex ordine baccalaureorum concludere in hisce comitiis in quibus agitur de reditibus nuntiatuum

Conclusio de eligendo Quaestore nuntiatuum

Sapientissime Decane Clarissimi professores venerandae nationis, me uestrum procuratorem eligitis in locum magistri Alexandri le Vasseur ad excipiendos reditus nuntiatuum communes et pertinentes ad gymnasiarchas et professores tum emeritos, cum actu regentes in collegiis pleni exercitii facultatis artium universitatis quod quidem munus sine emolumento exercebitur ut huc usque factum et per tres annos tantum quibus reuolutis noua fiet electio et deliberatio huc ad illud eidem personae continuandum huc ad illud alteri demandandum et Ego cum omnibus unanimi uoce consentientibus conclusi L. Benet ven nat pr

post illam deliberationem habitam de eligendo Quaestore reditus nuntiatuum, retuli ornatissimum procuratorem honerandae nationis me conuenisse et dixisse nationem suam optare ad modum ut quaerantur et assumantur media efficacia ad componendam amice sed id fieri possit, sin minus ad componendam per regulas iuris controuersiam quam iam diu

predecessor manet ut nempe omnes professores actu regentes
sed his diuersis nationibus cum æquali fruantur mercede
et emolumento uelint etiam hac in re consentire ut
nullus professor ex quo habilitas fuit matriculis gratuita
censeri possit emeritus nisi prius quam per exigentia
annos docuerit ut sit in honoranda et ueneranda natione.
Cum autem alia difficultates quæ ad hanc
materiam pertinent resolui et comperi non possint
mihi hac fuerit minus absoluta et comperita harum
primam difficultatem de tempore requisito
ut aliquis haberi possit emeritus professor
primam soluendam, ut ad alias deinde
fiat transitus, hanc quæ prænarrum an emeritus
professor possit pensione concedi solita frui
et cum si tamen partibus non maneat nominandi
honoranda nationis eorum de Marnier
pietatem procuratorium et deliberemus
professorem philosophiæ in Harcurio ut simul cum procuratore
ut huius ambo adhiberent curas ad rem
illam prosequendam de qua identidem ad
nationem referrent de iis quæ acta fuerunt
atque ad ita fore polliciti fuimus.

L. Benet

Quocumque acta hunc in tribunali academico
et in alio consilio Deputatorum universitatis
quæ primo sabbato reuiuscentis mensis
habentur in his actis procuratoriis non
retuli at selegimus tantum ea quæ ad
uenerandam nationem pertinere mihi uisa
hunc in diem pauca aut fere nulla
exscribenda habui cum uero aliquos
omiserim ut puto ex iis officiis quibus qui
per hunc annum e uiuis excesserunt
et pro quibus preces effundere et immaculatam
Deo hostiam offerre solet ueneranda natio
eorum nomina hoc loco referam ut
mihi tradita fuit a fidelissimo Quæstore

Missæ quæ habitæ sunt in uenerandæ
nationis pro uiris tribulibus qui per hunc
annum procuratorium e uiuis excesserunt

10 aprilis anni 1731 Mer Joannes de Jamel rhetoricæ
professor in Marchiano antiquus Rector universitatis
felixque scriba mortuus est

2° Junii eiusdem anni Mer Josephus Bayot Baccalaureus

7° Julii Mer nicolaus Bon-amour Baccalaureus

14° nouembris eiusdem anni Robertus Barentin uir procuratorius
et emeritus professor tertii ordinis in Lexouio

19° Januarii anni 1732 Mer Le Feure professor quarti ordinis
in Harcurio

Nihil Deest Benei

nihil Deest Bene



his quos amisit veneranda natio adjungam et nomina eorum qui in gremium suum admissi sunt ut tempus in quo admissi sunt ut mihi relatum fuit etiam a fidelissimo Quaestore

nomina eorum qui in gremium nationis admissi sunt per hunc annum procuratorium

Mr. Joannes le Cheron de Homare Rothomagensis 7 aprilis 1731
Mr. franciscus Pigache constantiensis. . . . . 7 aprilis 1731
Mr. Joannes petrus Jngout Rothomagensis 14 augusti 1731
Mr. Joannes baptista Antonius de Malherbe Bajocensis 14 augusti 1731
Mr. Joannes baptista Mury abrincensis 4 septbris 1731
Mr. ~~Joannes~~ Thomas Dyonisius Elias Salletier Rothomagensis 6 octa 1731
Mr. Jacobus ~~antonius~~ franciscus Jesson constantiensis 6 octobris 1731
Mr. Claudius guillelmus vinot rothomagensis 10 octobris 1731
Mr. nicolaus Louvel constantiensis 10 novembris 1731
Mr. Carolus Jacobus chevalier lexoviensis 21 novembris 1731
Mr. Martinus gruchet lexoviensis 31 Decembris 1731
Mr. Aegidius vautier Bajocensis 9 februarii 1732
Mr. Ludovicus fontaine constantiensis 1° Martii 1732

Die 24 Martii peractis sacris quae Mi Roannei pietate fuerunt in illum diem instituta. Item vespertino de annuntiatione B. virginis officio celebrato, gratiae actae a nobis fuerunt venerandae nationi cuius erga me liberalitatis dum munus procuratorium gessi et paulo ante summum totius Academiae Regimen memoria in animo meo residebit sempiterna. Electus est procurator Mr. petrus poirier Bacalaureus Theologus societatis harcurianae primarius, vir sincera in deum pietate flagrans, Academiae juribus, regni etiam patriaeque legibus quas religio nos docuit ipsa quae rursum religioni quoque praesidio sunt et ornamento quas universitas parisiensis ut suum patrimonium tueri et doctrina sua defendere tenetur addictissimus. Sacramentum in manibus nostris dixit ut solitum est cum autem comitiis maturinensibus decima hora matutina hac die habendis ad fasces rectoris aut continuandos et prorogandos vel alteri demandandos in meum locum electus est ~~gas~~ amicissimus collega meus magister gaspard poitevin vir procuratorius et philosophiae professor in collegio Dormano Bellovaco hicque finis erit eorum quae gessimus in annuo hocce procuratorio munere quae omnia ut bono animo gessimus optamus plurimum rata et grata habeantur L. Benet exrector

Acta venerandæ nationis

Procuratore Magistro Andreâ Dotier presbytero Constantiensi Baccalaureo theologo artistarum et grammaticorum harcurianorum primario a die 24. martii anni 1732 ad 24. martii anni 1733.

Die lunæ 24. martii anni 1732. habita sunt comitia venerandæ nationis, in quibus peracto sacro post elegantem orationem Magistri Ludovici Benet celeberrimi philosophiæ professoris in Dormano-Bellovaro, Exrectoris, de venerandâ natione non solum, sed etiam de totâ academiâ bene meriti, Ego Andreas Dotier antiquus censor electus fui procurator, et in locum Magistri Benet exprocuratoris negotiis academicis impediti quadrumuir electus est Magister Gaspard Doiteuin celeberrimus in eodem collegio philosophiæ professor. Dotier.

Eodem die apud Mathurinenses fasces rectorii unanimi uoce prorogati sunt Amplissimo Rectori Magistro Nicolao Piat celeberrimo Eloquentiæ professore in Sorbonæ-plesseo. Dotier.

In comitiis aprilibus die sabbati quinto ejusdem mensis et anni habitis Dominus Jogan antiquus ædium venerandæ nationis conductor easdem ædes octingentis libellis conduxit, harumque conductionem scripto confirmauit veneranda natio. Dotier.

Die sabbati 3.ª maii an. 1732. peracto de more sacro in sacello harcuriano fidelissimus quæstor Magister Rouget exposuit D. Benoist ædium Vener. nat. conductorem postulare ut murus hortulo earumdem ædium proximus ex inferiori parte gypso iterum vestiretur, vetere deleto, cujus negotii cura ejusdem quæstoris fidei et diligentiæ commissa fuit. Dotier.

Die sabbati 7.ª junii an. 1732. horâ sextâ matutinâ habita sunt comitia in collegio harcuriano, ut fieri solet, in quibus post sacrũ celebratum Magister Ludovicus Barisy presbyter Constantiensis socius harcurianus Baccalaureus theologus e sacrâ facultate parisiensi supplex pro regentia et scholis admissus fuit, et sacramentum juxta consuetudinem præstitit, postquam nominati fuerunt per apparitorẽ vener. nat. duodecim tribules qui ampl. D. Rectorem comitari tenerentur in proximâ solemni supplicatione universitatis. Dotier.

Die lunæ 23. junii an. 1732. habita sunt comitia horâ sextâ matutinâ in collegio justiniano, in quibus, peracto sacro, veneranda natio quadrumuirum elegit Magistrum Casaudge celeberrimum philosophiæ professorem Emeritum in regiâ navarrâ Jumquæ Deranum, post comitia recessurum Baccalaurei, remanserunt vero professores ad quos pertinebant quædam ab amplissimo Rectore proposita in comitiis apud ipsum habitis die 7.ª hujus mensis,

quaque a me referenda esse existimaui, nempe monuit nos amplis. Rector ab iis qui tabellarariorum publicorum collegio praepositi sunt latam esse sententiam de controuersiâ quae Domino Moulin publicano est cum quodam meritoria vehicula perducente (vn Roulier) cujus nomen la mothe, in quâ sententiâ quaedam sunt non solum supra laudati publicani, sed etiam tabellariorum societatis rationibus aliena (de la ferme generale des postes et messageries), illud praesertim, posse eos quibus vectionum publicarum cura commissa est (les Roulier) mercium fasciculos vehere etiamsi quinquaginta pondo non pendant illi fasciculi, dummodo ab eodem negotiatore ad unum eundemq; hominem mittantur, illique soli homini inscribantur ea tamen lege ut simul colleti quinquaginta librarum pondus adaequent. quapropter ad Regium consilium prouocauit D. Moulin, petiitque ab academiâ parisiensi ut inchoatae liti interueniret, a quâ abstinere posse non videtur, cum dominium hucusque habuerit saltem in partem vectigalium quae ex cursu publico colliguntur, itaque professores venerandae nationis interuentum hunc approbarunt.

Praeterea iidem professores me venerandae nationis procuratorem et magistrum le Monnier celeberrimum philosophiae professorem in harcurio deputatos nominarunt, ut heredes magistri le vasseur uniuersitatis quaestoris fato functi ad computationem vocaremus, accepti et expensi rationes iniremus, ipsos numeratâ pecuniâ si quam debeant liberaremus, reciperemusq; ab ipsis instrumenta ad uniuersitatem pertinentia.

Potier

Eodem die horâ decimâ praeclara artium facultas apud mathurinenses confirmauit fasces rectorios a quatuor viris prorogatos amplissimo Rectori Magistro Piat.

Potier

Die sabbati 28. junii 1732. habita sunt ordinaria comitia in harcurio, postquam preces fudimus pro aeternâ requie animae M. desauthieux viri procuratorii, electi sunt quatuor judices qui probarent vires baccalaureorum in artibus M. Amelot, M. Pigache, M. Salletié Rothomageus, et M. Louuel, omnes baccalaurei theologi

2º Expunctores rationum a fidelissimo quaestore accipiendarum M. Roussel ~~pt~~ celeberrimus philosophiae professor in harcurio, vir procuratorius M. Bonnejoye celeberr. philosophiae professor in lexouio, M. Foubert licentiatus theologus, et vir procuratorius, M. du Prey baccal. theologus nominati sunt.

3º M. le Rat baccalaureus theologus, collegii justitiani primarius quaestor venerandae nationis electus est majori suffragiorum numero, et ita fuit à me conclusum. Potier.

Die 2. julii an. 1732. peracto sacro horâ sextâ matutina, in harcurio gratias egi fidelissimo quaestori magistratu decedenti M. Rouget celeberrimo Eloquentiae professori, qd omni curâ et cogitatione in res nostras incubuisset, ita ut rationes ejus benè ordinatae et compositae visae fuerint mihi, sapientissimo Decano, aequissimo censori et quatuor expunctoribus. Dixi superesse in aerario vener. nationis centum triginta et unam libellas supra ter mille libellas praesentis pecuniae, insuper ab aedium nostrarum conductoribus deberi summam mille quadringentarum quinquaginta septem libellarum.

Potier.

Die Sabbati tertio nonas julias anni 1732 habita sunt ab āplissimo Rectore comitia horâ post meridiem primâ apud clarissimum exrectorem M. Benet in Laudunko, in quibus inter alia multa deliberatum est de tuendo jure academia parisiensis data occasione litis quam Abbas de Choiseul licentiam decurrens habet cum quodam è diœcesi mimatensi. nempe illud habent à Regibus Christianissimis privilegium viri academici ut in forum parisiense vocare possint quemcumque cum quo rem habeant etiamsi ab urbe Lutetiâ distantem. judices fori parisiensis tanquam non suos ejurare voluit adversarius Abbatis supra laudati, eo quod distet a lutetiâ parisiorum plusquam sexaginta leucis. ad majus consilium appellavit Abbas de Choiseul, ut decernatur quinam sint utriusque legitimi judices, petiitque ab academiâ parisiensi, ut suæ appellationi interveniret, quod ultro ipsi concessum est ab ampl. Rectore, decanis trium facultatum, et quatuor nationū procuratoribus, dummodo ejus non vero academia sumptibus lis agatur.

Dotier.

Die lunæ pridie idus julias anni 1732. extra ordinem habita sunt comitia in collegio harcuriano horâ post meridiem quintâ, in quibus M. le Rat collegii justitiani primarius fidelissimus quæstor venerandæ nationi prædem dedit virum nobilissimum Dominum Franciscum Morin de Tourville qui suam parisiis incolit domum in vico S. Martini, in parœciâ S. Nicolai à campis. venerando ordini, si pauci excipiat, gratus fuit et acceptus ille sponsor, et ita fuit a me conclusum.

Dotier.

Die Sabbati quinto idus sextiles 1733 horâ sextâ matutinâ venerandæ natio incruento sacrificio expiavit animam M. petri Francisci de chenevieres abbatiensis nuper fato functi, M. le Maitre presbyterum constantiensem baccalaureum theologum suis tribulibus adscripsit, D. Auzanet Rhotomagensi Magistro in artibus qui tribus annis theologiæ operam dedit fecit potestatem docendi philosophiam in collegio Dainvillæo, ea tamen lege ut nullum possit suffragium ferre in comitiis donec gradum baccalaureatûs in s. facultate consecutus fuerit.

Dotier.

Die lunæ, tertio idus sextiles anni 1732. Extra ordinem habita sunt comitia horâ post meridiem primâ in harcurio, in quibus professoribus venerandæ nationis tum emeritis tum actualibus significavi M. Benet celeberrimum philosophiæ professorem abdicasse se magistratu quæstoris nuncupatum universitatis valetudinis causâ, et oportere antequam in varias quisque partes migret hoc feriarum tempore, aliquem eligi qui munus illud velit sustinere, re in deliberationem missa, professores omnes unanimi consensu elegerunt et A. Rectorem M. Piat celeberrimum eloquentiæ professorem in Sorbonæ-plessico, et ita conclusi.

Dotier.

Die jovis, decimo nono calendas septembres anni 1732. habita sunt apud Maturinenses comitia præclarissimæ artium facultatis, in quibus

Veneranda natio Elegit et nominauit in judices licentiandorum in artibus M. Amelot baccalaureum theologum socium harcurianum appellatum a Meritissimo cancellario B. Mariæ, et M. le feure celeberrimum professorem in grassineo designatum à meritissimo cancellario B. genouefes. Deinde in locum Mag. Amelot cui mandata erat prouincia tentandi uires baccalaureorum in artibus die 28. junii hujus anni suffectus est et electus à vener. natione M. fontaine baccalaureus theologus. Deinde cum retulisset A. Rector summum nunciatuum redemptorem lites habere cum multis nuntiis, ipsumq; postulare ut academia parisiensis hisce litibus interueniret, dixit Idem A. Rector hujus negotii curam paucis esse committendam, cum hocce feriarum tempore comitia haberi non possent, censuit vener. natio obuiam eundum incommodis quæ ex magistrorum absentiâ orirentur nisi huic negotio prouideretur, quapropter hujus rei curam omnino commisit A. Rectori, ornatissimis procuratoribus, meritissimo syndico, causarumq; patronis quorum opera erit necessaria, suoque procuratori fecit potestatem interueniendi, si opus fuerit, liti inchoatæ a supremo nunciatuum & redemptore. Potier

Eodem die horâ post meridiem secundâ post vesperas in honorem B. virginis solemniter decantatas in sacello harcuriano dixi Venerandis tribulibus consultos à me fuisse & et à fidelissimo quæstore duos causarum patronos de controuersiâ quæ exorta est vener. nationem inter et D. Boisset occasione parietis communis nostræ et d. Boisset domui, in quo parietæ est forica quâ quis ~~potest~~ incolunt domum dicti D. Boisset possunt uentrem exonerare ita ut feces deferantur in scrobem nostro fundo impositum, quod domui nostræ non leue parit incommodum. Existimaueramus nos posse jure intercedere huic foricæ dum paries communis à primo tabulato iterum ædificaretur ad fastigium usque, at causarum patroni monuerunt nos D. boisset dominium habere in scrobem nostrum, quandoquidem foricæ meatus et paries communis in unum corpus coalescunt, quod habetur a juris consultis ut certum dominii argumentum, nosque litem amissuros si hanc sequeremur. quapropter vener. natio mihi et fidelissimo quæstori fecit potestatem remittendi intercessionem, negotiumque deponendi, et ita fuit a me conclusum. Potier.

Die sabbati octauo idus septembres anni 1732. habita st in harcurio ordinaria comitia in quibus M. Lucas Ebroicus supplicauit pro regentia et scholis, admissus est in gremium vener. nationis sine suffragio donec adeptus fuerit baccalaureatum in s. facultate, ipsique data est potestas philosophiam docendi in collegio thesaurario Potier.

Die sabbati 20. septemb. an. 1732. Extra ordinem habita sunt comitia apud Amplissimum Rectorem horâ post meridiem 1.ª de rebus ad collegium hubantinum pertinentibus, quibus expeditis, A. Rector renuntiauit Abbatem de choiseul de quo mentio facta est supra die 5. julii, causam obtinuisse in secretiori consilio, sicque ratum haberi priuilegium quo viri academici uniuersitatis parisiensis in forum parisiense uocare possunt quemcumque cum quo rem ordinariam, non uero capitalem, habeant, quatamuis ab urbe Lutetiâ distantem, quod omnibus pergratum perquejucundum fuit.

Potier.

Die veneris 19. octobr. anni 1732. horâ septimâ matutinâ, peracto sacro, habita sunt comitia in harcurio in qbus Magister Roussel celeberrimus philosophiæ professor in Eodem collegio, vir procuratorius quadrumvir electus est, post comitia professores vener. nationis statuerunt intercedendum esse quominus Emerita stipendia accipiat in posterum M. Imbaut Emeritus philosophiæ professor in Marchiano, Eo quod nuper ~~[illegible]~~ consanguineo transmiserit beneficiū ecclesiasticum Ex quo plusquam mille libellas quotannis percipiebat.

Eodem die apud mathurinenses habita st præclaræ facultatis comitia horâ decimâ, in quibus fasces Rectorii unanimi voce prorogati st M. Piat celeberrimo Eloquentiæ professori in Sorbonæ plesseo.

Potier

Die 13. Ejusdem mensis, horâ quintâ post meridiem habita sunt comitia extra ordinem apud A. Rectorem, in quibus ab A. Rectore nunciata est mors M. Benet celeberrimi philosophiæ professoris in Dormano-bellovaco, et quæstoris generalis vniversitatis, in cujus defuncti locum M. Besogne Baccalaureus theologus ex honorādâ gallorum natione, majori suffragiorum numero Electus est quæstor generalis vniversitatis.

Potier.

Die sabbati 25. octobris 1732. horâ septimâ matutinâ in collegio harcuriano factum est sacrificium pro æternâ requie M. Benet celeberrimi philosophiæ professoris ~~et~~ viri procuratorii et Rectorii de vener. natione et de totâ academiâ parisiensi benè meriti, qui è vivis excessit die 12. hujus mensis.

Potier.

Die lunæ 27. octobris apud mathurinenses habita sunt præclaræ artium facultatis comitia, in quibus veneranda natio in censorem Elegit M. foubert licenciatum theologum et virum procuratorium. Extra comitia professores venerandæ nationis censuerunt, re diligentius ponderatâ, remittendam esse intercessionem, de quâ mentio facta est supra die 10.° hujus mensis.

Potier.

Die sabbati 8. novembris 1732. habita sunt ordinaria comitia in collegio harcuriano, in quibus M. Brenet bajocensis baccalaureus theologus admissus est in gremium vener. nationis, quæ deinde statuit typis imprimendam esse novam tabulam in quâ contineatur index ordinariorum comitiorum, sacrorum faciendorū, vespertinarum precum, statarumq; cærimoniarum vener. nationis.

Potier.

Die ~~jou~~ martis 25. novembris 1732. peracto sacro in honorem s. catharinæ habita sunt extra ordinem comitia in sacello harcuriano, in quibus veneranda natio viduæ faitout antiqui apparitoris iam pridem fato functi quinquaginta libellas concessit ex liberalitate et ejus inopiæ sublevandæ causâ. Deinde cum dixissem nostra pluvialia, ut vocant, adeo annosa, trita et obsoleta esse, his utjam non possimus uti decorè in rebus divinis peragendis, vendenda esse vetera ex quibus potest detrahi argentum ductile, et nova esse emenda, ita censuerunt omnes venerandi contribules.

Potier.

Duae claues aerarii universitatis penes vener. nationem.

Eodem die post comitia secunda clauis aerarii universitatis a me posita est in tabulario venerandae nationis coram Sapient. Decano, aequissimo censore, et aliis multis venerandis contribulibus, ~~secunda~~ primam uero clauem penes me esse significaui, et penes successores meos ornatissimos procuratores vener. nationis futuram, ut quoties opus fuerit, aerarium universitatis possit recludi, secundam autem confectam fuisse clauem, ut, si forte prima amitteretur, secunda praesto esset, quae si deesset cum prima, frangenda esset theca nummaria universitatis, cui incommodo obuiam eundum ~~esse~~ sapientissime nos monuit A. Rector. Potier

Die mercurii 3.° decembris anni 1732. A. Rector cum sapientiss. Decanis, ornatissimis procuratoribus, eorumque adiunctis versalias progressus est, ubi orationes breues quidem sed elegantes admodum habuit ~~orationes~~ apud Regem, Reginamque ac serenissimum Delphinum, super recenti morte serenissimi Sardiniae Regis. Potier.

Die Martis 16. decemb. 1732. habita sunt comitia in collegio iustitiano horâ septimâ matutinâ, in quibus M. le chevallier Licentiatus theologus electus est quadramuir. Eodem die horâ decimâ apud Mathurinenses fasces Rectorii prorogati Amplissimo Rectori. Potier.

Die sabbati decimo januarii anni 1733. in comitiis ordinariis in harcurio habitis, veneranda natio trecentas libellas majori suo apparitori hoc anno concessit ex aerario suo numerandas, et ita fuit a me conclusum. Potier.

Die martis 27. januarii adfuimus in aulâ collegii Sorbonae plessaei ubi o una cum A. Rectore excepimus jussa regia ad parentandum serenissimo Sardiniae Regi victori amedaeo apud Beatam Mariam. Potier.

Die jouis 29. ejusdem mensis, horâ decimâ matutinâ adfui cum adjuncto M. foubert ex procuratore venerandae nationis in scholis medicorum, inde A. Rector, sapientissimi decani, et ornatissimi procuratores cum adjunctis processerunt ad basilicam B. Mariae, ubi de more interfuerunt sacris exequialibus quae facta sunt pro serenissimo Sardiniae Rege victore Amedaeo. Potier.

Die veneris 30. ejusdem mensis et anni A. Rector cum deputatis universitatis et adjunctis cereos de more detulit tum serenissimo Aurelianensum Duci, tum dignissimo cancellario, primariisque magistratibus, posterâ uerò die 31. januarii horâ sextâ matutinâ marliacum profectus est ad deferendos Regi pariter, Reginae, et Eminentissimo cardinali Regni administro cereos, apud omnes elegantes orationes habuit, non autem apud serenissimum Delphinum tunc versaliis commorantem. Potier.

Die mercurii 24. februarii 1733. gymnasiarchae et professores vener. nationis tum acta docentes tum emeriti per schedulam congruocati sunt horâ post meridiem quintâ in colleg. harcur., quibus breuiter exposui quâ de causâ a me procuratore vener. nationis congregati fuerint, nempe agi de rebus magni momenti, quae non tantum pertineant ad vener. nationem

sed etiam ad praeclaram artium facultatem, eam esse mentem professorum fidelissimae et constantissimae nationum, ut professores qui docuerint per quatuordecim annos continuos, accipiant emerita stipendia, ut fieri solebat apud ipsos ante gratuitam institutionem, ad hanc sententiam accedere professores honorandae nat. licet anno 1711. decreverint ut professores qui Emeritorum jure gaudebant apud ipsos post sexdecim annos, eodem non gaudeant nisi post viginti annos, curaverintque hoc decretum tunc probari et ratum haberi à supremo senatu, solosque superesse professores venerandae nationis apud quos a quinquaginta et septem annis vigeat consuetudo emerita stipendia iis solis professoribus concedendi qui docuerint per viginti annos continuos in academiâ parisiensi, quique hujus consuetudinis retinentes sint, omni ratione providendum esse ne tam laudabilis consuetudo obsolescat, rogandumque esse M. Dagoumer celeberrimum philosophiae professorem Emeritum, virum procuratorium et Rectorium, rerum academicarum scientissimum, ut pro suâ perspicientiâ, et rerum experientiâ dicat quid fieri opus sit ad retinendam avitam consuetudinem. statim suam aperuit sententiam M. Dagoumer, dixitque de hac re non esse litigandum, neque apud secretius consilium, neque apud supremum senatum, sed rem totam committendam esse illustrissimo senatûs principi, regio procuratori, et regiarum causarum actori, qui pro suâ prudentiâ et auctoritate decernant quid fieri oporteat ut apud quatuor nationes ea lex observetur quae apud nos jampridem viget, legitque commentarium in quo gravissima argumenta in eam rem continebantur. verum cum per tempus non potuerit totum commentarium legere in hodiernis comitiis, placuit iterum comitia haberi crastinâ die horâ post meridiem quartâ cum dimidiâ, in quibus, congregatis et audientibus professoribus, cum finem legendi et loquendi fecisset M. Dagoumer, probata sunt quae in medium protulit argumenta, placuitque omnibus commentarios in quibus ea contineantur argumenta Regii juris cognitoribus offerri, et ita fuit à me conclusum.

Potier.

Die sabbati 7. martii 1733. peracto sacro habita sunt comitia ordinaria vener. nationis in harcurio, in quibus dixi missae sacrificium die 24. hujus mensis offerendum esse ante septimam horam matutinam, ut deinde pro more praematurè canantur primae vesperae annuntiationis Dominicae, et fiat electio ornatissimi procuratoris, aut rem sacram agendam esse horâ septimâ, quâ peractâ eligetur ornatissimus procurator vener. nat., et hoc praetermittetur officium primarum vesperarum, aderitque veneranda natio secundis vesperis quae ipso die annuntiationis dominicae 25. hujus mensis post sacrum horâ undecimâ matutinâ solemniter cantabuntur, placuit omnibus pro primis vespertinis precibus secundas celebrari.

Potier.

Inter bene multa quae hoc anno acta sunt in tribunali academico

quadam reperiuntur ad rem academicam valde pertinentia, quæ hor loro liceat extra ordinem describenda esse existimavi

1.° Die 4. aprilis anno 1732. habita sunt comitia ordinaria deputatorum vniversitatis apud a. Rectorem in collegio — Sorbona-plessæo, in quibus inter alia multa Exposuit a. Rector rem à se nuper peractam. Sub finem, inquit, mensis januarii unus è juvenibus qui litteras in monte arduo edocentur, nomine — figuet, sponte suâ, sed insciis adeoq; inuitis parentibus — nomen suum inter milites vitæ dedit. quod ubi resciuit parens, adiit me statim ut filium vniversitatis nomine repeterem. nec mora. ad ipsum Eminentissimum regni administrum Epistolam scripsi, quâ rogaui reddi curaret prædictum juvenem in academiâ actu studentem: omni enim hoc fuisse vniversitati jus, ut ne paterentur suos à studiis ad arma protrahi etiam volentes, nisi fortè ià essent ætate atq; conditione ut sui omnino juris essent. biduo post cum eidem E. rerum de more offerremus, eâdem de re rapi cum illo agere privatim: vix dum tria verba — protuleram, ille statim sermonem arripiens palam omnibus altâ voce dixit: ie n'ai point oublié ce que vous m'avés écrit: il s'agit d'un des plus anciens priviléges de l'vniversité, auquel mon intention est que l'on ne donne aucune atteinte. j'ai donné ordre qu'on vous rendit vôtre écolier. Cum aliquot elapsi essent dies, ne viderem reddi juvenem, iterum ad eundem E. regni administrum scripsi, qui mihi ita rescripsit

a Issy le 4. fevrier 1732.

Je serai fort aise, Monsieur, en toute occasion de faire connoitre la parfaite consideration que j'ai pour un corps aussi illustre que l'est l'vniversité, et ie me ferai toûjours honneur d'avoir ces sentiments. j'ecris a Monsieur herault afin qu'il voie a paris M. Dangeuilliers et M. de Maurepas pour terminer l'affaire de vôtre écolier, et ie ne doute point quelle ne le soit incessamment. je vous prie de estre persuadé, Monsieur, de la parfaite estime que i'ai pour vous. Le Cardinal de fleury.

Hac acceptâ Epistolâ, protinùs ad urbanæ politiæ propagatorem scripsi, ut ne quid à me desideraretur quod fieri oporteret; qui quidem scriptum adolescentis obligatorium ad me cum hac epistolâ remisit.

le 10. fevrier 1732

J'ai l'honneur, Monsieur, de vous renuoier l'engagement du Sr fiquet. Si cette affaire eut souffert plus de difficultés, ie n'aurois pas manqué d'en rendre compte a M. Dangeuilliers et de lui faire valoir le privilege de l'vniversité a cet egard. Soyés bien persuadé ie vous en supplie, de l'attachement respectueux auec lequel ie suis, Monsieur, vôtre trés humble et trés obeissant serviteur herault.

Sicq; præditus adolescens in pristinum statum plenamq; libertatem restitutus est. pauci interjectis diebus, epistolam etiam ab illustrissimo rei bellicæ administro D. Dangeuillier eandem in rem scriptam accepi, qua sic se habet.

J'ai ecri, Monsieur, a Monsieur des Caussade lieutenant colonel du regiment de Beaujollois au sujet de l'écolier du college de montaigu que vous vous etes plaint a son Eminence qui avoit été enrollé par un Sergeant de ce regiment, il me mande par sa reponse que cet étudiant n'a point encore paru au regiment, ainsi il est indispensable qu'il y soit arrivé, ou

ou que vous me mandiez le nom du jeune homme et du
Sergeant pour pouvoir faire verifier les circonstances de l'engagement
et juger du parti qu'il conviendra de prendre. je suis, Monsieur,
votre très humble et très obeissant serviteur Dangerulliers.
ad Eum rescripsi rem juxta privilegium universitatis peractam
esse; eam autem ad primarium regni administrum ideo à me
fuisse perlatam, quia antiquum universitatis privilegium
ageretur. porro scriptis litteris gratias egi universitatis
nomine E. Cardinali regni administro ob suam in juribus
nostris asserendis operam.
quæcumq; essent ab A. Rectore dicta et exposita placuit omnibus
ea in commentariis universitatis describi, litterarum autem
de quibus hic mentio facta sit, autographa in academico
~~tribunali~~ tabulario deponi. Potier.

2.° Die 30.° Decembris 1732. habita sunt in antecessum comitia ordinaria
deputatorum universitatis apud A. Rectorem in collegio Sorbonæ-plessæo .....
in quibus dixit A. Rector sibi compertum esse nonnullos jesuitas in collegio
San-barbarano nonita pridem sacras habuisse conciones, quod quidem sit academiæ
institutis maximè contrarium: si rem antè præsensisset quàm perageretur,
provisurum sanè fuisse ne fieret; quoniam autem peracta sit nec possit esse
infecta, providendum saltem ne quid ex universitatis silentio detrimenti
patiantur laudabiles ejus consuetudines atq; leges.
postquam pauca hæc præfatus est A. Rector petiitq; de his in præsentiarum
deliberari, auditus est M. Edmundus Pourchot Syndicus seu procurator
generalis, qui dixit: ignorare neminem, jesuitas, ex quo hanc in urbem
advenerint, fuisse semper universitatis æmulos atq; adversarios: in
commentariis nostris passim legi, quanta in eam variis temporibus
moliti sint; ideoque minimè mirandum, si ab omni publico cum illis
commercio ipsa sibi semper interdixerit, omnemque iis in sua collegia
aditum occludere ac præcidere studuerit: hanc esse legem academicam,
à majoribus per manus traditam, ne quis ex prædictâ societate in loca
academica admittatur, ad faciendum quid dicendum ve publicè; cui
legi quoties fraudem facere aliquem velle universitas senserit, statim
eam præsto fuisse ad reprimendos ejusmodi conatus: neque verò repetiturū
longiùs academiæ super eâ re diligentiæ ac severitatis exempla; intra
hos tres annos, cum provisores collegii Longobardorum unum è dictâ
societate designassent ad habendam in prædicto collegio sacram concionem,
die quæ est S. Patricio sacra, decimâ septimâ martii, statim se syndico
requirente, edicto rectorio prædictos provisores sub pœnis academicis
vetitos id quod proposuerant peragere (quod quidem legitur in commentariis
universitatis anno 1730 die 17. martii) et huic edicto ut parerat obtemperatū.
habere igitur tribunal academicum quod hodiernâ in deliberatione
sequeretur, nec dubitandum quin è re universitatis esset ejusmodi
legem constanter retineri ac servari.
Audito meritissimo syndico, M. Jacobus Leullier, sacri ordinis Decanus,
domûs Sorbonicæ senior, cardinalitii quondam primarius summusq; moderator, ac
deindæ paræciæ S. Ludovici in hac urbe pastor, dixit se universitatis esse antiquissimū
magistrum; semper se vidisse hoc pro lege inviolatâ, à majoribus acceptâ haberi,
ut nulli ex iis hominibus qui jesuitæ dicuntur liceret verba in locis academicis
facere; quamdiu magistratum aliquem aut præfecturam in universitate gesserit,
nunquam se passum esse in hanc legem academicam peccari; nec posse suo quidem
judicio ab eâ viros academicos, si modo sint fidei quam universitati dederint,
memores recedere. idem de illâ lege sentire se professi sunt cæteri deputati.
Re itaque maturè perpensâ, sic unanimi omnium sententiâ decretum est:
1.° quidem, quod dicuntur aliqui jesuitæ sacras habuisse conciones in collegio
Sanbarbarano, id si est factum, universitas contra suam mentem suosque
usus, ac majorum instituta factum esse pronuntiat.
2.° quoniam è vivis excessit qui tunc erat prædicti collegii San-barbarani
primarius, ab ampliori super illâ re perquisitione et ab irrogandâ pœnâ
abstinet universitas.
3.° vult universitas suos omnes magistros firmiter atq; constanter retinere
eam legem perantiquam non tam scriptam quam per manus à majoribus
traditam, longoque ac perenni usu comprobatam, quâ viri religiosi jesuitæ
dicti ab omni publicâ in universitate actione arcentur: eam legem quantum

quantum opus est, confirmat ac renovat; adeoque primariis ac magistris
omnibus, cujuscumq; sint ordinis, sub panis academiciis mandat ac
præcipit ne quis in collegiis sive illa majora sive minora sint, sustineat
in scholis, aut omnino in ullis locis academiciis, quemquam ex ea familia
quæ societas jesu vulgo appellatur, verba facere, orationemque ullam
sacram profanamve habere; prima doctrinæ christianæ elementa (quem
catechismum vocant) exponere; confessiones audire et exigere; in scholis
sive collegiis, cum actus exercitationesve habentur disputare, aut inter-
rogare; atque omnino publicum quid facere aut dicere, sub quovis
prætextu ac nomine permittant vel patiantur.
Et si placeat ubicumq; opus fuerit, jussum hoc notum fieri, nominatim
vero primario, procuratori et sacellano collegii Sanbarbarani declarari.
Ho. memorarunt magistri omnes academici, sibi legibus academiciis inter-
dictum esse ne in scholis prædicta societatis ullo modo disputent. ac ne quis
ignorantiam obtendat, renovat universitas conclusiones in eam rem non
semel latas, et illam nominatim quæ anno 1621. confecta est, cujus hic
et alterum annum 1621. die 16. martii ..... censuere præterea dicti Domini
deputati monendos esse magistros et scholasticos dictæ universitatis,
ut abstinerent à disputationibus quæ fieri solent apud jesuitas, sub
pœnâ majoris animadversionis. Signatum I. Jon Rector. Duval de
mandato Rectoris.
Et ita super his quinque articulis a Rectore conclusit. hæc autem conclusio
recitata est à viro scribâ in comitiis sequentibus apud eundem a Rectorem
habitis die 7. februarii anni 1733. fuitque ab omnibus recognita et confir-
mata. Deinde audito M. Edmundo Pourchot syndico, placuit eam typis
mandari et collegiorum primariis distribui, ne quis valeat ignorantiam
obtendere. et ita conclusit a Rector. Dotier.

3.º in comitiis quæ habita sunt apud a Rectorem die 7. februarii 1733.
in coll. Sorbonæ plessæo ..... dixit M. Edmundus Pourchot syndicus, se non
posse quin apud academicum tribunal expostularet de pravâ quadam
consuetudine, seu potius licentiâ, quæ cæperit ab aliquot annis in
collegia nonnulla irrepere, et invalescat indies, quâ fit, ut si quæ occurrat
etiam privata latrandi occasio, non academico illa more, sed castrensi tumultu
celebretur. totas quandoq; ædes à summis tegulis ad humum usq; densis flammarum
ordinibus colluceat: pyras extrui periculoso illo quem in hominum pernicium
ars funesta invenit, pulveres gravidas, quæ ignem quaquaversum evomant
arjaculentur; et quod pejus sit, ad hiberi arma bellica, catapultas, sclopetas, tormenta,
alia q; ejusmodi machinas, quarum fragore rumpi cerebrum, labefactari cor, quantum
academicæ disciplinæ repugnent, quantum tumultus quantum periculi secum important
quem non videre? ..... audire se ex passim per urbem famâ ferri plurimos
adolescentes ea recenti ejusmodi ludo partim saucios etiam nunc decumbere, —
partim ustulatos ..... itaque se ex suo syndici munere postulare ac requirere
ut eam academicum tribunal pro suâ sapientiâ et authoritate comprimat atque
compescat.
R.D ab amplissimo Rectore ad deliberandum proposita, placuit haberi rationem
postulationis meritissimæ syndici, et statuit quæ sequuntur

1.
præter consuetos ac legitimos in academiâ feriarum dies, non temere in collegiis
à lectionibus cessatio concedatur.

2.
quæcumque feriandi causa sese dederit, intra honestum ac per leges academicas
concessum latandi modum scholastica juventus contineatur.

3.
[redacted] academiciis ex ullo [redacted] quorumque tumultum aut periculum secum
[redacted] vinculum [redacted] sclopetos, tormenta, et cætera hujusmodi arma, martio
destinata non clausis, in collegiis haberi atq; illo modo adhiberi nefas esto.

4.
pyra ignivoma, missilesq; illi pyrio fulti pulvere tubuli, aut alia id genus, quæ
quanquam ad oculorum spectaculum videantur comparata, sæpius tamen nocere
possunt, [redacted] academicis permittuntur.

5.
has primarii ac præfecti collegiorum cum cæteris academicæ disciplinæ legibus
diligenter [redacted] observari [redacted]
si quid [redacted] in has leges ignoratione peccet, placuit hoc decretum typis mandari
et magistris omnibus aliquot aliqua pars academicæ disciplinæ pertinet, distribui.
Et ita super his omnibus articulis conclusit a Rectore. hoc decretum in comitiis
Deputatorum universitatis 7. martii [redacted] habitis lectum, recognitum et confirmatum fuit.
Die 24. martii 1733. habita sunt comitia vinitionis apud harcurianos, in quibus
præsto fuit gratias egi quam potui maximas viris tribunitiis quorum operâ et consilio
si non prodigitatum [redacted] tum in me fuit procuratorium munus sustinui. deinde
duo steterunt [redacted] ad eum magistratum procuratorium, M. Durand celeberrimus sphæ
professor in cardinalitio; et M. chantelou celeberrimus professor tertio ordini
præpositus in sorbonæ plessæo, in duas divisa est partes venerabilis natio, sed longe
majori suffragiorum numero procurator electus est M. joannes de chantelou celeber.
professor in sorbonæ plessæo, vir cujus magna est in omni scientiarum ingenii, urbanitatis
morum ac cæterarum virtutum laus et gloria. postmodum, quo mihi est è procuratoriâ
dignitate abeuntibus, electus sum in quadrumvirum. Dotier.

commendatione

In comitiis Rectoris apud Mathurinenses habitis die 24. Martii 1732. Rector Ampl. Summoto prælatorum magistrorum inter adeundi legit orationem plenam Sacri & Sanguinis 1733.
Academiæ, in qua 1.° Inquestus est quod a quibusdam Magistris Lectis aliquando fuerit
in Scholis Academicis libri, quam non nominavit quidem, sed ita clare designavit ut
omnes Turselinum facile intelligerent: qui quidem Scriptor ubicumque se dat occasio, sinceriore
Basileense Concilium exigitat; Summo Pontifici Reges & Imperatores in ordinem cogendi, &
imperii Spoliandi jus arrogat; Sacra Ecclesia Gallicana jura conculcat &c. 2.° Laudavit
Senatus consultum die 20. ejusdem mensis eminium 13. febr. datum ipsique Rectori nuper a
Procuratore Catholico Significatum, quo damnantur quædam Scripta, adumbratque hæc verba
sont au Surplus defendus & defenses a tous Professeurs, Docteurs, Licentiés, Bacheliers
& autres Membres & Suppôts des Universités, notamment des facultés de Théologie
& de Droit Civil & Canonique, & a tous autres d'écrire, soutenir, lire & enseigner
en Ecoles publiques ni ailleurs aucunes Theses ou Propositions qui puissent tendre
directement ou indirectement a affoiblir ou altérer les véritables Principes sur la
nature, & les droits de la Puissance Royale, & son independance pleine & absolue
quand au Temporel, de toute autre Puissance qui soit sur la Terre: a diminuer la
Soumission & le respect dus aux Canons reçus dans le Royaume, & aux Libertés de
l'Eglise gallicane: a favoriser l'opinion de l'infaillibilité du Pape, & de la Supériorité
ou dessus du Concile Général: a donner atteinte a l'autorité du Concile Œcumenique de
Constance, & notamment aux Decrets contenus dans les Sessions quatre & cinquiéme
dudit Concile, renouvellés par celui de Basle, & toutes autres Propositions contraires au
principe inviolable, que l'autorité du Pape doit estre reglée par les Saints Canons
& que ses decrets sont reformables par les voies permises & usitées dans le Royaume,

[redacted]

Den. Natis Confirmavit Serenissimum Ex Procuratorem in quadrumestrium 2.° Rata
& grata habuit tum eatenus quo generat Ampl. Rector in Suo trimestri Magistratu
tum maxime, dies decreta ab Academico Tribunali nuper emissa: Censuit Orationem
ob illic mox habitam in Commentarios Universitatis esse referendam

[redacted]

Haras ampl. Rectori prorogati sunt.

De Chantelou

Die 26. adfuit una cum M. Le Monnier Deputato Den. Nat. in Scholis Conrarder
Gallorum Nationis quæ eatenus alienum Nationis Picardæ negotium concernebat, de re
quidem ad rectas mentalium pertinente deliberat: Mirum videri
mox quidem in se quibus [redacted] consensellat interesse quæ quidem ex [redacted]
libenter assensi, eatenus non impugnandum Rectori, malignum Procuratoris alienus Deputati
consensum jus compilare; adeoque nos deinceps non alibi quam apud [redacted]
quidem omnibus æquum visum est.

Die 11. post Sacrum Convocati sunt Celeberrimi Professores, e quibus Decanus M.
Vallée ex Cadomensi Diœcesi, [redacted] Petitpain, & Longuet e Lexoviensi quæ uni cum
Procuratore & Duana rationes [redacted] Mensium Quintilium Quæstoris expenderent: quæ
ab iisdem expunctæ sunt die 19. ejusd. mensis Anni 1733. Ut alia Sanctorum.

Die 12. ejusdem mensis Apostolis sacris Apostolis apud Mathurinenses, qua evenerat dotal
Festa Rectori Duanæ [redacted] & Andecavensium Tribunal emittitur, ad singulos in malam
partem trahi, quasi ista Epistolarum aliqua parte calumniosi, atque exagerati quem quasi dotali
Confessoris libertati offerret. Quæ cùm Sic placeat Deputatis, qui ea decreta nihil detrimenti aut
imminutionem [redacted] Doctrinæ & Salutaris Majoritatique Suæ in eadem servandæ &
asserendæ [redacted] non deprehendere & Ecclesiasticæ Gerarchiæ [redacted]
Decreto 30. Martii 1715. Tale Scripsit Epistolarum [redacted] quæ omni acie [redacted]
Pladio propugnavit, nulla modo violatis, imminutave, aut [redacted]
Parisiensis [redacted] Baronium [redacted]
aut restringere [redacted]
antiques ac [redacted]
[redacted]
[redacted]
[

Adhibitis igitur in consilium iis omnibus qui in Academico Tribunali Secum Rectore, M^gro Leullier Sederant in Comitiis 30. 8^bris 1732. & 7. februarii 1733. Scriptum illud palam ipse legit, haec illius viri sententiam quo in ipso Decreto legitur, eosque simul rogavit ut quid ab eo dictum fuisset in memoriam revocarent. Qui omnes, hos inter Mgr. Cornier Procurator [illegible] Leullier Senatus filium, candide respondentes M^gro Romigny, Magnum: Le Mot le Lecteur quam pro more 30.^bris gallice dixerat, in latinum Sermonem converam a M^gro Jouyaut Viro Scriba & ab ipso D. Rectore ipsi lectam. Quae attente audivisse, ac perpendisse dum diligenter ut unum aut alterum in eo omnino verbum mutari putent quod exempto mutatum plane compellasset. Quique tandem ipsum mandari voluit. Quod postquam omnes Electi Sunt fuisset Deputatis rem recenti eorum qui in utroque comitiis deputati consederant memoriae testimonioque eo adjectum ut nemini dubium esse posset si quis esset qui de ea re quidquam unquam dubitasset, quominus ea Sententia quae in Decreto 30.^bris late magis Leullier tribuitur, vera sit ac genuina illius Sententia, in Academia commentariis referri, unde si quando foret opus, repeteretur.

Die 2. Maii — Die 2. Aprilis 1733. in comitiis in Sacrario post Sacrum habilis Supplex accessit nundum — De Chanteleu pro Regentia & Scholis jure Baccalaureatus, in Sacra Theologia Scilicet Magister Petrus Cousin Presbyter Abrincensis, & admissus est. De Chanteleu

Die 6. Junii 1733. in comitiis in Sacrario post Sacrum habilis dixi [illegible] ex iis qui domum [illegible] candidati Item in via Galandae. ab anno & applicui nihil Solvisse licet pluribus jam judiciis damnatus: nihil aliud jam ei malo Superesse remedii, quam ut locationis illius instrumentum authoritate publica quamprimum rescindatur, adhibitis cautionibus in eo re necessariis. Quod a Democrando Malione unanimi consensu probatum & ita conclusi. De Chanteleu

Die 23. Junii an. 1733. Post Sacrum in Collegio Sorbonico habitis ad Quadriennium Mr Joannes Longuet Litterarum Professor in Cardinalitio vir Consortis.

Eodem die & loco coram Ven. Dal[illegible] de qua querela erat quatuor fidejussorum nomine Regan, quindecim debitum a se penitus Solvisse, neque quidquam reo debere velle quam quod in impensas judiciis abierit, quod brevi quoque Solvturum se polliceretur est.

Eodem die 23. Junii an. 1733. in Comitiis Rectoriis apud Matharinenses habitis prorogati sunt facto a Rectori Nicolao Pinx. Quod priusquam fieret ipse verba fecit

[redacted]





Die Junii 27. 1733. Post Jacrum comitiis in Jacristia habitis dixi complures sampridem misari Alites quid esset quod ubicumque Procuratori Venerandæ Nationis aliquis adjungitur, non alium habere Soleat Adjunctum quam Exprocuratorem, ut mori etiam est apud alios Ordines; sed ... esse tantum eum ordine ille Sive mos introverterat, cum Scilicet ad diem festum Purificationis Cereos à Rectore tum ad Regem Vocatus tum in Urbe, ad Magistratus primarios honoris causa deferendos Sequi antea eum receptum ... inconsulto Venerandæ Nationis, ut Quæstor fidelissimus pro Exprocuratore Procuratorem constituerat. Quare ... me an aliquis Exprocuratoris munere an absentiæ an negligentiæ, an minus assiguus Quæstoris cum quadam cupiditate, ac Procuratoris indulgentia à primo factum fuerit. Cæterum ea re habitâ eodem ordine Exprocuratori primum, deinde in ea re illud esse etiam incommodum quod in ea pompa eum coteri norint Rectorem inter se, Quæstor nostro solum alios ne de hac quidem aliquando vidisse Sit. Rectorem locum cum qui magistratu proximè abiit adjungi Juniori, ut Rem ipsi Rectori ... Exprocuratori privato Sit. Deinde accessit in quo illius opera Rectoris consilio usus fuerit, quod ... Quæstore non plane expectari, qui ea plerumque procuratorio munere, functus non Sit. Qua de re regali Sententia, præsul Venerandæ Nationis Exprocuratorem gaudere jure Suo cumque in pompa tum alias, tum in ea pompâ quâ Sese in Urbem ... Urbem ab Ampl. Rectore cereo deferendo antea factum Purificationis non Quæstor, Sed Exprocurator Adjunctus Sit Procuratori. Et ita concluserat.

In eisdem comitiis eodem die & loco habitis,

P. Chantelou

1°. Prorogatum est munus Quæstorium Magistro Rumpio Le Rat, Baccalaureo Theologo, Collegii Primario.

2°. Electi sunt qualuorviri a me de more designati, expungendis illinc rationibus Magistri Lud. Rouzel Clug. Prof. Emeritus in Montanello, vir Procuratorius Censorius, & Quæstor 2. Seth Bonnejoye, Philos. Prof. Emeritus in Lexovio: 3. Philippe Chevalier, Baccalaureus Theol. 4. Andreas Lottin Baccal. Theol. Exprocurator.

3°. Electi quoque sunt à me designati, tentando candidatorum Baccalaureatus artium viribus qualuorviri. 1. Magr Jacobus Gerard Baccal. Theol. 2 Mgr. Jacobus ... Cæron, 3. M. Nicolaus Gruchet, 4. M. Ægidius Vaulier, omnes Baccalaurei cum nemo ex Pretendentibus illius muneris obire velle videretur.

Die 29. Junii 1733. SS. Petri & Pauli Sacro horâ 3ª Vesperlinâ expletæ sunt rationes Mgri Dionysii Le Rat, Baccal. Theol. Gymnasiarchæ Jubilæi, Quæstoris fidelissimi in Jubilæo, in quibus reliqua fuit Summa duorum millium quadringentorum quadraginta duarum Librarum cum nevem solidis, undecim Denariis. 2442 # 9 · 11 ·

Et postquam Summam hanc Sibi rebitam esse apposità Syngraphâ professus est Quæstor fidelissimus, dixit Se magnopere mirari quod in rationibus a plerisque prædecessoribus antea redditis legeretur præsentem Dnm Nationis Apparitorem una cum Deputatis esse ab ipsa quoque Deputatum ut illas una cum ipsis expenderet æque nomine ejusmodi rationes esse ipsius Syngraphâ munitas: Petere se ut nec Apparitor ille nomine Suo in Rationibus appellaretur, nec illas Sua Syngraphâ muniret. Arrêté ... quod cum Deputatis omnibus æquum videretur, decidimus in Rationes Procuratore Mgro Benet ... reddidas, in futurum Apparitor non inter Deputatos recenseatur. Sed præsens tantum dicitur. a fidelissimo Quæstore, num ei viderentur nos illarum Rationum exemplum æqui ea tamen lege ut ipsi integrum esset rem totam ad Venerandam Nationem deferre. Quod cum Se veri velle dixisset Sic ex unanimi Deputatorum Sententiâ Scripsimus Le premier Appariteur Gideon L'Eclé étant present, lequel avons laissé Signer au bas du present compte Sans préjudices à ce que lédit Sr Questeur a demandé d'être entendu dans la Nation Sur l'indivisible de cette Signature.

Die 2. Jul. post Jacrum in Jacristia retuli ad Venerandam Nationem quid in Jubilæano actum fuisset a Deputatis, quidque a fid. Quæstore de Apparitore ibi fuisset expositum. Cumque ille quædam Super eo re momenta ex Scripto palàm recitasset, multis ultrò citroque Sermonibus habitis in eam tandem Sententiam decessimus ut Apparitor neque possit dici Deputatus a Venerandâ Nationè, neque fidelissimi Quæstoris Rationes expendere. Cum tamen de ipsius Syngraphâ alii alia Sentirent, res tota in alio comitio rejiciendæ visa est, quo certi quod Quisque posset, afferet, priusquam quidquam ea de re Statueretur.

Ut quidquid Spectat Decretum de quo ego & clarissimus Exprocurator vir integerrimæ vitæ quam natalium nobilitate Spectabilior, multa jam antea retulimus, hîc reponatur, libuit huc adscribere ea quæ una cum Decreto ipso, die 30. Xbr. 1732. ab Academico Tribunali omnino publici juris facta sunt. Sive itaque illi Decreto, quod legitur Supra, Scilicet paginâ 443. & Sequente, Sic subjunda ipsi mandata sunt.

Extractum è Commentariis Universitatis

Die 17. Martii 1733.

Anno D. 1733. 17. Martii habita sunt Comitia generalia Universitatis apud Malhusienses.... Postulavit de more Ampl. Rector rata & grata haberi quæ per Suum trimestrem Magistratum (a die Scilicet 16. Xbris 1732. gesta .....

Omnes Academici Ordines rata & grata habuerunt quæcumque fecerunt per Suum trimestrem Magistratum acta & gesta. Et ita concluserat Ampl. Rector.

Ingeant, Vice-Scriba.

Extractum è Commentariis Universitatis

Die 24. Martii 1733.

Anno D. 1733. 24. Martii habita sunt Comitia Generalia Artium Facultatis.... Petiit Ampl. Rector, rata & grata haberi quæcumque Suum trimestrem Magistratum gessit ..... Omnes Nationes ad deliberandum ut deinde in Comitium regressi per Omnissimos Procuratores declararunt Se rata & grata habere quæcumque fuerunt ab Ampl. Rectore per Suum trimestrem Magistratum acta & gesta; & nominatim Duo Decreta in Comitio Deputatorum Universitatis diebus 30. Xbris 1732. & 7. Februarii 1733. lata utpote quæ Universitatis Usus, laudabiles Consuetudines, antiquasque Leges & majorum instituta fideliter referant: ideoque vellet Se Duo illa Decreta vim Legum Academicarum in Gymnasiarcha Artium facultate obtinere; & ita Magistros omnes sub pœnis Academicis observare: Et ita concluserat Ampl. Rector

Ingeant, Vice-Scriba.

[illegible] Decretum Anni Curialis Quo Decretum Suum 30. Xbr. 1732
[illegible] latum a falsa interpretatione manens
[illegible] Commentarii Universitatis [illegible]
[illegible] celebrandam [illegible]
[illegible] Universitatis Comitia ad
[illegible] Quae
[illegible] Regis
[illegible] Universitatis
[illegible] Sapientes
[illegible] omnes quot illa valuerit olim labores quae molestias exorbuerit, quantos etiam impenderit scrupulos, praesertim 13.a M. 15.a Secculi ut Episcopalis Jura offenderet. Cui credibile videatur eam vetet nunc a se ipsam descivisse aut ultro violare, quae ne violentiis quidem quondam animis pugnavit? Nihil profecto magis ab Universitatis mente & comitiis in eorum ea Decreto alienum fuisse, quam ut Episcoporum jura laederet. Neque enim Episcoporum juribus ullo modo adversari Academiae illa instituta, sive Dei antiqua, ipso Jure naturali fundata, quae vel a primâ sua origine Secula est Universitas, nimirum ut si qui Seum mentes conserere, quaecunque de causâ viderentur, ea intra Locorum Academicorum Septa ad faciendum dicendumve quid publicè non pateretur omnibus. Ad haec veluti formulam revocanda erat, quicunque in praedicto Decreto continentur, nominatim Conferiones, videlicet Si publicè, hoc est, Si quae in Locis Collegiorum Academicorum publico fiant. De Si satis patet ex ipso Decreto, quae circà publicas Actiones solum versatur, rogare. Se tamen an non Sapienter satum Sit Universitas, Si ex abundanti quid adhuc declaret in alium sensum cujus nec debere, nec posse quae hoc Decreto pronuntiavit: atque in primis nihil a Sua mente & voluntate, magis alienum fuisse, quam ut Episcoporum juribus quidquam detraheret.

De eâ re auditus est M. Edmundus Bourchet Syndicus, seu Procurator generalis, qui dixit Quoniam contra Universitatis mentem ex ipso Decreto manifestam in alienos sensus detorquebatur Decretum 30. Xbr. 1732. latum, videri Sibi, ut Scrupulus omnis ac difficultas tollatur, quae & Sapientes fecerunt Universitatem, Si indicto & illusio praedicto Decreto quae ab Ampl. Rectore proponuntur, ultro deberet.

Rebus igitur ac deliberatis proposita, placuit, Salvo & integro remanente Decreto 30. Xbr. 1732. dato Decretum quae Sequuntur.

Ea verò cum ad diem decimam Aprilis, supra, p. 443. relata sint, hic iterum non transcribenda. Sed quae nuper ei Decreto adjuncta sunt, haec subjungentur.

Extractum è Commentariis Universitatis.

Anno D. 1733. 6. Junii habita sunt comitia ordinaria Procuratorum Universitatis apud Ampl. Rectorem in Collegio Sorbonae-Plessaeo ....

Dixit vir clarissimus M. Cyacinthus Theodorus Baron Saluberrimae Facultatis Decanus, cum de Universitatis Declaratione, die 19. April. proximè elapsi data apud Suum Ordinem nuper retulisset, fuisse ab eodem Ordine Salubrioribus conclusionem, in commentarios Universitatis Si ita videretur Amplissimo Rectori, Clarissimisque Procuratoribus, inscribendam; cujus quidem Conclusionis hic est tenor.

Excerptum ex Actis Salubrioris Facultatis.

Anno D. 1733. die Veneris 22. Maii Convocati sunt in Scholas Superiores hora decimâ matutinâ Rectore omnes Medici quibus in Comitiis legi Decanus coram Facultate Decretum latum ab Academiae Tribunali die 30. Xbr. 1732. quo Viri Academici publicum omne cum Insulis Patribus commercium interdixerat, cogitque etiam Scholarchicum Academiae Tribunal, latam die 19. Aprilis 1733. quâ praedicti Decreti malignae interpretationi omnis ansa praecluderetur. Quibus auditis Salubrioris Facultas probavit Academicum Tribunal in Declaratione 19. April. 1733. data Decretum Suum 30. Xbr. 1732. latum à falsâ interpretatione vindicasse; declaravitque Se praedictum Decretum 30. Xbr. latum, quod jam (die 17. Martii 1733.) Decani Sui Suffragio ac voce comprobaverat, nunc electorum Patrum quale est latum & gratum habere, utpote quod antiquae & perpetuae Universitatis Vim, Majestatemque instituta fideliter referat; rogavitque Decanum ut praemissam Conclusionem in Commentarios Universitatis inscribi juberet apud Academicum Tribunal. Ita conclusit

Cyacinthus Theodorus Baron Decanus
Salubrioris Facultatis.

Perquam recta esse hanc Salubrioris Ordinis conclusio, audito M. Edmundo Bourchet, Syndico, censuerunt Procuratores eam in commentarios Universitatis inscribendam. Et Salubrioris gratulandum Ordini quod Academiae ariosi usque retinens ab antiquo Sua in Universitatem, Universitatisque Leges Studia non degenerarit. Et ita concludunt A. Rector. Ingoul Vice-Scriba.

Dum admonuit May. Maillet Consultissimae Facultatis Decanus Se actum similia a Suo Ordine habere, Sed non posse hic in comitiis proferri, quia nondum in Acta Consult. Facultatis Sit relatum.

Extractum è Commentariis Universitatis.

Anno D. 1733. die 4. Julii habita sunt comitia ordinaria Procuratorum Universitatis apud D. Rectorem in Collegio Sorbonae Plessaeo. ...

Dixit Vir Cl. M. Maillet Consultissimae Facultatis Decanus Se ad hoc comitia attulisse Conclusionem quam Superioribus comitiis dixerat a Suo Ordine esse factam die 21. Maii nuper elapsi. Quae Conclusio lecta est & sic habet:

Excerptum ex Actis Consultissimae Patrum Facultatis.

Anno D. 1733. die vero Veneris 21. Maii Solitis Amictis ordinariis Consultissimae Facultatis habita sunt hac vernali Collegii Comitia. De re ad almam Studiorum Universitatem pertinente, quibus interfuerunt Clarissimi Antecessores D.D. De Ferriere Primicerius & Comes; Leroy Comes in Universitate; Amyot; Le Gendre, Quaestor; Maillet Decanus in acta, & Cugnet Syndicus.

Cognovit Consultissima Decanus ad Se ab Amplissimo Rectore novissimè transmissa Decretum Parlamentum & eidem Subjuncta Declarationis plura exempla cupide exusa .... Illorum porrò Decretorum altero, die 30. Xbr. 1733. edito, perantiquam Academiae legem renovari ac Secula decimique obtemperandam peritiis indici, quâ jamdudum cautum fuerat ut ne quis è Religiosorum virorum familiis, qui Fratrum nomen Sibi sumpserunt, ad ullo Collegio aliave Academica Loca exciteat aut admittatur ad habendas Conciones, Conferiones exigendas, agitandas Disputationes aut omninò quid aliud publicè dicendum, vel faciendum: Simulque magistris omnibus & Scholarchis Academiae planè inhibetur, ne Fratrum Scholas adeunt in eis Disputationi. Alter Decretum die 7. Febr. 1733. latum proavis edixit, ut cum inierint quadam Solita Lectionis ayctarive feria, illas Academiae more, ac eâ, quae Litteratum alumnos decet, modestâ hilaritate, non Solutam licentiâ celebrent Collegiorum Gymnasiarchae, quidquid tandem tumultus aut prorsùs Speciem pro se ferat, arcenem imprimis ignesque nimios missilium quodlibet genus ab iis arcere Studeat. Declarationem denique ad Universitatem die 19. April. 1733. eminam inde ordium habuisse quae cum priori Decreto instituto nonnihil a quibusdam conflari intelligeretur, quasi Jura Fratrum Conferentibus excipiendis acuiri velint, hoc ipso Jura Episcoporum attentari, Universitas, huic libet importuno criminationi minimè patet, primoque Decreti contextu Sensum ejus interpretationem planè respuat, ut quemvis, eamen vel levissimum Scrupulum prout amoveret, palam profitetur ultro Salgorit nihil à

Sus mente mage alienum fuisse, quam ut prædicto Decreto Sacro Episcoporum jam ultrò ex parte invadere aut artare tentaret quibus contrà non valendo modò sed & omni studio annitendo: omni adhibitâ non inani providentiâ opera, invigilarit. Id unum porrò Sibi propositum fuisse, ut antiqui moris usque tunc Scholæ a publicis quæ vel in Academiâ fingendo celebrabantur privilegiis Sui prohiberet, non ignorantes Sibi quæ Decanus omnibus competit, peccata quod quocumque probatos ab Episcopis Exteris Ministros confitendi liberâ facultate, hac ubique Ordinatione nihil necessitâ quominùs illorum Mos in Sacramento Decretum Suum. Perlectâ itaque tum utroque Decreto, cum additâ iis Declaratione, cum integrè — Consultissimus Antecessor P. Le gendre, qui quo tempore eadem lata sunt, Decanus in actu erat, postulasset ea quæ illorum initiatu gerebat ab Ordine Consultissimo rata expressiis habari: re in Deliberationem missâ, omnes uno ore Censuerunt æquissimo postulationi annuendum, atque adeò prædicta Decreta, jure omnino lata, executioni mandanda esse; & subjandam eorum alteri Declarationem prudenti Sanè consilio emissam, illasque intactaque eodem Decreto, Suscipiendam decernere. Quidquid in eo re Consultissimo facultatis nomine Senatu egisse Decanus retulit, priorius esse jusserunt; eaque amisso in Aula Consultissimo facultatis referri. Et ita Soluta sunt Comitia.

Ita Teste Cagnet Antecessor & Syndicus. Maillol Antecessor & Decanus in actu.

Cum postulavit prædictus Consultissimus facultatis Decanus M. Maillol hæcce Sui Ordinis Actum in Commentarios Universitatis referri. Re ad deliberandum proposità audito M. Edmundo Bourchol Syndico. Placuit Consultissimi Decani postulationi, quæ Sit æquissima annuit, actumque, quod asserat eo liberiori & gratiori animo Suscipi, quod ab eo proveat Ordine qui Leges & utilissimas jura approbare novit. Et ita conclusit Rector Amplissimus.

Ingeul Vice Scriba.

Julii pro Junii B.C. Die 6. Julii 1733 in Sacrario post Sacrum admissus est in gremium Ven. Nationis Mgr Carolus Julianus Fouque, Abricensis, Baccal. Theologus.

Fr. Chanteloup

Die 1. Augusti 1733. Post Sacrum habita sunt in Sacrario Comitia in quibus rebuli ad Venerandam Nationem posse jam aliquid Statui Super eâ re de qua jam agi coperat die 2. Julii proximè elapsi: quibus in Comitiis Mgr Dionysius Le Roi Baccal. Theol. Gymnasiarcha Juvenibus Ven. Nat. Quartor fidelissimus admoneret Venerandam Nationem id quod ab aliquibus neglectum, plerisque prorsus erat incognitum, in quamplurimis Rationibus a fidelissimis Quæstoribus antè redditis, alterum e duobus Bidellis sive Apparitoribus, unà cum Ornatissimo Procuratore, Sapientissimo Decano, æquissimo Censore, Venerandis quatuor Expunctoribus, dixi a Venerandâ Natione Deputatum audiendis & expungendis Rationibus Quæstoriis, illisque unà cum ipsis Suo quoque Chirographo munendo: eoque nomine illorum Syngraphis illum Suam quoque adjicere Sollum: Id se primum magnopere fuisse miratum cum ipse nescius Quæstor adfuisset in Montanis, ubi Rationes illæ reddebantur anno Superiore 1732. die Solis 29. Jun. a Mgro Rouget cui in ea Magistratu Successit: Se tamen Cavisse tunc temporis, neque quidquam ea de re postea Se voluisse asserre ad Ven. Ordinem priùs quàm jure, an injuriâ prorsus ille mox irrepsisset, certò comperisset: Si itaque diu multumque Secum cogitasse quid esset quod præter jus fasque Apparitor unà cum Magistris, iisque Magistratibus ac Deputatis ex æquo tamen conjunctus & iis adæquatus esse videatur: Illum equidem pro Suo Apparitoris officio Magistris apparere; non alio nomine ad Venerandam Nationem quidquam illum pertinere: Ipsi verò Quæstori Venerandæ Nationi reddere Rationes, illud verò fieri non posse; cum Bidellus — Magistro nunquam aut Superior aut etiam par possit evadere, nedum Magistratui, qui tamen ea re eliam Bidello, cui rationes redderet, foret inferior: Nulla in Societate quæ quidem Bidellis uteretur illud unquam fuisse usurpatum aut posse usurpari: Neque verò quidquam esse discriminis inter Venerandæ Nationi & aliarum Nationum Bidellos, quæ nunquam aut Bidellos ad Magistratum dignitatem evexerint; aut Magistros ad Bidellorum ordinem depresserint: Neque etiam verè dici in illis Rationibus, eas unquam ab ullo Apparitore fuisse & auditas, & expensas, & expunctas, & probatas: illud enim esse indignius quam quod a quoquam unquam è Magistris fieri potuisset: Quorsum igitur illud Scribi, quod falsum esset? De Syngraphâ autem Bidelli Se jam non videre quæ de causâ posset admitti: Rationes equidem a Deputatis expensas eorum chirographis munitas; quas cum fas non sit ab Apparitore expendi, eò jam admitti non posse illius chirographum, quæ aliud etiam Magistri quam eorum qui Ven. Nationi Deputati Sunt, chirographum non admittatur, nedum Bidelli: Caterùm morem illum inconcussâ Nationi etiam ab aliquibus olim negligentiâ quadam fuisse inventum, pravitas & præpostera quædam alicujus apparitoris favore: Neque enim illud unquam a Ven. Natione sanctum fuisse, quod ab ipsa Solâ Statûi tamen debuerit: Denique Se primas Quæstorum Rationes exhibuisse quibus nullæ Sunt antiquiores in Tabulario D. Nationis, quam quæ anno 1558.° redditæ Sunt, quo tempore bis unoquoque anno reddi solebant, Scilicet circà festum Sancti Matthiæ & festum SS. Petri & Pauli: Ille itaque anno in priore Semestri, non agitur de Bidellis: Sed illa lege fiebant Rationes die Junii 30.ª redditæ, Nous Nicolas Arthyre, & Louis Garnier Bedeaux de la Nation de Normandie Conseurs ayoit reçu de Maistre Jehan Talbot Receveur d'icelle Nation, nos gages, tant pour les bourses de Bacchelerie Licence, Maistrise que pour tous droits qui nous pouvoient appartenir a cause de nos offices & de toutes autres choses Nos Seignes manuels ci mis le penultieme jour de Juing mil cinq cens cinquante huit. Signatum, Arthyre, pour moi, cum Syngraphâ. ubi deest alterius Subscriptio: Se itaque notare 1.° Rationes hujus temporis latinè Scribi Solitas, Si tamen ipsam pecuniæ Summam excipias; 2.° Hoc Bidellorum instrumentum non nisi post Deputatorum Syngraphas esse inscriptum: 3.° In prioribus uniuscujusque anni Rationibus mentis martii, mentionem nullam fieri Bidellorum; 4.° In annis non complurimis illud etiam instrumentum cum mense Martio cum mense Junio desierant provisis. 5.° Instrumentum illud a Bidellis adeò duntaxat in libro Rationum reponi ut constaret a Quæstore ipsis ea quæ Solvenda essent, esse persoluta; quem quidem morem jam privem exolescisse; adeò ut Superbilas jam Soleant unà cum Magistris accipere, cætera vero emolumenta Suo quoque tempore ipsis a Quæstore exhibeantur; Si quam verò pecuniam ipsis illæ exolvat extra ordinem, eam inter cæteras expensi rationes, cum ipsorum Apochâ singulari, a Quæstore Scribi; 6.° cum itaque ejusmodi Bidellorum instrumento locus non Sit nullam prorsus esse causam cur in Rationibus Quæstoriis fiat ulla in iis expungendis mentio Bidellorum: Fidas enim omninò esse in illis Rationibus partes: alteram Quæstoris reddentis, alteram Deputatorum qui illas nomine Ven. Nationis excipiunt: Scribi locum non esse, nedum Bidello qui neque reddit neque recipit, neque vicissim recipere: Quod verò diceretur ab aliquibus è Venerandis Contribuentibus, qui alterius Apparitoris causâ magnopere velle videbantur, cum tamen par esse debeat utriusque ratio, cum, cui favebant impensiùs, deberi adesse, tum ubi Rationes quæstoriæ reddantur, tum etiam in quibuscumque Venerandæ Nationis comitiis; eò quod Sacramento fidem ei Suam obstrinxisset; pari Sacramento & alterum Bidellum & nuntios, aliosve Universitatis Officiarios esse obstrictos; an illos ex jure admitti, ubi de aliquâ re deliberatur, cum nemini fas sit ibi adesse, præterquam illis, qui pari cum cæteris gaudent jure Suffragii?

Sic igitur in Comitiis dixi tempus esse aliquid Supra eâ re Statuendi: Jam antea omnes unanimi voce, die 2. Julii consensisse neutrum e Bidellis posse a Venerandâ Natione Rationibus audiendis a Quæstore, fidelissimo, aut expungendis, aut probandis vel improbandis Deputatis; neque fuisse ullam ab ipsâ Deputatum; neque ab eis alterove eorum, illas expungi posse, aut ipsis ulla in re Magistratum quemlibet, nedum Quæstorem fidelissimum, posse Subjici, quod fieret tamen Si Magistratus ille, qui in Venerandâ Natione Scribus est, Rationes illis, eorumve alteri reddere teneretur: quam igitur boum esset, cum jactitia conjuncta Sit, Bidelli Chirographo? Verumtamen, cum nihil Sit ea pace carius, quæ quidem cum jactitia conjuncta Sit, incundam videri viam aliquam, quâ optatissima illa concordia in ordine venerando maximè posset evalescere.

Cum igitur e nobis aliqui illam priorii Bidelli subscriptionem magnopere queri velle
viderentur, hujus illorum prægressoris habere penè rationem a Venerandâ Nationè, simul & ejus
splendoris atque dignitatis. Litteras testimoniales eorum qui Magistrii Gradum adepti sunt
olim penes uniuscujusque Nationis Quæstorem remanere solitas, frequenti Quæstorum mutatione
sæpe fuisse prorsus desideratas; undè factum esse ut prior uniuscujusque Nationis Apparitor eas
apud se jam asservare cœperit: Illas porrò Litteras hb illo Apparitore asseri ad Deputatos
ubi Rationes audiunt Quæstorias, quas illi cum acceptis rationibus conferant; quo facto illas
penes eumdem apparitorem remanere. Igitur loca illius Bidellorum ephocha quæ Rationibus
Quæstoriis jam reddita, & Deputatorum Syngraphis munita, olim Subscribi plerumque solebat,
Subscribi quoque jam pone instrumentum aliquod quo constet ejusmodi Litteras a priore
Apparitore Deputatis exhibitas, penes ipsum remansisse asservandas.
Re itaque ad deliberandum proposita, audito Censore æquissimo rogatis dictisque Sententiis
Placuit Standum esse Majorum moribus, adeoque neutri Bidellorum licitum esse ponè, ut
quidquam eorum jurium, quæ soli Magistris competunt sibi unquam arroget: Neutrum a-
Venerandâ Nationè audiendis Rationibus Quæstoriis Deputatum dici debere: Neutrius Syngraphum
Deputatorum Syngraphis esse subjungendam; Sed post illorum Syngraphas subjiciendum esse
quoddam breve instrumentum quo prior Apparitor agnoscat Litteras Magistrorum in Artibus,
a se Deputatis in Rationibus Quæstoriis exhibitas, penes se remansisse: Atque ita a me
conclusum est. De Chantelou

In comitiis Quadrumviralibus in Sorcurio die 10. 8br 1733. habitis electus est
M. Lecellant: designati vero Pontifices & Oratores in diem S. Romano festum M. Ingout
in diem verò Conceptionis B.V. Sacrum M. Rouget, qui autem hunc sustulit M. Poiret.
Admissi sunt in gremium Ven. Nat. Vitalo Baccalaureatûs M.M. Carolus De Sailly,
Rothomagensis & Philippus Le Court, etiam Rothomagensis, Magistrii in Artibus
gradum adepti, ille die 26. Jun. 1732. hic 17br ejusdem anni 1732. utergue Bacal.
Theol.
Eodem die apud Mathurinenses in comitiis Rectoriis, Magistratu abeunti M.
Nicolao Piat, quem per triennium summa cum laude gesserat, Successit M.
Balthazar Gibert, Cenomanensis Rector, vir probatæ fidei, ac spectatæ in rebus agendis
industriæ.
Die 17. 8br 1733. in Sorcurio Ven. Natio Magistro Nicol Doctori Theologo pié
parentavit. admissus est in gremium M. Nicolaus Guillard Rothomagensis, Bacal.
Theol.
Die 27. 8br 1733. In comitiis Censoriis apud Mathurini. Censor electus est M.
Stephanus Menour in 3o Ordine Montanulii Professor.
Die 21. 9br. admissus est in gremium Ven. Nat. Mr Paulus Godebout Rothomagensis
Bacal. Theol.
Die 25. 9bris in comitiis post Sacrum in Sorcurio habitis, postulante & auctore instante M.
Jacobo Secart Bacal. Theol. Examinatores Candidatorum Baccalaureatûs Artium, rebus ad Ven.
Nationem ea quæ hum antè, hum nuper ad me pervenerant de quibusdam Controversiis ipsum inter
& alios Examinatores exortis. Ac primò ipse contendebat è quatuor Examinatoribus, duobus
admittentibus Candidatum, duobus rejicientibus, Candidatum hoc ipso esse admissum, propterea quod
favores sint ampliandi; quod quidem viget in omnibus Capitalibus. Fixi illud mori esse in iis Examinib.
Theologicis ut è 4. unus rejiciente, rejiciatur Candidatus, in iis quæ fiunt hum apud B. Mariam, hinc
apud B. Genovefam, neminem admitti nisi a tribus è quatuor admittatur: In Gymnasio nationis è 5.
suffragiis tria omninò requiri: Neque adhuc apud vos quemquam duorum è quatuor calculis
admissum fuisse: Quod ne fiat Censorem ipsum, qui moderator est Examinis, non gaudere eamdem jure
suffragii. Hæc me jam antea Mag. Secart admonuisse, horteturque fuisse ut ab eo ille vellet
abstinere. Sed ea sic utcumque compositâ, novam postmodum fuisse coortam a aliquo subito
ex aliis Examinatoribus Candidatum aliquem de Rhetoricâ, aut humanioribus Litteris, interrogante
volente, eumdem M. Secart reclamasse, atque contendisse ipsi soli nunquam antiquissimo
competere jus tentandi vires Candidatorum in de rebus, easdem de Philosophicis nonnummodò.
Mihi videri novam hanc litem priore non æquiorem. Par esse jus quatuor Examinatorum:
eodem omnes obstrictos esse Sacramento: omnes de Candidato judicium ferre pariter: unius
fieri aliquandò posse ut suspectus eorum aliquis illum inter, qui solus eas res tractaret & de
Candidatum aliquem conveniret quo de re inter ipsos agi posset, sique fucum utrumque
fecisset aliis Examinatoribus. Re itaque ad deliberandum proposita Audito æquissimo Censore,
Super utroque capite Placuit 1o Duobus hinc, duobus inde, Stantibus Examinatoribus, Candidatum
non admitti, adeo ut tres è quatuor Judices ipsi suffragari necesse sit. 2o Quatuor illos Judices
eodem pariter omnes jure gaudere, neque quidquam uni competere, quod tribus aliis non competat.
Atque ita a me conclusum est. De Chantelou

Die 5. 8br. In comitiis post Sacrum in Sorcurio habitis relatum ad Venerandam Nationem illas
ædes quæ in viâ vulgo dictâ Gallandæ, ab aliquot annis readificatæ sunt, tandem illâ jubente
me & fidelissimo Quæstore curantibus esse perfectas, imò & aliquâ parte in quarto tabulato
auctas ut mediam sumptûs partem, illorum ædium inquilinum, nomine Logan, ferre
compulerimus, quod quidem non parvæ Ven. Nationis utilitati futurum sit. Quæ autem ibi
plurima adhuc deerant ea omnia variis per hunc annum comitiis Venerandæ Natio jusserat
perfici, aquæductum, scalarum fenestras & alia quædam minoris momenti. Sed illud est
maximè notandum in unoquoque locationis instrumento nunquam omittendum esse quod
in hoc conficiendo neglectum est, ut minimum singula interiorum ædium partes quo
statu sint diligenter exprimatur. De Chantelou

Die 16. 8br 1733. In comitiis Quadrumviralibus in Justiniano habitis, Quadrumvir
electus est M. Jac. Nic. Ingout in 5o Ordine Professor in Sorbonæ Scholasso.
Eodem die apud Mathurinenses provocati sunt fasces Rectorii M. Balthazari Gibert.
In iisdem comitiis admonui Venerandam Nationem prope esse ut illius ædes, quæ magni
Scuti nomine dicuntur in viâ Shamineâ, publicæ programmate locandæ proponi deberent.
Duos autem viros honestos, quos in illis reliquit cum alio migrare deceret, M. Suart qui
postremus illas conduxit, illas conducere esse paratos si modo ex locationis pretio, quod
quidem olim fuit mille librarum, deinde mille cum ducenti, denique mille cum
quadringentis, quadragesima saltem pars minueretur, ut esset jam mille librarum

cum Brecenlii, idque propter bellum ingens exortum, cujus tempore per urbem ardium reditus solent imminui, & ipsæ sunt viliores. Audito Censore æquissimo placuit Dominum illorum civium honestorum Benoist & Gaillard postulationi ita annuì ut illa res servatis legibus ad exitum perduceretur, & ita à me conclusum est. De Chantelou

Anno D. 1734. die Sabbati Januarii 2. post Sacrum in Sacrario habita sunt comitia, in quibus aliquibus ità postulantibus, visum est conclusionis procedentis nullam haberi rationem, sed illas ades — 1734.
Ipsis Januarii Calendis admonueram majorem Apparitorem, ut una cum minore apparitore fasces postridie deponeret ad pedes Procuratoris: Venerì enim utrumque more majorum illos quotannis ad pedes Ornatissimi Procuratoris deponere: Quem quidem morem ipsorum negligentiâ propè jam obliterari: sive mei muneris & officii esse rùi mei quoque incuriâ mos ille priscus obsolesceret. Quæ quidem res cum Apparitori illi præter expectationem accidere videretur, cum alia pauca locutus, cum hoc mihi respondit. Se quidem illâ Conclusione: Venerandæ Nationis, quæ primum instituta est illius Apparitor, Venerì fasces deponere, quotannis, sed ad pedes novi Procuratoris, qua sunt illius Instrumenti verba. Ad quod ego reposui quod erat in promptu, viz. id posse fieri quo die Procurator Venerandæ Nationis eligitur, quique enim eo die, per tempus ei liceret cuique quidquam aliud operis præterea ponet accipere: cæterum illud ab utroque certè prorsus omitti: esse itaque utrumque in culpâ: non enim illud Procuratori sed venerandæ Nationi deberi: nouum vero Procuratorem esse, qui primò omnium postremus, sive qui sederet Procurator Latam ubi de ea re agitur quæ quotannis fieri debent, neque fata sit.

Quocirca non possum quin hoc loco observem quod in nostris Commentariis legitur, priscis retò temporibus quod in eligendo Rectore unoquoque trimestri videmus observari; illud item in singulis Nationibus usurpari solitum, ut unoquoque etiam trimestri Procurator aut eligeretur, aut ut Commentarii nostri loquuntur, continuaretur, simulque potestas fieret Nationi aut provocandi muneris ubique Apparitori, aut alios eligendi. Quæstor eligebatur hic unoquoque anno, videlicet in pervigilio S. Petri, & in pervigilio S. Matthiæ. De Censore nihil certi compari. Deinde dicitur sunt ejusmodi Cautiones tam sæpè repetitæ, & ei trimestribus facta sunt primo Senestres ac postremo annuæ, adeo tamen ut in eligendo Rectore de pristino more nihil fuerit immutatum. Hæ tribus Nationibus maximè loquor. Habet enim Germanica suos à cæteris in aliquibus usus diversos. In cæteris itaque Venerint Apparitores fasces suos ad pedes Procuratoris unicuiusque deponere, unde illos non nisi peractâ Natione resumant. Quod ut ab illâ impetrent sistunt se supplices, sicque semper in potestate sunt sua quique Nationis, ut par est.

Quæ de causa autem negligi cœperit ille mos, meum non est quærere. Illud constat exque instrumentum Venerandæ Nationis maximo hæc bono sum admonitus, morem illum, me Deste una cum cæteris Venerandis Contribulibus, funditus revocatum. Illius autem eram ipse quoque prænemodum oblitus, cum forte fortunâ priscæ nostræ religionis ac rebutans, incidi in annum 1554. ubi à Procuratore Maubuisson Sá Scriptum est, Eodem anno 19. Martii Octobris eorum omnium qui aderant consensu prorogatus est mihi Magistratus Procuratorius; Bidellis vero duobus sua Officia continuata fuere, & ut deliberatum fuit, non multò post Conclusi.

His itaque de causis, ne me Procuratore fraus aliqua fieret Venerandæ Nationi, utrumque Apparitorem admonui ut quod ineunte me Magistratum, hoc anno ineunte fuerant, facerentque Venerandæ Nationis ad pedes Procuratoris deponerent: quod & fecerunt. Cæterum cum aliarum rerum mentio incidisset per tempus, quod hiberno tempore brevissimum est, mihi non licuit quidquam eà de re prolegui, ac omnibus propè Venerandis Contribulibus dilabentibus, & ad suos unoquoque Scholas currere festinantibus, duo apparitores, ut fasces deposuerant, ita recepserunt.

Die Sabbati 30. Jan. 1734. Orei ab Ampl. Rectore Solenni pompâ per urbem delati De Chantelou
sunt ad Seren. Aurelianensium Ducem, & ad quatuor Supremorum Tribunalium Prætoprandes, Parlamenti, Magni Consilii, Rationum Curiæ, & Subsidiorum. ab his omnibus benignè exceptus est Rector ampl. Ut à Prætoprandibus Magni Consilii & Subsidiorum curiæ è primo Tabulato, quæ in ædium parte excepta est, ad aulam usque deducitur.

Die Lunæ 1. Febr. eadem pompâ Versaliis Salutavit Regem, Reginam, Delphinum, Cardinalem de Fleury, Cancellarium, & Regionum Sigillorum custodem. Omnes oratione eleganti allocutus, ab omnibus benignè admodum excepta etiam est.

Urbique eo ordo pompæ fuit ut ampl. Rector cum tribu Decanis eadem rhedâ vehereter, quam quatuor Procuratores alia rhedâ vecti immediatè consequerentur: Post hos tres Decanorum adjuncti, quos quatuor Procuratorum adjuncti pariter sequerentur, suâ utrique rhedâ vecti. Qui quidem ordo ubique summâ religione servatus, non solùm ubi rhedis vehebamur, sed quocumque processimus, neque unquam mutandus intelligitur Decani Theologi adjuncti, sed in suo Ordine post Procuratores ordine permanente.

Aderant in hâc pompâ è Theologis, Magr. Collin & Vienne, pro M. Gerlau ejus facultatis Decano, alijs etiam negotijs impedito M. Romigny; è Jurisconsultis MM. Forrieres & Maillot alter Decanus, sed ibi adest antiquior, adjunctus; è Medicis Mon. Baron & Reneaume; è Nationibus, Gallorum, M. Guerin Proc. & M. Rossignol Exprc. Picardorum MM. Picard Proc. & Cartier, Exprc. Normanorum MM. De Chantelou Proc. & Polier Exprc. Germanorum, MM. Nagot Proc. & l'Allemant, è continentium tribu adjunctus.

Versaliis cum ad prandium nos accingeremus M. Collin S. Th. Prædicatus egit cum ampl. Rectore ut suæ facultatis Apparitori, qui unus è duobus aderat, alteri comitis illius facultatis in urbe relicto, una nobiscum accumbere liceret; neque, Sacerdotali dignitate instructus, ad cæteros Apparitores remitteretur. Habitante ampl. Rectore venit ad unumquemque nostrum idem prædicatus, iisdemque verbis agere cœpit ut ne ea injuria fieret Sacerdoti. Sed ab omnibus illi responsum est, tum alia, tum, id quod petebat, a nomine adhuc fuisse postulatum: non posse Apparitorem sedere, nedum accumbere inter Magistros, nedum Deputatos tum Sui ordinis, tum aliorum, imò & cum ipso ampl. Rectore: Si Sacerdotali dignitati ibi tum Sui ordinis, tum aliorum, imò & cum ipso ampl. Rectore: Si Sacerdotali dignitati ibi habenda ratio esset, ipsum debere propè cuncti & ipsi ampl. Rectori anteponi: equidem non admodum videri decere Sacerdotem esse Apparitorem; Sed illud etiam ab aliis ordinibus esse

Sape usurpatum; ac si quid in ea re foret indecori, id fieri culpâ Rim Sacræ Facultatis quæ Sacerdotes Apparitore uteretur, Rim ipsius viri, qui illud muneris Dignitate Suâ non indignum putaret. Illum itaque ad Suos remisit Ampl. Rector.

Die Lunæ 1. Martii 1734. in comitiis Venerandæ Nationis extraordinariis in Sorcu-riano habitis, Convocatis a nobis per Schedulam Venerandis Tribulibus, rebuli ad Venerandam Nationem Rim alia quæ ad ædium, quæ ad illam pertinent, curam spectant Rim ea quæ Sunt maxime in controversiam ab aliquibus adducta fuisse videbantur. Vigue palam foret omnibus & singulis Venerandis Proceribus, frequentes enim convenerant, quid a fidelissimo Quæstore, quid a nobis ipsis, jussu Venerandæ Nationis, actum esset in illis ædibus perficiendis quæ in via vulgo dicta Galande Sita Sunt quæque jam ab annis compluribus imperfecta, variis cæli tempestatibus objecta remanserant, adeo ut fenestræ quibus gradus ligneï collustrantur plurib. pervia forent ex quo domus illa extructa est, eademque caveret ab hac aquarum tum illumbeo-quod utrumque fieri tandem jussit Veneranda Natio me rogante plurib. annis proximè elapsi comitiis; dixi me tunc temporis una cum fidelissimo Quæstore lustrandis ædibus, Rim iis quæ in via Rhamineâ sub Signo parvi Scuti Sita Sunt, Rim iis quæ in via Galande quæque refectis contigua Sunt & interiores atque a vice maximè recedunt utrisque admodum vetulis, atque, ut ferebatur, ruinosis ac prope collabentibus, adhibuisse, dato nobis a Venerandâ Natione illo quoque negotio virum artis Architectonicæ peritissimum, unum e Sexaginta viris ei Arti publicè præpositum D. Joubert in vicinia etiam commorantem, qui quidem diligenter in utraque domo circumspectis ab imo ad Summum omnibus omnibus nobis prospiciendi periculi metum ademit, auctorque nobis fuit ut ab illis diruendis tandem abstinerent Venerandæ Nationi, dum possent iisdem reficiendo. Si quid opus foret Sarcien-dari. A nobis vero essem auctore, perficiendis illis ædibus de quibus supra, adhibito fuisse imprimis duos fabros in arte sua nobiles, lignarium alterum nomine Pleine alterum ferrarium nomine Pichel. Collegium Quæstorem fidelissimum rogare, jam Venerandam Nationem Rim illis cæteroquin fabris pecuniam a se jam numeratam vellet. Fuisse enim illorum genus, quid alibi deberetur absque Architecti ope Scire non potuisse; quid vero alibi deberetur absque illius opera facile Scire. Re itaque ad deliberandum proposita placuit iis fabris quorum opus fuisset ab Architecto recognitum, numerandam esse quam ille dixisset a fidelissimo Quæstore pecuniam; Cæteris etiam pecuniam numerari postquam quid illis deberetur cognovissent — Majistri Rouget, Le Mormier, L'Ermitte, Pellet, qui in eam rem una mecum & cum-aquissimi Censere & Quæstore fidelissimo Legulato nominavit Venerandæ Nationi ei Cæmen-lege ut quos tribus ex illis viveretur, rotum haberetur. Atque ita concluri. De Chantelou.

In Comitiis die 6. febr. 1734. in Sorcurio habitis admissus est in gremium Venerandæ Nationis M. Joannes Baptista Alexander Marechal, Sagiensis Baccalaureus Theologus.

In Comitiis die 6. mart. 1734. in Sorcurio post Sicrum de more habitis, dixi Deputatos a Venerando Natione die Lunæ 1. martii, convenisse, & instrumenta a fabris ablata, quæ quidem ab Architecto probata cum aliis a se visis non fuerant ab ipsis fisse unanimi consensu comprobata, ob eamque rem gratias esse habendas cum Deputati clarissimis qui negotium illud tam diligenter confecerunt, Rim maxime fidelissimo Quæstori, cujus in obeundo illo munere laboriosa Summa fides, industria, diligentia ipsis perspecta est.

2°. Jussit Venerandæ Natio unanimi omnium consensu a duobus Suis Apparitoribus fasces ipsis ab ea commissos coram ipsa deponi quotannis more majorum ad pedes Ornatissimi Procuratoris recens electi, adeo ut Procuratori magistratu abeunti Sit-fubere utrumque apparitorem promptè esse cum fascibus quos statim ab Electione novo Procuratori jurato Summittant. Atque ita concluri, quoad fasces deponendos, nam cætera de meo adjeci, de illorum deponendorum, non tempore, quod etiam a Venerando Natione Natutum est, ut nimirum id fiat ipso die electionis, Sed de modo: cum propter temporis angustias nihil ejus rei fieri potuit neque Venerandæ Nationis decreto obtemperari nisi Suam in ea re curam & operam Decanus Procuratorve ipsi navaverit.

De Chantelou

Decretum Universitatis
Quo monentur Collegiorum Academicorum Principes ne Professi ne quid contra
Decretum Universitatis die 7. febr. 1733. latum, directe aut indirecte fieri patiantur.

Extractum e Commentariis Universitatis.

Die 6. febr. 1734.

Quod verba fecit Amplissimus Rector clarissimum virum M. Thomam Agidium Asselin, Collegii Sarcuriani Provisorem, ut primum rescierit postremis in Comitiis expostulationem esse-factum de violato (ut ferebatur) in Suo Collegio Universitatis Decreto die 7. febr. 1733. lato quo Sermo & Ignes a Ludi Academici præsidibus, ante se veniret prolinius, imo scripta epistola — factum apud se aut purgare aut excusare, die nimirum 21. xbris proximè elapsi, D. Thoma. Fabricio Sui Sacri, Tubulis aliquot ignem (vulgo des Boetes) cum pyrio pulvere, non in Collegio Suo, Sed in ædibus Collegio Suo vicinis, cum & Sumptibus nonnullorum e Suis Consiliatoribus fuisse festivitatis ac lætitiæ causâ adhibitos: verum id, se prorsus nescienti, nedum permittente fuisse; neque enim esse quemquam se magis esse Disciplinæ Academicæ addictum aut magis obtemperaturum: Quæ Declaratione M. Asselin accepta, visum sibi fuisse Superiorum Comitiorum Conclusio) citari, jam fore, cum ad hæc Comitia (Quod ferebat Superiorum Comitiorum Conclusio) citari, epistolam enim pro Nomine locuturam. De eâ re audito M. Edmundo Bourchet, Universitatis Syndico, seu Procuratore Generali, visis, Rim Conclusione die 2. Januarii proximè elapsi lata, Rim epistolâ ad Ampl. Rectorem a prædicto M. Asselin Scriptâ Rim denique Decreto Universitatis die 7. febr. 1733. lato, rebus omnibus rite consideratis ac maturè perpensis, Placuit 1°. Adeam dom prædicto M. Asselin, Collegii Sarcuriani Provisori, declarandum, quia, si quid sui causa die 21. xbris proximè elapsi peractum est a nonnullis e Suis Consiliatoribus in Decretum Universitatis die 7. febr. 1733. latum, id se, aut Scente aut permittente fuisse negat: denique quidquid adversatur Academicæ

Disciplinæ

Disciplinæ, id a Se Primo anno improbari ac damnari profitebur. 2.° Eundem M. Aselin. cæterosque Collegiorum, Academicorum Primarios ac Præfectos commanere, ne quid à Suis in Supra memorati Decreti fraudem directe aut indirecte fieri patiantur: qui Secus fecerint, singuli quamprimum distribuit. Et ita concluso ampl. Rector, Scribendo adfuerunt Rector Decani, Procurator, Universitas Studiorum, 8.° Id. febr. 1714. in Mazarineo.

Signatum N. Dial Univ. Scribæ.

Hoc Decretum lectum, recognitum & confirmatum fuit in Comitiis ordinariis die 6. martii in Mazarineo habitis.

Die 24. Martii habita sunt Comitia Procuratoria in Sorboniano in quibus gratias egi quantas potui maximas Venerandæ Nationi quod ad Summum Scholarum honorem apicem evehi me voluisset. Cum præterquam abierem magistratu postulavi ut in me desinere vellet concessionem quandam capiendi pignoris a Nove Procuratore quod Exprocuratori redderetur. Exiguam quidem illam esse Summam, nempe trium Libellarum Seu non ideo Procuratore aut desente aut ineunte dignierem. Eam a me itaque Successori meo remitti, cæterisque deinceps futuris Procuratoribus, Si modo id Venerandæ Natio auctoritate Sua comprobaret.

2.° Rogavi Venerandam Nationem num vellet me Suis Deputatis adjungi ad res illas quæ me Procuratore aut inchoatæ aut nondum perfectæ sunt.*

3.° Postulavi ut rata & grata haberet Veneranda Natio quæcumque gesta sunt in anno meo Magistratu, eaque nomine Litteras mihi decerneret commendatitias.

4.° Ut me, quod Procuratori decedenti solet concedi, Quadrumvirum eligendo Rectori vellet eligere.

Deinde Supplicis accesserunt pro munere Procuratoris Magistri Dionysius Le Rat Institutiani Primarius, Venerandæ Nationis Quæstor, & Jacobus Le Mazurier utrique Baccalaurei Theologi.

Re in deliberationem trina, audito Censore integerrimo, Scissa est Veneranda Natio in duas partes, quoad electionem novi Procuratoris. Sed invito ab æquissimo Censore calculo, multo pluribus partibus visa antiquior. Itaque electus est Magister Dionysius Le Rat in Procuratorem, elegantissimi viri ingenii, comitatis, urbanitatis, atq; in eodem munere quæsitæ Summæ fidei, industriæ, diligentiæ; quodque omnium primum est ac longè præcipuum minimè fucatæ in Deum pietatis.

Annuit itaque Veneranda Natio quatuor meis postulationibus. Atque ego tum quoad illa privata capita, tum quoad electionem Ornatissimi Procuratoris ita Concluxi.

De Chantelou

Accessit deinde Ornatissimus Procurator ad Sacramentum, quo dicto, ipsi tradidi coram Venerandâ Natione, tum Sigillum Procuratorium, tum claves & Venerandæ Nationis & Universitatis quæ penes ipsum esse debeant. Quibus acceptis sedit in loco Suo, Statimque Apparitores Suos fasces ad illius pedes deposuerunt; ac demum ipsi dixi Sacramentum pro quadrumviratu.

De Chantelou

* Duo sunt ejusmodi negotia quorum alterum Scilicet Item de annua 1000.ª pensione adversus Quotidiem Turcium: alterum adversus Nationem Gallicam quæ vult Suos Professores post 14. laboris annos, esse Emeritos.

Acta venerandæ Nationis Procuratore Magistro Dionysio Le Rat presbytero Rothomagæo Sacræ facultatis Parisiensis Baccalaureo et Collegii Justitiani primario

Die 24.ª Martii 1734 habita sunt apud ædes Thuvirenses Comitia generalia in quibus Veneranda Natio per me Procuratorem matutinis horis electum valdè probavit quæcumque gesserat amplissimus Rector in suo trimestri magistratu, eoque nomine Litteras commendatitias verbis quam amplissimis ipsi decrevit, confirmavit Quadrumvirorum mane electum Magistrum Joannem De chantelou celeberrimum in Sorbonæ plessæo Professorem ex Procuratorem Suum virum quem ingenii acie, sermonis elegantiâ, morum urbanitate, virtutum copiâ nemo superat; de veneranda Natione multiplici titulo ac potissimum acerrimo illius honoris tuendi et augendi studio optimè meritum; atque ut omnia de tanto viro uno verbo complectar amplissimis honoribus dignissimum. omnium suppliciis votis annuit ea lege ut duo qui non convenerant acerrimum Censorem ipsum pro suo officio adirent. fasces rectorios amplissimo Rectori unanimi consensu a quatuor viris provocato probavit et confirmavit et ita a me Conclusum fuit

Le Rat

Die prima maii 1734 post sacrum in Harcurio habita sunt comitia in quibus post preces retuli, neminem ad me accessisse ad conducendas ades magni Senti in hirâ Straminea ex quo publico programmate Locanda proposita fuerunt. periculum esse in mora, cum plures idem pretium offerri a duobus civibus honestis qui illas ades occupant, quod obtulerunt mense Decembri proxime elapso Selisset mille libros cum trecentis. veneranda Natio tribus exceptis censuit has ades illico Locandas esse duobus civibus probis M. Benoit et M. Caillard pro pretio ab ipsis oblato et supradicto, talemque locationem fructuosam esse tempore belli quo per urbem odium creditis solent diminui, et ita a me Conclusum fuit.

Le Rat

Die decimâ ejusdem mensis maii 1734 facto translationis S.t Nicolai in hunc diem translato post sacrum habita fuit in Harcurio comitia in quibus peracta conclusionem supra scriptam ades magni Senti dictis Dominis Benoist et Caillard Locato sunt instrumento publico quod Notariis omnibus audientibus legit quodque Contractum Notarium chyrographis subsignatum fuit cujus dictis Macleot Sumbra.

Par Bail passé devant Reguard et son confrere Notaires au Ch.t de Paris Le 10 May 1734 appert que la Nation de Normandie a donné a loyer a M.rs Benoist Advocat en Parlement, et a M.r Caillard Procureur en ladite cour pour neuf années consecutives a commencer au premier octobre prochain une maison a elle appartenante scize rue du foüare moyennant le prix et somme de treize cent livres pour chacun an payables en quatre quartiers es mains du Receveur de ladite Nation

Est a remarquer que les dits sieurs preneurs ont donné pour les ornements de la chapelle la somme de cent livres une fois payée.

Le Rat

Die quintâ Mensis junii habita sunt post sacrum Comitia in Harcurio in quibus Jacobus Nicolaus Tougard Diocesis Rothomagensis supplex accessit pro regentiâ et scholis. audito integerrimo Censore nihil movente admissus est in gremium venerandæ nationis et sacramentum præstitit. et ita a me conclusum fuit.

Eadem die in iisdem Comitiis altâ voce legi oblatum mihi libellum supplicem cujusdam viduæ Claudii Fritoret olim bedelli in quo venerandam Nationem denixè rogabat ut sibi aliquid tribueretur per modum eleemosinæ ad sublevandam suæ conditionis inopiam. postea retuli majorem apparatorem nomine Lhote postulare quoque a Venerandâ Natione aliquam gratificationem per modum pensionis. de his duobus aut potius viduâ omnino derelictâ de libello tantum die multumque altercatum fuit et varii in varias abiere sententias quas tamen in duas demum redegit Secretarius. pauci ad modum stabant si non pro actuali pensionis largitione saltem pro electione deputatorum qui hanc rem perpenderent, contra vero pars Contribulium longe major censuit nihil esse concedendum bedello ex bonis communi venerandæ Nationis, et cum isti Contribulibus numero et ratione vincentibus libenter Concluserunt.

Le Rat

Die vigesimâ primâ Mensis junii habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis Extraordinaria apud amplissimum Rectorem in quibus Magister Balthasar Gibert Rector unanimi consensu Electus est ad manus Syndici quod abdicaverat Magister Edmundus Pourchot per modum et Simplicem demissionem

Le Rat

Die vigesima tertia post sacrum in Collegio Justitiano Electus est quadrumvir Magister Gabriel Herbert licentiatus Theologus et vir procuratorius. in his Comitiis post quam Magister Bonnejoye retulit camerlanum postium domus parvi Scholæ ruinosum videri Nominati sunt deputati Magister Bonnejoye et notat pigache qui una cum Spectatissimo Decano et me Procuratore hanc rem adeant postea partem in diserent.

Eodem die apud Matharinenses grata et rata habuit Veneranda Natio quæcunque gessit amplissimus Rector pro summo tirocinio Magistratum eo nomine ipsi decrevit litteras Commendatitias ipsis Agentias egit maximas pro curanda et diligentiam qua usus est ut Magister Enguehard in Sedem suam restauretur. postulavit ut oratio dicenda quam habuit amplissimus Rector in Commentariis Universitatis inscriberetur. confirmavit quadrumvirum maturinus labori Electum, omnium suffragiis annuit, consuit que eadem esse præstanda in Exequiis Edmundi Pourchot quia in in exequiis Magistri L'Englet præstita fuerunt sacrum que celebrandum fore apud Prædicatores pro requie animæ Edmundi Pourchot Syndici, hora ipsa decimâ Matutina et ita a me conclusum fuit

Le Rat

Die vigesima octavâ Mensis junii habita sunt in harcurio Comitia post Sacrum pro requie animæ Desauthieux inquibus 1° Electi sunt Magistri franciscus Roussel jacobus Nicolaus Ingout celeberrimi Professores, tum Magistri Amelot et Gruchet baccalaurei qui rationes Quæsturæ a me Gestæ expungerent Præside Magistro De chantelou Exprocuratore 2° nominati sunt M. Parisy, M. auzannet Rothomagaeus M. Le Maistre. M. fouque omnes Baccalaurei qui candidatos Artium pro Baccalaureatu tentarent 3° Quæstura mandata est Magistro joanni De chantelou celeberrimo Professori, viro Procuratorio qui prædis Loco contractum quinquaginta libellarum annui reditus in Dominio Regis collocatum obtulit; et ita a me conclusum fuit

Le Rat

die 28. junii expensæ sunt supra dictæ rationes in quibus reliqua summa fuit sexcentarum et quinque libellarum supra mille cum octo assibus et uno denario.

Le Rat

die 2a julii post Sacrum habita sunt de more comitia in quibus veneranda Natio censuit 1° instrumentum ante Tabularium ab ipsâ subsignatum mihi concedendum ee quo appareat ipsam nihil omnino repetere posse ab Domino Morin de Tourville de summâ pecuniæ pro quâ sponsor meus factus est cum quæsturæ provincia demandata fuit.

2° erogandam esse duplicem sportulam unicuique tribulium post Sacrum quod die 5a julii pro requie animæ Edmundi Pourchot Sindici et de Academia sexcentis locis bene meriti apud prædicatores celebrabitur et ita a me conclusum fuit

Le Rat.

anno Domini 1734 die vigesima tertia mensis julii horâ primâ pomeridianâ habita sunt extra ordinem Comitia Venerandæ Nationis in aulâ harcurianâ quibus adfuerunt Decanus Primarii ac Professores ab Ornatissimo Procuratore per schedulam de more vocati in quibus Veneranda Natio post quam a suis deputatis accepit propediem esse senatus consulto statuendum an Professorum Emeritorum Stadium, viginti annorum, ut ipsa censet, censuerunt que non ita pridem unâ cum illâ tum cæteræ Nationes, tum maxime Gallicana an quatuordecim duntaxat annorum spatio quo Gallicana jam revolvitur debeat terminari? re ab Ornatissimo Procuratore in deliberationem missâ, unanimi omnium consensu declarandum statuit se ex quo novum honorandæ Gallorum Nationis consilium cognoverit continuò ad supremos Magistratus confugisse quorum præsidio ac patrocinio et ab injuriâ et ab omni super eâ re lite tutam se præstaret, se deinde ab honorandâ Gallorum Natione per Apparitorem publicum in jus vocatam instrumentum sibi porrectum ad causarum cognitorem, invitam ac reluctantem ideo detulisse ut ne qua in re reverentiæ supremo senatui debitæ defuisse videretur, nunc vero cum intelligat eam esse supremi senatus in se benevolentiam ut ab istâ litis hujus persequendæ molestiâ se velit immunem, ab eâ se verò prorsus discedere quam libentissime, eamque rem illius prudentiæ et æquitati omnem sponte permittere. Cæterum breve memoriale jussu suo confectum et a se recognitum quo rei totius summa continetur eidem supremo senatui suo nomine quam primum offerri. et ita a me conclusum fuit.

Le Rat

die septimâ Mensis Augusti post Sacrum habita sunt de more comitia in harcurio in quibus veneranda Natio censuit concedendam Magistro Balthasar Gibert ad munus Sindici electo eamdem pensionem quandiu erit Sindicus quæ pendebatur Magistro Edmundo Pourchot scilicet quingentarum et quadraginta libellarum præter sexaginta libras syndico antiquitus attributas et ita a me conclusum fuit.

Le Rat

Die 14. aug. in comitiis apud Mathurinenses habitis electi sunt probandis Licentiandis in artibus Magistri Desmonts apud B. M. & Foubert apud B. Genoss.
Eodem die in harcuria post vesperas admissus est in gremium Ven. Nationis M.
Satis De La Garanne Baccalaureus Theologus.
In iisdem comitiis a Ven. Natione cum mihi demandata est resarciendi quidquid resarciri opus esset in domo magni Sculi aut etiam amplificandi quod ere esset Ven. Nationis & in commodum simul cederet novorum inquilinorum.

De Chantelou absente
ornat. Procuratore

Die 2a Mensis octobris in Comitiis ordinariis in harcurio. postquam ordini Venerando retuli Consultissimam facultatem intercessisse Conclusioni ab Amplissimo Rectore Latæ die 28 Mensis Augusti in Comitiis Deputatorum Universitatis in antecessum habitis quâ conclusione Cæteræ facultates et Nationes concedebant Amplissimo Rectori Magistro Gibert ad munus Sindici Electo eamdem pensionem quâ fruebatur Magister Edmundus Pourchot quamdiu fuit Sindicus; et Amplissimum Rectorem in jus vocatum fuisse per instrumentum publicum: confirmavit Veneranda Natio suam hac de re Conclusionem latam die Septimâ Augusti ut suum omnino sortiretur effectum, censuit quoque Litem hanc persequendam esse nomine Universitatis et ita a me conclusum fuit.

Le Rat

Die 11a mensis octobris in comitiis ordinariis in harcurio, postquam bene precati sumus pro requie animæ Magistri Joannis De Rouen de veneranda Natione bene meriti. 1o electus est in Quadrumvirum Magister Antonius Vaillant humaniorum litterarum Professor in eodem Collegio 2o nominavit Veneranda Natio Sapientissimum Decanum Magistrum Sauvage, Magistrum Durand et Magistrum De chantelou fidelissimum Quæstorem Deputatos qui unâ mecum explorent utrum certa quædam pecuniæ summa ex ærario communi Universitatis fidelissimæ Picardorum Nationi tuto cum obligatione usuræ solvendæ dari possit. 3o censuit rependendam esse Magistro De chantelou ex reditibus Nuntiatuum summam decem et octo libellarum quam e suâ crumenâ prompsit ad solvendos sumtus in negotiis agendis ad celeberrimos professores pertinentibus et ita a me conclusum fuit.

Le Rat

Eodem Die hora decima apud Mathurinenses in Comitiis Universitatis ordinariis. Veneranda Natio grata et rata habuit quæcumque gessit Amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu eoque nomine illi decrevit Litteras Commendatitias verbis quam amplissimis, elegantem orationem quam habuit Amplissimus Rector in laudem Celeberrimi viri Edmundi Pourchot non modo probavit sed postulavit hanc esse ad memoriam tanti viri in Commentariis Universitatis inscribendam, confirmavit Quadrumvirum matutinis horis Electum, supplicum votis annuit ea lege ut ille qui studuit in Academia Cadomensi intra mensem afferret litteras testimoniales in pergameno et majori sigillo ejusdem Academiæ munitas, fasces rectorios ex animo prorogavit Magistro Balthasar Gibert celeberrimo Eloquentiæ Professori in Mazarinæo et ita a me conclusum fuit

Le Rat

Die vigesima 2a ejusdem Mensis post vesperas habita sunt comitia in harcurio in quibus postquam fidelissimus Quæstor retulit aliquid de novo esse resarciendum in ædibus Magni Sculi nominati sunt Magister le Sauvage Decanus, Magistri De chantelou, Rouget et Dumenil Deputati qui una mecum harum ædium partem exesam inviserent et ita a me Conclusum fuit.

Le Rat

Die 27ª mensis octobris hora septima matutinâ habita sunt apud Mathurinenses Vraclavæ artium facultatis Comitia in quibus Veneranda Natio elegit in Censorem Magistrum Hequard, Baccalaureum Theologum virum multiplici titulo commendabilem et disciplinæ Academicæ tuendæ aptissimum et ita a me conclusum est

Le Rat

Die Sextâ novembris habita sunt in Navcurio comitia ordinaria in quibus postquam MM. Durand et De chantelou retulerunt quid de Statu aris fidelissimæ Picardorum Nationis et de impensis ad novas illius ædes resarciendas necessariis comperissent, cepsuit veneranda Natio consulendos esse Architectos et alios ei hac re peritos priusquam fidelissimæ Nationi commodaretur ex ærario Universitatis certâ pecuniæ Summa Septem mille librarum et amplius, et ita a me conclusum fuit.

Le Rat

Die quarta mensis Decembris habita sunt post Sacrum in Navcurio ordinaria Comitia in quibus jussit veneranda Natio catalogos omnium magistrorum et fastos ven. Nationis, eâdem formâ quâ semper usum fuit typis mandari. Deinde admissus est in gremium venerandæ Nationis Carolus Becu et Sacramentum præstitit.

Le Rat

Die Sextâ ejusdem mensis post Sacrum Deo oblatum in honorem divi Nicolai habita sunt in Sacello Navcuriano Comitia in quibus veneranda Natio nominavit MM. Rouget, Shermitte, Dumenil De chantelou qui una mecum et Sapientissimo Decano irent ades a Duo gorillons occupatas ut exponant venerandæ Nationi quid facto sit opus ut et resarciantur et novis inquilinis illas postulantibus possint locari. nominati sunt quoque ad examinandum utrum expediat alium inquilinum invenire et eligere qui alias ades Superioribus proximas in viâ vulgo dicta galande loco cujusdam Nomine Jogant qui illas occupat quique creditoribus pessime agit; et quibus conditionibus posset ipse a conductione suâ liberari. Deinde Statuit veneranda Natio Pontificem designatum in Diem Conceptioni B. V. festum invertandum fore more solito die Sextâ decembris post Sacrum Deo oblatum in honorem Sancti Nicolai, et ita a me conclusum fuit.

Le Rat

Die trigesimâ primâ ejusdem mensis post Sacrum Deo oblatum pro Defunctis habita sunt in Navcurio Comitia in quibus veneranda Natio consuluit locandas esse ades parvi Scuti Domino Gorillons instrumento publico pretio et conditionibus iisdem quibus illas hactenus occupabit Dominus De Courchamp, mentionem que faciendam esse in illo instrumento certi cujusdam vectigalis quod vulgo pour les bœufs et Lanternes percipitur. 2º consuit opus esse descriptione aliqua ab Architecto Suo factâ quâ appareat quænam futura sit forma (et quo pretio) ædium instaurandarum in viâ galande, antequam aliquid de illarum reparatione Statuat et ita a me Conclusum fuit

Le Rat

Die Sabbati 8. Jan. 1735. horâ 7. matutinâ, post Sacrum habita sunt in Garcurio Comitia ordinaria, in quibus sedens pro Ornatissimo Procuratore admonui Venerandam Nationem, paucis ante diebus, priusquam instrumentum locandæ Domus Parvi Scuti, 400.# per annum libris confici potuisset, denuntiatum esse Quæstori instrumento juridico ab honesto Cive se 400. illis libris adjicere 50.# quo facto nos ad leges quibus tenentur cæteræ nobiscum Regni Societates revocari. Re igitur in deliberationem missâ placuit Domum illam publico programmate juxtà leges locandam proponi. Atque ita conclusi.

De Chantelou Exprocurator.

Die 12. Jan. 1735. horâ 1. pomeridianâ habita sunt in Garcurio comitia celeberrimorum Professorum, quo per Schedulam a me, decumbente Ornat. Procuratore, postulante vero fidelissimo Nuntiatuum Quæstore, vocati fuerant, in quibus idem Quæstor fidem fecit omnibus nostros Nuntiatuum reditus ab exolvenda Regi decimâ parte, de Consilio Illustrissimorum Comitum Consistorianorum in re Decumanâ Deputatorum, declaratos tandem esse prorsus immunes, et id omne, quod eo nomine anno superiore penes Redemptorem remanserat, ab eo fuisse persolutum.

Deinde idem petiit an vellent Celeberrimi Professores e suâ pecuniâ partem aliquam corradi in gratiam prioris Apparitoris.

Quo audito multa mihi venere in mentem, cum illud ab aliquibus ab anno 1719 sæpe frustrà tentatum esse apprimé cognoscerem. Quorum conatibus Vener. Ordo semper obstitit cum aliàs ob causas quæ cuique patent, tum propterea quòd

1. Apparitores non magis sunt Professorum, quam Baccalaureorum, sed universæ Nationis. Quidquid vero præstant operæ Professoribus, singulis trimestribus, illius ab iis justâ mercede donantur.

2. Si quid Apparitoribus esset tribuendum, cur minor suâ quoque portione fraudaretur, qui tamen nihil quidquam postulare adhuc ausus est?

3. Quorsum Apparitor ipsis Professoribus, quorum aliqui egent aliquando ope alienâ, anteponerentur?

4. Cum e Nuntiatibus ante annum 1649. nihil perceptum sit a majoribus nostris, quo anno 1000. omninò libræ percipi ab illis cœptæ sunt ad annum usque 1656. quo 7000. libræ tandem confectæ sunt, nihil inde videtur fuisse decurtatum ante annum 1677. quo cum præter solitam pensionem, e variis summis residuis, ad unumquemque 51. libræ redirent, 45. quæ supererant R. Le Cuirol, quem cæteri etiam Ordines invidere nobis solebant, cujusque egregia fuerat tum aliis in rebus, tum in hac potissimum opera, ab omnibus ultrò concessæ sunt. Cumque anno demum 1698. ad 24000.# et amplius reditus noster excrevisset, tum verò florentibus nostris rebus ille noster in partem communis lætitiæ ultrò vocatus est, ut cujus Ordinis Professores cæteris tanto præstarent opibus, illius etiam tam probatæ virtutis Apparitor suos aut æquare aut etiam superare videretur. Verum hoc illi beneficium sic proprium esse voluerunt, ut non aliâ lege ei successerit sororis filius, quam ne quid unquam inde speraret emolumenti, ei verò adeò non potuit hic alia ipsi lege succedere, ut jam ab anno 1719. æqua sit omnium Professorum inter se conditio.

5. Quis apud alias Nationes Apparitor rogare audeat Professores ut suam velint cum eo pecuniam communicare?

6. Ea est Apparitorum conditio ut aliquo artificio vitam parte longe maximâ possint sustentare, quod cæteri solent, et hujus prædecessores soliti sunt, quorum duos postremos scit ipse vestiendorum hominum arte fuisse instructos.

Iis maximè rebus adductus, dixi suam cuique Nuntiatuum portionem esse sic propriam, ut penes illum sit, ea uti ad arbitrium suum, non alienum. Quapropter prorsus negavi ullam unquam haberi posse super ea re deliberationem. Atque ita comitia soluta sunt. De Chantelou

---

die 18. jan. 1735 habita sunt extra ordinem Comitia hora primâ pomeridianâ in harcurio vocatis per Schedulam venerandis Contribulibus, in quibus cura demandata est Quæstori fidelissimo instrumentum locandæ domus parvi Scuti venerandæ Nationis nomine conficiendi quam optimis poterit conditionibus atque ita conclusi Le Rat

juxta Provinciam fidelissimo Quæstori demandatam superius, locatæ fuerunt ædes parvi Scuti Dño Goillons, die 480 libris eâ lege (sicuti promiserat veneranda Natio sub conditione incrementi octoginta libellarum) ut scalæ illarum ædium de novo et quam primum reparari curaret veneranda Natio

Le Rat

Die 20. Jan. 1735. habita sunt extra ordinem Comitia Venerandæ Nationis hora 1ª pomeridianâ in Sacrario, vocatis a me, abrente — Oratissimo Procuratore, per Schedulam Venerandis Tribulibus, in quibus cura mihi demandata est Domus interioris Vicæ Galandæ locandæ quam optimis potero conditionibus. Atque ita Concluси.

De Chantelou exprocurator.

Die lunæ 31 jan. 1735. Cæci ab Amplissimo Rectore per urbem ad Supremos Magistratus Solenni pompâ delati sunt, perhonorifice ab illustrissimis tum Senatus tum Magni Consilii Principibus excepti sunt omnes Deputati et ab ipsis tum præcipue a D.D. de Berthamont usque ad Ædes deducti. abierunt Cæteri Magistratus primarii.

die martis 1ª februarii ejusdem anni eadem pompâ processit mensalis Universitas ad Salutandum Regem Regnum Delphinum et alios Regni Proceres et Administros, eisque Cæcos pro more consueto offerendos. quomodo hæc omnia peracta sunt vivâ voce retuli venerandæ Nationi die 2ª ejusdem mensis, in festo Purificationis Beatæ Mariæ, hoc unum Scriptis mando quod in omnium Tribulium mentibus fixum manere velim, Orationes quas habuit Amplissimus Rector quasque avidis auribus audierunt Viri Principes, frequensque Aulicorum Corona adeo Concinnas adeo politas esse ut Rex ipse collecta, ut ita dicam ex vultu gestu que omnium Procerum suffragiis virum nobilem Statim miserit qui nomine Regis totiusque Regalis Cœtus amplissimo Rectori gratularetur, cui Augustissima Regina Serenissimus que Delphinus gratias egerunt maximas, eique Serenissimus Suveliacensis Dux, Eminentissimus Cardinalis Regni administer, illustrissimi Cancellarius et Sigillorum Custos non minus eleganter quam urbane et ex animi sententia gratulati sunt et Academiam nostram quæ sub tanto Duce magis ac magis floret variis honoribus cumulaverunt merito igitur per me Veneranda Natio Senatus illos honores Amplissimo Rectori acceptos referens gratias egit vitra Comitia Deputatorum ordinaria die 5ª februarii habita, idem prostiterunt Cæteræ tum facultates tum Nationes, quibus omnibus tantâ modestiâ respondit Amplissimus Rector quanta fuerat in dicendo elegantia. hæc omnia testor Le Rat

die quintâ februarii habita sunt in Sacrario post Sacrum Comitia ordinaria in quibus postquam retulit fidelissimus Quæstor se cum Architecto Nationis Scalarum reficiendarum mensuras iniisse in ædibus parvi Sculi postulavit quid tunc facto esset opus; re in deliberationem missâ Statuit Veneranda Natio ut prius quam opus istud susciperetur Scalarum figuram lineis describeret Architectus illiusque reædificationi pretium circum circa constitueret.
die vero 21ª ejusdem mensis in comitiis extra ordinem per Schedulam in Sacrario habitis oblata fuit a fidelissimo Quæstore Architecti descriptio qui restaurationem hanc trecentis supra mille libellis aut circiter æstimavit, quo viso et audito Nominati sunt Sapientissimus Decanus et Magister Chevrmite qui ab aliis in hac arte peritis sisitaventur quid de istâ descriptione et æstimatione sentirent, et utrum reædificationem hanc minori pretio suscipere vellent.
tandem die veneris ejusdem mensis 25ª Venerandæ Nationi extra ordinem in Sacrario per Schedulam congregatæ renuntiarunt Deputati descriptionem Scalarum reficiendarum ab Architecto nostro factam ab ipsis maxime probari et laudari tum quoad figuram tum quoad pretium, quo intellecto cura demandata est fidelissimo Quæstori singulos operarios in his scalis reficiendis necessarios ad opus istud pacta mercede conducendi et ita super his omnibus capitibus a me Conclusum fuit

Le Rat

Die quinta mensis Martii habita sunt post Sacrum in harcuria de more Comitia in quibus, venerandâ Natio 1ª cenuit Missam qua celebrari solet ipso Defunctis apud Mathurinenses die jovis post Brucam IV Quadragesimæ transferendam esse in Crastinum Annuntiationis beatæ Virginis Mariæ propter Comitia quæ post Sacrum in harcuria habitura sunt die illâ jovis, ad eligendos ornatissimum Procuratorem et dignissimum Quadrumuirum 2º fidelissimo Quæstori potestatem permisit instrumenta tum ad probandum expensum rationum mearum tum ad locandas ædes idoneas, objectas quæ cujusdam creditoris venerandæ Nationis nomine Laisné et alia si quæ sint mihi accepta ferendi; ita ut nihil eorum quibus subscripsi in accepti et expensi codice a me imposterum repeti possit; et ita a me conclusum fuit

Le Rat

Die mercurii 23 Martii ab Amplissimo Rectore Comitantibus Sapientissimis Decanis facultatum, ornatissimis 4 Nationum Procuratoribus Meritissimo Prosyndico et Scriba rec officiariis omnibus Universitatis ad id convocatis exceptus est in aula Amplissimi Rectoris apud Mazarinæum Dominus De Brezé Regiarum Cæremoniarum Magnus Magister cum Suis Caduceatoribus et Vaccinibus Suo more insignitis eo ordine quo descriptus est pagina 404. qui Regis Christianissimi nomine Academiam invitavit ad Cæremonias funebres Augustissimæ Polixenes de Hesse Rinfels Sardiniæ Reginæ die jovis proxima 24 martii in Ecclesiâ Metropolitanâ Parisiensi celebrandas. eam in rem protulit Dñs De Brezé Litteras Regias quas obtulit Amplissimo Rectori qui eas tradidit Scribæ Universitatis alta voce legendas, quibus lectis Responsum est ab Amplissimo Rectore Universitatem Mandatis Regiis obtemperaturam ut moris est.

Die jovis 24 quidem mensis Amplissimus Rector, Decani trium facultatum 4 Nationum Procuratores cum suis adjunctis omnes ut in talibus fieri solet [vid. pº 405] suis insignibus ornati adfuerunt Cæremoniis funebribus Augustissimæ Polixenes de Hesse-Rhinfels Sardiniæ Reginæ in Ecclesiâ Parisiensi habitis, Sedes suas obtinuerunt a Magno Cæremoniarum Magistro de more designatas. post ultimum Parlamenti Senatorem Sedem habuit Amplissimus Rector, deinde tres Decani et quia superuerunt Subsellia superiora in his sederunt quatuor ornatissimi Procuratores. in Scamno intermedio ante Amplissimum Rectorem tres Decani et 4 Procuratores sederunt omnes adjuncti et omnes e majoribus Universitatis officiariis, in inferioribus vero Subselliis sederunt duo Majores officiarii, et Bidellorum et pars maxima, Sacris a Domino De Harcourt venerando Beatæ Mariæ Decano peractis Egressa est e choro Universitas post Curiam Subsidiorum

Le Rat

Die Sabbati 26 martii habita sunt in harcuria post Sacrum Comitia in hunc diem propter Cæremonias funebres Augustissimæ Reginæ Sardiniæ in Ecclesia parisiensi celebratas, translata, in quibus postquam de commisso mihi Procuratoris munere gratias egi venerandæ Nationi quam potui maximas, et postulari ut me in quadrum eirum pro more labo eligeret veneranda Natio., accesserunt duo Supplices prior Magister Petrus Bonnejoye consultissimæ facultatis Licentiatus et Celeberrimus philosophiæ Professor in Lexovio pro munere Procuratorio, pro Regentiâ et Scholis alter, audito his de capitibus integerrimo Censore, grata et rata habuit Veneranda Natio quæcunque gessimus in anno Magistratus nostri, eoque nomine litteras Commendatitias nobis dederit in Procuratorem Elegit Magistrum Bonnejoye virum omni titulo commendabilem tunde a venerandâ Natione titulo de tota Universitate bene merentem postulationi alterius Supplicis Magistri Guillelmi Gosse his utrisque per breve silentium annuit. Decimum e Procuratore factus sum Quadrumuirum et ita super hac omnia a me Conclusum est

Le Rat

Acta venerandæ nationis

Procuratore

Magistro Petro Bonnejoye presbitero Rothomageo jn Consultissimâ
Jurium facultate Parisiensi licentiato et philosophiæ professore
Emerito jn Lexoviensi Universitatis Parisiensis Collegio

Die vigesimo sexto Martii jn quem trans lata fuerant Comitia tum
quadruvirialia cum nostris procuratoris tum rectoria e vigesimo quarto
quo die Reginæ Sordinio parentatum est jn Comitiis post sacrum habitis
jn hac curia ubi procurator venerandæ nationis suæ renuntiatus, dicto
sacramento a cæteris quæ singulis jn instrumenti procuratorii jntes manus nostras
sacramentum diximus tum procurator decedens Magistri Dionisius le Rat
gymnasiarcha justinianus vir omni laudum genere cumulatus et cum de
ven. Nat. tum de universâ academiâ optime meritus jn quadruvenerum
de more electus tum Magister gestæ jn consultissimâ Juvenum facultate
baccalaureus jn gremium ven. nat. admittus. ac deinde ven. nationis
nomine Judicium quemque apparitorem fasces ven. nationis quos ad pedes
nostros de more deposuerunt retinuimus sicque ab eis extra Comitium sumus
deducti . . . . . Eodem die horâ decimâ apud Matthurinenses
Jo Magister Stienne Doctor Navarricus jn locum Mi Jandin procancellarii
nominis ipsius Cancellarii B. geno vesti ab Illustri Academiæ Prosenatu est
à 4 nationibus admissus est . . . . . deinde Rector amplissimus Magister
Baltasar Gibert celeberrimus et eloquentissimus professor jn Malarinæo
oratio nem habuit de re decimanâ cujus vectigalis jn manus est gustet
nostros nuntiatum est dixit Rex noster augustissimus de consilio illustrissimorum
Comitium contributoria novum super re decimanâ ab ipso deputatorum quorum
oratorem singulis ordinibus jn Universitatis commentariis referri jussit
jidem rata et grata habuerunt quocunque gesserat amplissimus Rector jn
suo trimestri Magistratu quadruvirosque in habitis horis electos confirmarunt
Supplicibus jn dulserunt . . . . . tum quadruvenum dicti Rectoris fasces
ad Rectoris provocaverunt eaque provocatio a 4or nationibus est
confirmata et vehementer probata Bonnejoye 1735

Die 28o Martii horâ septimâ Matutinâ ven. Natio congregata fuit
apud Matthurinenses ubi sacrum factum est propiis Cancellariis Magistri
Rodolphi Odonis Sacerdotis quondam ven. nationis primi apparitoris
quo peracto, jn claustro Matthurinensium supra pilum tumulum
pretor fuit sunt a venerandi tribulibus Bonnejoye 1735

Die trigesimo Martii Martii Amplissimus Rector Decani procuratores
cum Prosyndico Scriba et Questore Universitatis jn auditorio superiori
ad primum jnde procedunt ad Collegium Longo Bardorum ubi tractandum ubi
omnia quo ad rem tum Scholarem, tum familiarem pertinent accurate
perpensa fuimus Bonnejoye 1735

Die Sabbati Aprilis secundo horâ decimâ Matutinâ Magister sacrum factum jn
horario M. de Cluse et Mi Sellier sacræ facultatis Baccalaurei suppositi Ministri
eo quo gremium ven. nationis admissi sunt eodem die horâ post meridiem primâ
celebrata fuere solita deputatorum Universitatis Comitia jn Malarinæo apud
Rectorem jn quibus audita sunt 4or Supplices pro illius nominibus
et alii duo pro exercendo pedagogio jn urbe Parisiensi sub tutela Universitatis,
deinde de rebus hinc familiaribus hinc scholasticis pertinentibus tum ad
Collegium Sapientiæ tum ad Longo Bardorum Collegium summa curæ et
attentione actum est Bonnejoye 1735

Die Aprilis decimâ nonâ horâ septimâ Matutinâ Academica Synodus
habita est Apud Matthurinenses ab amplissimo Rectore Superintendente
decanis et ornatissimis procuratoribus. Comparuerunt de Lexoviensi parochialium
Rectores et Beneficiarii, jn quibus Rector amplissimus elegantem habuit oratorem qua
omnes Beneficiarii qui jn Lexoviensi parochialium pretextu cum Canonicatus sine qui
vero absentiæ cum legitimâ causâ excusati sine legitimâ causa morabantur
Mulctati Bonnejoye 1735

Die 23a Martii Aprilis habita sunt extraordinaria deputatorum Universitatis
Comitia Apud amplissimum Rectorem jn Malarinæo horâ post meridiem primâ
ubi postquam longo Bardorum seu Jrlandos Amplissimus Rector ad pacem et concordiam
jnter se fovendam pulcherrimâ et elegantissimâ oratione excitavit primarios primatum
apellatos rogavit et majori humanitate et Urbanitate cum presbyteris
Jrlandis libere communicavit deinde presbyteros quoque jn Landos
primarios ad monuit ut patienti constantique animo obsequium et
reverentiam gallis primariis præstarent donec clarissima illa vixarum
et contentionum semina sacandis Scholis et precibus extinguendis
locus detur opportunus Bonnejoye 1735

Die 4 aprilis 27° ipsius seqq. hora post merid. conv. Ampl. Rector
cum Spectabilibus et facultatum Decanis ord. nat. Illmi quatuor Nationum
procuratoribus pro Syndico Scribâ et quatore praelato facultatis ad fin
in antiquo Juris auditorio in de Collegium S.te Barbore hic tractatum
ubi nullas omnino in pecte et accepte rationes a deputatis et amplius
annis elapsis rite habitas Rste Ampl. Rector et deputati competentes
et deputandum Bonnejoye 1735

Die Martii Septimo habita fuit hora post meridiem primâ ordinaria deputatorum
Universitatis Comitia apud Ampl. Rectorem in Collegio Lexovio. Comparuerunt non nulli
Supplices pro Litteris Nominationis quo concessis fuit. Comparuit quoque vir clarissimus Magr
Procopius Doctor celeberrimus qui quidem propterea quod Universitas primogenita Regum filia ab ipsis
Regibus Multiplici privilegiorum supellectili donata et quibus cum Magistri Doctores Professores
et Alumni non sint minus immunes a collectis quandam Vectigalis quod quidem vectigal Praesides
quem Reliqui abstrahebat: postea cum confirmata ipsi dicto Magro Procopio Universitas immunitas
quinto regnante Christianissimo confirmata non recusavit in Litteris patentibus dicti Magri Procopii
adjutricem operam prohibere vectigalis quâ de re audito Leonoro Caron Illustrissimo
ab actoribus et quaestoribus praedictis nihil deliberandum aut statuendum esse quam ante Consulatus
pro Syndico plenius deputatis nihil deliberandum aut statuendum esse quam ante Consulatus
professorem emeritum in dormano bellovoco et dominum durand pariter
philosophiæ professorem emeritum in cardinalitio, inter doctissimos
vero baccalaureos dominum bourey et dominum Mary sacræ
facultatis parisiensis licentiatos, qui una cum sapientissimo decano,
æquissimo censore et mecum scrutinii rationem inirent

† in harcurio
P.

P.

deinde concessimus in sacrarium ad ineundam rationem scrutinii et invenimus in pileo meo quatraginta quatuor tribulium suffragio franciscum elier in secundum apparitorem eligi et viginti duo tantum tribulium suffragio Mahaut du vagan eligi, quo calculo in charta scripto ab intagerrimo censore, rediimus in comitium ubi omnibus astantibus tribulibus renuntiavi franciscum elier numero suffragiorum vincere pro officio secundi apparitoris nostri, his dem tamen conditionibus quibus joannes le pequeux factus est primus apparitor noster. prima nimirum est ut nullopere nullo sub prætextu à venerandâ natione pensionem, ut vocant accipiat aut petat, si secus fit statim suo jure excidat et loco, secunda est ut det cautionem sufficientem rerum quæ ipsi et primo apparitori committentur, ita ut solidè unus pro altero uterque pro toto satis det facto de iis inventorio, tertia est ut singulis annis virgam suam coram novo procuratore deponat, ut ab eo illam accipiat si gratum et fidele officium venerando ordini præstiterit et ita à me conclusum est et sacramentum præstitit inter manus meas franciscus elier pro officio secundi apparitoris. pigache.

die vigesima tertia junii habita sunt comitia venerandæ nationis in justiniano horâ sextâ matutina, ubi postquam deum optimum maximum piè deprecati sumus pro manibus magistri joannis Joannei decani quondam ven. nat. cum nemo me convenisset pro munere quatuorviri, ad illud designavi magistrum andream potier baccalaureum theologum et virum procuratorium, quem ideo pridie rogaveram ut illud munus in se susciperet, qui quidem cum supplicasset, audito intagerrimo censore, unanimi voce electus est quatuorvir et ita conclusi et sacramentum solitum in manibus meis præstitit pigache.

Eodem die horâ decimâ matutina habita sunt comitia generalia præclaræ artium facultatis apud mathurinenses, in quibus per me veneranda natio rata et grata habuit quæcunque amplissimus dominus rector magister baltasard gibert gesserat in posteriori

P.

trimestri magistratu, imo gratias quàm maximas ipsi egit propter ejus operam in negotium nunciatuum, et eo nomine ipsi decrevit litteras commendatitias perhonorificentissimas, quatuor virum, matutinis horis electum confirmavit, fasces rectorios unanimi voce per meritissimos quatuor viros prorogatos clarissimo domino magistro baltasari gibert libenti animo prorogavit quoque et confirmavit, indulsit omnibus supplicibus. postulavit tantum veneranda natio ut litteræ testimoniales supplicum, deinceps à dignissimo syndico publicè in comitiis legerentur Pigache.

die vigesimo octavo mensis junii, horâ sextâ matutina post quàm deum opt. max. piè deprecati sumus pro æterna requiè animæ magistri joannis des Authieux quondam ven. nat. proc. et de eâ benè meriti, habita sunt comitia ordinaria ven. nat. in harcurio in quibus summopere laudatus est magister joannes de chantelou celeberrimus humanitatis professor in sorbonæ plessæo pro indefesso labore et diligentia singulari, quibus res ven. nat. a pluribus annis curat promovetque feliciter. ipsi maximæ gratiæ actæ sunt et quæstura iterum ad annum viva voce et unanimi tribulium consensu demandata est. (et si in comitiis ordinariis mensis maii proximè elapsi, ven. nat. statuerit ut quoties esset locus electioni ad officium ven. nat. qualecunq; sit, ut ornatissimus procurator mittat in deliberationem antequam ferantur suffragia, utrum viva voce an via scrutinii sit agendum, tamen abstinui ab ejusmodi lege ex eo quod de pluribus non ageretur) electi sunt ad expungendas rationes quæsturæ præteritæ quatuor viri a me designati, scilicet M. franciscus roussel celeberrimus philosophiæ professor emeritus in nostro collegio harcuriano, M. petrus de bonneyoie celeberrimus etiam philosophiæ professor emeritus in lexovæo. M. philippus le Chevallier Licentiatus Theologus. et M. Andreas Potier baccalaureus Theologus et vir procuratorius electi sunt etiam ad tentandas vires baccalaureandorum in artibus quatuor viri à me designati. M. scilicet nicolaus huillard rothomageus præsentem licentiam decurrens. M. petrus bichiie constantinus, claudius emmanuel Mariette abrincensis et M. franciscus petrus daireaux constantiensis omnes baccalaurei Theologi facultatis parisiensis. Pigache.

Eodem die 28° junii, serotinis horis, auditæ sunt rationes quæstoris fidelissimi mgri. joannis de chantelou et ab omnibus deputatis comprobatæ. Pigache

Die septimo mensis julii post solemne sacrum, habita sunt comitia ordinaria ven. nat. in harcurio horâ sextâ matutina in quibus supplicavit magister joannes baptista Closet sacræ facultatis parisiensis baccalaureus, diaconus constantinus, socius noster harcurianus, pro regentia et scholis, audito intægerrimo censore de eo referente unanimi tribulium consensu in gremium nostrum admissus est, et ita à mê conclusum est, et sacramentum solitum præstitit. Pigache

Die decima quarta mensis augusti habita sunt apud mathurinenses hora ipsa septima matutina comitia generalia præclaræ facultatis artium, ut a singulis nationibus eligerentur duo viri ad tentandas vires licentiandorum in artibus; verum cum datâ dimidia post septimam nondum adesset in comitiis magister petrus franciscus rafard de Marsilli procancellarius apud beatam mariam, ut designaret quos vellet a nationibus eligi, et amplissimus rector valdé conquæstus esset de ejusmodi mora, et postulasset, ut una quaq; natio de eâ mentem suam aperiret. omnes nationes unanimi consensu judicarunt præclaram facultatem, ejusmodi morâ contemni a dicto procancellario, et ideo corripiendum imo criminandum et arguendum esse dictum magistrum de Marsilli et eligendum esse virum apud beatam mariam independenter ab ulla designatione procancellarii b. m. consequenter veneranda natio unanimi voce elegit a me designatum jacobum franciscum Tesson baccalaureum theologum presbyterum constantiensem. sed cum retulissem in comitiis sententiam venerandi ordinis et dictus procancellarius de Marsilli advenisset et postulasset audiri et veniam publicé postulasset a præclara facultate, venerandus ordo rediit iterum ad suffragia, rationem habuit excusationis procancellarii et elegit, requirente et enixé postulante dicto magistro Tesson, magistrum philippum le Cour presbyterum rothomagensem licentiam decurrentem, independenter tamen ab ulla designatione procancellarii quæ quidem minime in comitiis audita est, sed tantum a quibusdam præcognita. apud autem beatam genovefam. veneranda natio elegit designatum a procancellario beatæ genov. magistrum ludovicum nicolaum durand celeberrimum philosophiæ professorem emeritum in cardinalitio et super hæc omnia capita ita a me procuratore conclusum est Pigache

die decima octobris horâ septima matutina in harcurio habita sunt comitia venerandæ nationis in quibus electus est quadrumvir, unanimi Tribulium consensu, Magister Philippus Le chevallier Licentiatus Theologus qui sacramentum solitum inter manus nostras præstitit Pigache

eodem die horâ decima matutina habita sunt comitia generalia præclaræ facultatis artium apud Mathurinenses in quibus amplissimus rector post eloquentem de more, orationem, postulavit primo ut rata et grata habeantur quæcunq; gessit per trimestrem magistratûs et eo nomine ipsi decernantur litteræ commendatitiæ secundo ut confirmentur quatuor viri matutinis horis electi. tertio ut singulæ nationes recedant in sua quæq; loca ut mentem suam aperiant super hæc capita et super supplices. veneranda natio dictis rogatisq; sententiis rata et grata habuit quæcunq; gesserat amplissimus rector non solum per trimestrem sed etiam per triennium eoq; nomine ipsi decrevit litteras commendatitias perhonorificas, confirmavit quadrumvirum matutinis horis electum Magistrum le chevallier, indulsit omnibus supplicibus. deinde egressis quadrumviris de conclavi. magister nicolaus Piat celeberrimus eloquentiæ professor in sorbonæ plæsseo unanimi quadrumvirorum consensu renunciatus est rector totius academiæ pariscensis summo omnium assistentium et publico plausu. ut tamen laudabili consuetudini consuleretur. recesserunt nationes ut deliberarent de nova electione, quæ statim redeuntes per procuratores suos confirmarunt libenti animo electionem modo factam a quatuor viris clarissimi viri nicolai Piat in amplissimum rectorem. ipsi et sibi plurimum gratulatæ sunt quod fasces rectorios quos summa cum dignitate jam habuerat rursus suscipere vellet. Pigache

die vigesimo tertio octobris anni 1736 quo die veneranda natio celebrat festum divi romani, quem jam dudum in patronum assumpsit, post missam solemnem celebratam a venerando contribuli Magistro Andrea Potier baccalaureo Theologo, capellano ordinario nationis, Magister Carolus Vray celeberrimus humanitatis professor in cardinalitio elegantissimam habuit orationem in gloriam divi romani. Pigache

die vigesima septima ejusdem mensis hora septima matutina habita fuêre apud Mathurinenses præclaræ facultatis artium comitia in quibus veneranda natio, plurimum gratulata est Magistro Leonorio Caron quod totius academiæ censuram optimé gessisset, per integrum tempus quo Magister balthasar gibert fuit rector simul et syndicus universitatis parisiensis, deinde elegit in censorem suum Magistrum dyonisium Le rat baccalaureum Theologum, virum procuratorium, erga nationem et totam universitatem optimé affectum et disciplinæ academicæ tuendæ aptissimum. atq; ita a me conclusum est Pigache

Die decima sexta decembris 1736 habita sunt comitia venerandi ordinis in Justiniano ubi postquam deum pié deprecati fuimus pro manibus Joannis Roannei quondam venerandæ nationis decani et de ea optimé meriti, supplicavit pro munere quadrumviri, magister Carolus Vray celeberrimus litterarum professor in cardinalitio, re in deliberationem missa et audito integerrimo censore, unanimi tribuum consensu electus est, et sacramentum solitum inter manus meas præstitit et ita a me procuratore conclusum est Pigache

Eodem die, horâ decimâ, habita sunt comitia præclara artium facultatis apud Mathurinenses. ubi veneranda natio rata et grata habuit quæcunq; gesserat in posteriori trimestri magistratus, eo nomine litteras commendaticias quam honorificas ipsi decrevit, confirmavit, quadrumvirum matutinis horis electum, fasces rectorios, unanimi quatuor virorum consensu, prorogatos Clarissimo viro Magistro nicolao Piat celeberrimo eloquentiæ professori in Sorbonâ plasseo, ipsa quoque ipsi libentissime prorogavit, indulsit omnibus supplicibus, et annuit omnibus postulatis ejus amplissimi rectoris, quæ spectabant omnes reformationem quorumdam abusuum in præclara facultate, a quibus citandis abstineo ut pote scriptis apud universitatis diligentissimum scribam Pigache.

t amplissimus rector magister Piat p.

Die jovis 31a januarii 1737. amplissimus rector cum omnibus universitatis deputatis et adjunctis parisiis primum supremi senatus præsidem, et deinde magni consilii protopræsidem elegantissimis verbis salutavit, cereos more solito, universitatis nomine offerens. cæteris quod abessent cerei inter manus janitorum sunt relicti.

Die sequenti prima februarii, versaliis, regem, reginam serenissimos delphinam, serenissimos; aurelianensium ducem, eminentissimum Cardinalem regni administrum, illustrissimum Cancellarium et dignissimum sigillorum custodem, cereos offerendo, orationem dixit et elegantem et laudandam, qui omnes suam erga universitatem et litterarium ordinem benevolentiam aut singulariter aut eleganter testificati sunt

Pigache

Die Sabbati 9a februarii 1737 post sacrum in harcurio, habita
sunt comitia ordinaria venerandi ordinis, in quibus Egidius Basset
acholytus bajocensis socius noster harcurianus supplicavit pro regentia
et scholis jure magisterii in artibus et baccalaureatus in Theologia. Et
in deliberationem missa, audito integerrimo censore de supplicis referente
admissus est in gremium venerandi ordinis dicti Egidius Basset unanimi
tribuum consensu, et sacramentum solitum inter manus nostras praestitit

Die Sabbati 23 mensis martii post oblatum sacrificium pretii
nostri in memoriam magistri Joannis Joannis de quo sapius mentio recurrit
jucundissima, habita sunt in sacello harcuriano ordinaria venerandae nationis
comitia, in quibus venerandis tribulibus propter munus procuratorium
peramanter in me collatum gratias egi quam qui maximas, rogavique ut majorum
exemplo quadrumviri partes exeunti mihi demandarentur, tum supplex pro munere
procuratorio stetit se Magister Joannes Longuet vir censorius et celeberrimus
professor emeritus in secundo ordine in cardinalitia, tum supplicavit pro regentia et
scholis jure baccalaureatus in Theologia. Philippe rothomagensis
qui cum recessissent e comitiis, venerandus ordo grata et rata habuit quaecunque
a me per annuum magistratum gesta sunt et eo nomine mihi decrevit litteras
commendatitias, voluit me esse quadrumviram et in procuratorem ornatissimum elegit
unanimi voce aequo et libenti animo dictum Magistrum Longuet omni dignitate
majorem, omni titulo et virtutum genere commendabilem, imprimis studio et amore
erga totam universitatem et venerandam nationem, in rebus academicis versatissimum
et procuratoria purpura dignissimum atq; ita a me procuratore conclusum est deinde receptus
a me ad sacramentum, procurator ornatissimus mox electus me quadrumvirum designatum
vicissim ad jusjurandum recepit. quod attinet ad alterum supplicem Philippe
nimirum, quoniam nondum sacramentum praestitisset apud sacram facultatem
quibam existimarunt non posse admitti in gremium venerandae nationis, at cum
habeat litteras baccalaureatus in Theologia major pars illum admisit, sine suffragio
tamen donec sacramentum solitum praestiterit apud sacram facultatem. et ita a me
conclusum est. in iisdem comitiis statutum est ut vesperae annunciationis
beatae mariae dei genitricis celebrarentur die vigesima quinta martii post missam

Acta
Venerandæ normanorum
Nationis
procuratore Joanne
Longuet de prefontaine
artium doctore
humanitatis professore
emerito
In collegio Cardinalitio
et
antiquo venerandæ nationis
Censore.

Die 23ª mensis martii an. 1737 habita sunt Comitia venerandæ nationis in harcurio, in quibus uno omnium tribulium consensu ego Joannes Longuet Lexoviensis ven. nat. procurator renunciatus sum. magister vero Carolus franciscus pigache Licentiatus theologus, atq; ex munere procuratorio decedens in quadrumvirum electus est. Longuet.

Eâdem die in Comitiis præclaræ artium facultatis apud mathurinenses habitis fasces Rectorij prorogati sunt clarissimo viro magistro Nicolao Piat celeberrimo Rhetorices professori in collegio Sorbonæ: plessæo. Longuet.

Die Sabbati 4º mensis maii habita sunt ordinaria in harcurio ven. nat. Comitia, in quibus dicta fuit dies Lunæ sexta ejusdem mensis, quâ justa persolverentur piis manibus venerandi tribulis magistri de hahoussaye Ebroicensis, viri nobilis, et quondam in masarinæo celeberrimi grammaticæ professoris

Eâdem die accessit supplex magister Adrianus Nicolaus Rolland clericus Rhotomagensis, qui postulavit admitti in gremium ven. nat. jure magisterii in artibus, et baccalaureatus in sacrâ facultate. audito æquissimo Censore unanimi omnium consensu admissus est Longuet

Die 22ª mensis junij habita sunt in collegio justiniano venerandæ nationis Comitia in quibus post sacrum electus est quadrumvir magister gabriel foubert Licentiatus theologus et vir procuratorius.

Eâdem die in Comitijs apud mathurinenses præclaræ artium facultatis horâ sesquidecimâ habitis veneranda natio grata et rata habuit quæcunque Rector amplissimus gessit in suo trimestri magistratui

eiq hoc nomine litteras decreuit Commendatitias etiam per honorificas.
Confirmauit meritissimum quadrumuirum matutinis horis electum magistrum gabrielem foubert Licentiatum theologum & virum procuratorium.
eadem veneranda natio censuit omnibus indulgendum ~~precibus~~ supplicibus, ac praesertim verbis quam fieri potuit honorificentissimis illustrissimo abbati Nicolao Carolo de Saulx de Tauane clerico parisino.
fasces Rectorii prorogati sunt clarissimo viro magistro Nicolao piat celeberrimo Rhetorices professori In sorbona plesseo Longuet.

die vigesimâ octauâ mensis Junij habita sunt in harcurio veneranda nationis Comitia, in quibus post sacrum fusisq; ad Deum omnipotentem precibus propriis manibus magistri Joannis Desauthieux,
1º electi sunt clarissimi uiri, magister Martinus du mesnil Rotomagensis, magister Dominicus morin celeberrimus in Cardinalitio grammaticae professor, magister Jacobus Bindault Baccalaureus theologus, magister phillipus Renatus Cabaret Baccalaureus theologus, qui Candidatorum pro Baccalaureatu in artibus Industriam ac doctrinam tentarent.
2º Nominati sunt in expunctores Rationum fidelissimi quaestoris Magistri Joannis de chantelou, M. Ludouicus Nicolaus Durand celeberrimus in Cardinalitio philosophiae professor emeritus, M. Ludouicus Mustel Baccalaureus theologus, M. franciscus guillelmus Lhermitte celeberrimus in harcurio grammaticae professor, M. philippus Le Cour Baccalaureus theologus.
3º veneranda natio gratias egit amplissimas fidelissimo quaestori Mgtro Joanni de chantelou ob praestitam studiosissimé venerando ordini operam, eidemq; munus quaestorium libentissimé prorogauit. quod quidem abornatissimo procuratore quoad omnia capita Confirmatum est. Longuet
Die 3a augusti habita sunt ordinaria in harcurio post sacrum Comitia, in quibus franciscus le Mercier presbiter sagiensis in gremium ven. nat. gremium iure magesterii in artibus, & baccalaureatus in utroq; iure vnanimi omnium Consensu admissus est.
Die vero 5a eiusdem mensis celebratae sunt duae missae pro piis manibus magistri Caroli legros, et magistri petri Nehou sacrae facultatis Doctoris.
Die decimâ quartâ mensis augusti habita sunt apud Mathurinenses praeclara artium facultatis Comitia, in quibus veneranda natio elegit et Confirmauit clarissimos viros â meritissimis Cancellariis appellatos, qui licentiandorum in artibus vires et solertiam tentarent, alter

apud Beatam mariam nempe magister petrus Salis de la Garenne baccalaureus Theologus et socius Sorbonicus; alterius apud Beatam Genouefam magister Ludouicus fontaine baccalaureus theologus et in Regiâ nauarrâ litterarum professor.

Die decimâ octobris habita sunt in harcurio ueneranda nationis comitia, in quibus quadrumuir electus est magister martinus du mesnil in utroq; jure licentiatus et uir procuratorius.

Idem et pontifex et orator in festum sti Romani electus est.

Eadem die orator jnuitando pontifici Infestum esceptionis Beatæ virginis designatus est magister claudius Emmanuel mariette baccalaureus theologus.

Eadem quoq; die franciscus Ruellon diœcesis Rothomagensis supplicauit pro regentiâ ex scholis, isq; in gremium ven. nat. admissus est sine suffragio. Verum cum laurcam baccalaureatus insuerâ facultate adeptus fuerit, litterasq; testimoniales æquissimo censori exhibuerit, tunc suffragii jure gaudebit.

Die 26a horâ septimâ matutinâ habita sunt apud mathurinenses præclaræ artium facultatis comitia, in quibus magister petrus Bornefoye in utroq; jure licentiatus, et celeberrimus in Lexouio philosophiæ professor in censorem electus est.

Longuet

Die 22a junij placuit ven. ordini, utqui purpureâ toga indui Rectorem amplissimum, cum supplicationes fierent, euntem ac redeuntem comitarentur, ij sportulam acciperent, quo magistris de comitatu designatis erogari solet, ijsdem; præterea de comitatu suo uice designatis decem asses soluerentur. Viginti uero ultrâ portas urbis procedentibus. et ita à me conclusum est.

Longuet

Die Jouis 27o februarij missis per apparitores schedulis habita sunt in aulâ harcuriana extra ordinem comitia, in quibus deputati à fidelissima picardorum natione magistri geffroy et darby auditi sunt, postulantes scilicet ut ordini suo gratis admodum debiti uris onera laboranti, ac propè periturò succurretur ab universitate tanquam à communi ordinum omnium parente.

Re in deliberationem missâ, Rogatis dictisque sententijs, audito integerrimo censore per præsentem conclusionem ven. Ratio facultatem et licentiam dedit amplissimo Rectori, atq; ordinarijs universitatis deputatis suo nomine deprom̃endi ex ærario uniuersitatis et commodandi fidelissimæ picardorum nationi summam quinquaginta mille libellarum, cujus quidem sortis census et usura singulis annis percipiatur juxta denarium 25m: dat præterea

potestatem et authoritatem redigendi ad eundem quo supra denarium summam undecim mille libellarum cum quingentis libellis jam apud praedictam nationem, In foenore positam juxta denarium vigesimum. Nunc itaq; votis fidelissimae nationis libenter indulget veneranda natio, câ tamen lege, ut quicquid occurrerit negotij, illud peragatur de consensu suorum deputatorum, quos, cum deputatis aliorum ordinum fidelissimae nationis precibus annuentium, adesse vult et apellari, ad expendendas conditiones, tum á deputatis fidelissimae nationis propositas, tum ad alias pactiones, quae unâ cum deputatis aliorum ordinum concedentium videbuntur aptiores et simpliciores, atq; etiam supremi senatûs authoritate confirmandae. et ita a me conclusum est

Longuet

die primo martij tres supplices scilicet Joannes Tabarie presbyter Ebroicensis; Joannes michael dadure du marais Constantiensis; Ludovicus Bourse presbyter Rotomagaeus jure magisterij in artibus et Baccalaureatûs in sacra facultate admissi fuere in gremium venerandae nationis & jusjurandum praestiterunt

Longuet.

Die octavo martij an. dom. 1738. missis per apparitores sonedulis habita sunt horâ septimâ matutinâ in sacello harcuriano comitia, in quibus quod dictum est recurrere venerandae nationis vices praesentandi, ut ajunt, ad unum é minoribus beneficiis, quorum collatio ad universitatem parisiensem pleno jure pertinet, ad unam scilicet é capellanijs vulgo dictis de Savoisy, quae nunc vacat per obitum magistri Joannis de Bonnefoeur ultimi possessoris pacifici dictae capellaniae.

Re in deliberationem missa, Rogatis dictisq; sententiis, audito integerrimo censore, fiat uno omnium consensu electus á venerandâ natione Magister Andreas Potier Baccalaureus Theologus in sacrâ facultate parisiensi, vir nobilis & procuratorius, qui universitati parisiensi praesentetur ad dictam capellaniam. & ita a me procuratore conclusum est

Longuet de Prefontaine

hic erit finis eorum quae me procuratore acta sunt in venerandâ natione

Longuet de Prefontaine

Celebratum habita sunt in harcurio V. N. Comitia Ordinaria in quibus M. Crosnier presbyter Constantiensis supplex postulavit admitti in venerandae nationis gremium jure Magisterii Artium, et Baccalaureatûs in Consultissimâ parium facultate. de supplice referente aequis. Censore apparuit illum tribus quidem annis studuisse in Theologiâ, sed Baccalaureatum cujus titulo supplicabat Beneficio aetatis comparavisse. reiteq; ad deliberandum propositâ, in duas sententias abiere Ven. Tribules, alii nempé supplicem (gratiae et favoris ampliandi causa) admitti posse, rejiciendum censuerunt alii causantes sequentem Conclusionem cujus haec sunt verba: Cautum est Conclusione latâ pridie Calendas januarias an. 1672. et confirmatâ cum per decreta ab universâ Artium facultate latâ 20. et 27. octobris et 15. decembris 1674 — tum per sententiam Tribunalis Academici Contradictorié latam 1. Aprilis 1730. Ne quis é Consultissimâ facultate sive Baccalaureus sive Licentiatus inter Contribules scribatur, nisi per tres annos integros duorum professorum lectiones audiverit et scripserit, juxta probatum morem sacrae Theolg. facultatis; gradumque Magisterii Artium per biennium philosophicum adeptus sit. II. hujus Conclusionis alii aliter interpretati sunt sensum. qui supplicem in Album venerandorum procerum referri cupiebant dixerunt has voces (nisi per tres annos integros duorum professorum lectiones audiverit et scripserit) intelligendas non esse de studio, nec de professoribus in Consultissimâ facultate: qui vero rejectum volebant eundem supplicem contrariam ferebant sententiam; quia nempé dicta verba (nisi per tres &c...) erant absolutè intelligenda de studii tempore et professoribus illius facultatis de cujus scholasticis seu studentibus ex professo lata fuerat Conclusio. Cum ergo de vero hujus Conclusioni, sensu inter suffragantes controversia movebatur, postulavi ut (pacis et concordiae causâ) ad proximâ Comitia remitteretur dirimenda, donec scilicet vel é venerandae nationis, vel universitatis commentariis perlustratis verus et genuinus laudatae Conclusionis sensus colligeretur: verum qui supplici indulgentes illum admittere volebant, statim contra propositionem meam tumultuosé reclamarunt, et quia numero vincebant postularunt ut hic et nunc cum ipsis concluderem; quod invitus et contra propriam sententiam concessi. deinde dictus M. Crosnier solitum praestitit sacramentum. interim M. Poitevin tam suo ~~[illegible]~~ + quam rejicientium nomine intercessit quominus presens Conclusio suum sortiretur effectum. et suae intercessionis actum postulavit. quem illi dedi. Parisy

Die 5a decembris post vesperas Sti Nicolai habita sunt extra ordinem Comitia in quibus ~~[illegible]~~ M. M. Petrus de L'Eclaze presb. sag. Michael maria Bonnet Rot. et M. Poitevin supplicarunt pro Regentiâ et scholis. de ipsis audito Aequissimo Censore, et re ad deliberandum propositâ, admissi sunt in gremium V. Ord. et solitum sacramentum praestiterunt. Parisy

Sabbato die 8a decembris post sacrum habita sunt in harcurio V. N. Comitia ordinaria in quibus

Acta Venerandæ Nationis

Procuratore M. Jacobo Ludovico Parisy

presbytero Constantiensi, socio Harcuriano

Et

sacræ facultatis parisiensis Licentiato Theologo.

Anno reparatæ salutis humanæ 1738. Die veró Lunæ 24 mensis martii post sacrum de more celebratum habita sunt in harcurio ordinaria V. N. Comitia in quibus renunciatus sum procurator; deindé M. joannes Longuet de prefontaines exprocurator dictus est Quatuorvir. Parisy

Eodem die horâ 10ª in Comitiis præclaræ Artium facultis apud Mathurinenses habitis Ampl. DD. Rectori Nicolao Piat (omnium votis in unum conspirantibus) prorogati sunt fasces Rectorii. Parisy

Sabbato die 3ª mensis maij habita sunt in Harcurio Ven. Nat. ordinaria Comitia in quibus Orn. procurator verba faciens de pecuniâ ab Universitate apud fidelissimam Nationem in fœnore collocandâ, præsentem hujus negotii statum breviter exposuit, et palám lecto virorum forentium qui Universitatis sunt a Consiliis responso super postulatione fid. Nat. audito æquis. Censore, re ad deliberandum propositâ, rogatis dictisque sententiis; unanimi omnium consensu placuit standum esse conclusione latâ die 27ª mensis febr. 1738. adeoque collocandam esse apud fid. Nat. pecuniam quam per suos Legatos ab Universitate postulaverat, adhibitis tamen conditionibus, et cautionibus in tali negotio assuetis et necessariis; et sic a me conclusum fuit. Parisy

Die Martis 10ª junii (præmissis per Apparitores schedulis) habita sunt in harcurio extraordinem Ven. Nat. Comitia in quibus D. henricus de Ramsay postulavit eligi in Majorem Tabellarium Roth. Re ad deliberandum ppositâ audito æquis. Censore placuit dictum D. De Ramsay eligi in Maj. Tabellarium Rothomagensem (salvo tamen jure Ven. Nationis; et ita a me conclusum fuit deinde nos nomine totius Ven. Ord. Litteras nominationis sigillo et chirographo nostris munitas ipsi tradidimus post solitum sacramentum inter manus nostras publice præstitum. Parisy

Die Lunæ 23ª junii post sacrum habita sunt in justitiano Comitia quadrumuiralia in quibus M. Andreas potier vir procuratorius electus est quadrumuir; eodemque die in praclara Artium facultatis Comitiis Rectoriis apud Mathurinenses habitis renuntiatus est Rector ampl. M. Nicolaus Piat. in iisdem Comitiis auditi sunt fid. mal. deputati MM. Geffroy et Darly qui sui ordinis nomine verbis quam potuerunt gratissimis gratias egerunt ven. nationi propter pecuniam ipsis concessam. Parisy

Die 28. junii habita sunt in harcurio Comitia Quæstoria in quibus M. Ludovicus fontaine Celeberrimus professor in Regia Navarrâ electus est in fidelis. Quæstorem. 2º quatuor deputati sunt Magistri ad tentandas vires Candidatorum Baccalaureatûs Artium; franciscus Roussel philosophiæ professor emeritus, et MM. Josse, Rolland et Josse Baccalaurei. 3º deniq; quatuor rationum fidelis. Quæstoris expunctores nominavi MM. Longuet, Broquet, Dagoumer et Tesson Parisy

Eodem die hora post meridiem quintâ, me presente, auditæ, expunctæ, et probatæ fuerunt rationes Quæsturæ M. de chantelou exquestoris a die 28ª junii 1737. ad 28. junii 1738. Totalis summa acceptæ pecuniæ dedit 5544tt 12s.
impensæ pecuniæ — 4830 - 10 - 9
et superstitis — — 714 - 1 - 3

hoc pecuniæ residuum 714tt 1s. 3d. apud M. de chantelou exquestorem duximus deponendum, donec M. fontaine de novo quæstor sufficientem cautionem ven. nationi exhibuisset. ita testor. v. n. procurator. Parisy

Die mercurii 2ª julii post sacrum habita sunt v. n. Comitia in quibus Ovn. procurator ~~[illegible]~~ fecit omnibus quæ gesta sunt in expungendis rationibus quæsturæ dicti M. de chantelou: de quibus audito æquis. censore, v. n. rata et grata habuit quæ peracta sunt in dictis rationibus expungendis: deinde publicè lectum fuit instrumentum a duobus Notariis subscriptum quo constat. D. Witte Bibliopolam parisiis commorantem viâ sanjacobæâ pro M. fontaine recens Quæstore electo spondere ad Majorem v. n. denariorum securitatem: eâ de re audito æquissimo censore dictum cautionis instrumentum sufficiens habitum fuit; atque adeò jussit v. natio ut M. fontaine summam 714tt 1s. 3 apud M. de chantelou exquæstoris depositam reciperet. et sic a me conclusum fuit. Parisy

Sabbato 4º Octobris habita sunt Comitia in quibus M. Le vallois Magister in Artibus supplicavit pro Regentiâ et scholis; re ad deliberandum proposita, admissus est sine suffragio donec in sacra Theologia Baccalaureatus gradum fuerit adeptus et ita a me conclusum est. Parisy

Decimo octobris die an. 1738. post sacrum de more deo oblatum habita sunt in harcurio venerandæ Nationis Comitia Quadrumuiralia in quibus 1º Elegi pontificem in festum Sti Romani M. Rouget. 2º M. Bindaut oratorem invitando pontifici in festum Conceptionis B. V. M. 3º pro munere Quadrumuiri duo supplices accessêre Clarissimi viri MM. Poitevin in Bellovaco et Josse in Lexovæo professores: de utroque supplice a Comitiis egresso, antequam ~~[illegible]~~ audiretur æquis. censor

Ego procurator imminentem Nationis diuisionem meritò suspicatus propter majores nonnullorum sollicitationes et ambitus (quo in casu solo) suffragantium numeri ratio habenda est; postulaui ut à comitiis abirent qui in talibus Electionibus suffragio gaudere non debent, uti in omnibus V. Nationis comitiorum tabulis annotatum est. Et juxtà Duo supremæ Curiæ parisiensis senatus consulta Diebus 29 Aprilis 1670, et 21 Martii 1713 Lata; simul et [redacted] V. Nationis Conclusiones [redacted] # quibus in Conclusionibus V. ordo summa reuerentiâ ultrò se parêre profitetur duobus dictis senatus-consultis quibus cautum est ne quis deinceps in Electionibus quadrumuiralibus jure suffragii gaudere possit nisi trigesimum suæ ætatis annum compleuerit. his omnibus instrumentis publice lectis et relectis rogaui ut qui dictum ætatis annum nundum attigissent a comitiis exirent aut sine suffragio remanerent. verùm juniores cum uno aut altero seniore reclamantes dixerunt se paratos quidem esse obedire dictis senatus-consultis in posterùm; modò hæc præsens quatuor-uiri Electio fieret nulla habita ratione dictorum S. C. hac uice tantùm. Tunc Ego pro munere meo procuratoris, senatus consultorum uindex existens, (et ita requirente Meritissimo Uniuersitatis syndico cujus curæ talium executio specialiter est demandata) talem sententiam utpote Majorum Nostrorum memoriæ, immo supremæ Curiæ parisiensis autoritati injuriosam pro uiribus meis penitùs rejeci, et illicò postulaui, ut quatuor uir Eligeretur ab iis quos trigesimum ætatis suæ annum compleuisse constaret. Vix audita meâ postulatione turbæ et vociferationes vernaculæ a junioribus ortæ ita perturbarunt omnia, ut nec mihi, nec sapientioribus quidquam consulendi copia relinqueretur. quapropter de consilio sapient. Decani et seniorum qui rogauerunt ut pro meo procuratoris munere Quadrumuiri uices gerere uellem, comitia dissolui et discessi. Me autem Egresso juniores cum paucis senioribus (spretâ senatus C. autoritate) M. josse in quadrumuirum eligere ausi sunt. Quibus non sine animi dolore auditis, Eodem die in comitiis generalibus præclaræ Artium facultatis apud Math. habitis rem integram retuli. De quibus audito meritissimo syndico M. gibert. 1° Electio M. josse irritata fuit; 2° illius fautores culpam suam agnoscentes dictis S. Consultis reuerentiam et obedientiam actualem promiserunt. Ego uero jure meo procuratoris uti nolens, pacis nempè et concordiæ causâ, per apparitores Ven. proceribus conuocatis in loco solito quem uellent in quadrumuirum eligendi copiam feci; modo tamen et saluo meo procuratoris jure, et a ferendo suffragio abstinerent qui triginta annis minores se profiterentur. De hac re audito æquissimo censore, placuit (nemine reclamante) ab æquis. censore ætate minores segregari: quo facto, rogatis dictisque sententiis, Ego Electus sum in quadrum-uirum: Et fasces rectorii unanimi uoce prorogati sunt M. Nicolae piat. Quæ quidem prorogatio ab omnibus cum plausu nationibus probata et confirmata fuit. Parisy

Linea hæc septima deleta est propter repetionem simul et unum uerbum in superiori. Parisy

Sabbato 11 octobris post oblatum deo sacrum pro piis manibus M. Le Felier Rothomagensis, quod quidem indicatum fuerat in comitiis ordinariis quarto die eiusdem mensis; habita est in Harcurio V. N. Comitia in quibus Ornatis procurator de comitiis hesternis tum quadrumviralibus in Harcurio, tum Rectoriis in Mathurinensi habitis verba fecit, et iterum legit supremae curiae parisiensis S. Consultum die 29 aprilis an 1670 latum, simul et conclusionem a V. Natione latam die 7 junii ejusdem anni 1670; quibus a suffragio in comitiis quadrumviralibus ferendo arcentur qui trigesimum suae aetatis annum nundum compleuêre. deindé postulauit, ut omni eadem difficultati eatur, aliquam iniri viam cujusque aetatis certo dignoscendae. re ad deliberandum proposita, audito prius aequissimo censore, unanimi omnium consensu placuit 1° neminem in gremium V. N. deinceps admitti priusquam coram Veneranda Natione tabulis locupletibus et autenticis aetatis suae annum probauerit juxta modo laudatam conclusionem. 2° eos qui ab anno 1730 in album ven. tribulium referuntur idem praestare antequam in comitiis quadrumviralibus suffragii jure gaudere possint. 3° denique quorum aetas recognita fuerit, eorum nomina in tabulam referri, ut iis antequamlibet quadrumviri electionem palam recitatis, statim appareat quinam in dictâ electione suffragiam ferre debeant. Et ita à me conclusum est. Parisy

Die octobris 27. apud Mathurinenses habita sunt praeclarae Artium facultatis comitia censoria in quibus M. Jacobus le Maistre Licentiatus Theologus electus est in censorem aequissimum pro V. Natione; et sic a me conclusum fuit. deinde cum tribus aliis de novo creatis censoribus Amplissimo Rectori publicè solitum praestitit sacramentum. Parisy

Sabbato Die 8a novembris post sacrum de more celebratum habita sunt in Harcurio V. Nationis comitia mestrua in quibus M. Crosnier supplex postulauit admitti in gremium ven. nat. jure Magisterii Artium et Baccalaureatûs. de quo supplice audito aequis. censore apparuit dictum M. Crosnier tribus annis in Theologia studuisse, sed Baccalaureatum cujus titulo supplicauerat Beneficio aetatis in consultis. jurium facultate comparauisse. re itaque ad deliberandum proposita, in duas sententias abierunt venerandi tribules; alii, favoris ampliandi causâ, supplicem admitti posse censuerunt, rejiciendum alii causantes conclusionem latam pridié Cal. Jan. cum autem hanc conclusionem alii aliter interpretarentur, Ego (pacis et concordiae causâ) rogaui praesens controversia ad proxima comitia remitteretur dirimenda, donec scilicet V. nat. ~~aut~~ etiam Universitatis commentariis perlustratis verus et genuinus dictae conclusionis sensus aperte colligeretur. verum supplici indulgentes contra meam propositionem tumultuosé reclamarunt, et quia suis ambitibus numero tunc vincebant, postularunt ut hic et nunc cum ipsis concluderem, quod invitus et contrà propriam sententiam feci. Interim M. Poitevin vir procuratorius tam suo quam rejicientium nomine intercessit quominus dictus M. Crosnier inter ven. tribules adscribatur, et suae intercessionis actum postulauit quem ipsi ~~et sui~~ concessi postquam relectis hujusce commentarii actis aperte novi M. Crosnier rejiciendum esse juxta tenorem alterius conclusionis latae 1° Aprilis 1730 per modum explicationis concluonis ~~de~~ cujus sensus dubius videbatur, et de quo in his comitiis mota erat controversia. Parisy

In iisdem Comitiis publicè Legi Conclusionem latam 11° octobris de ætate requisita in Electionibus quadrimestribus; ipsamque (nemine reclamante) priori Apparitori nostro tradidi ad omnes quos spectabit Tribulos deferendam ut omnis ignorantia tolleretur præteritæ. Parisy

Die Lunæ octavo Decembris post vesperas habita sunt Comitia horis matutinis post sacrum indicta in quibus verba fecit Vvn. procurator de Clamoribus et ambitibus in Comitiis ita crescentibus, ut, quotiès res controversiis subjecta ad deliberandum proponebatur, pax et concordia nimio partium studio sollicitari vel etiam solvi videretur. quapropter postulavit ut his motibus et sollicitationibus obviam certo iretur, et exposuit meliùs via Scrutinii quam publici suffragii controversias omnes possedivini; Cum et Libertas major esset in scrutinio, et amicorum Laudandorum in ferendo suffragio timor abesset; quæ duo ad pacem, et Concordiam maximè maximè videbantur opportuna. postea retulit plurima exempla quibus constabat illam quam proponebat Scrutinii viam a majoribus nostris totiès fuisse usurpatam, quotiès de Conferendis muneribus aut Conclusionibus ferendis aliqua inter suffragantes oriebatur Controversia: re ad deliberandum proposità, audito prius acquis. Censore hanc Scrutinii viam valdè probarunt octo supra viginti Magistri antiqui, illam vero rejecerunt ~~tres~~ triginta et tres quibus cum invitus et coacta propriam Sententiam Conclusit. Vvn. Procurator. in iisdem Comitiis acquis. Censore de pluribus Capitibus disserens postulavit ut singula in deliberationem mitterentur; quia vero Vvn. procurator optimè sciebat ex dictis Capitibus aliaquin depromita fuisse unanimi omnium tribuum Consensu; alia autem Segmenta Curiæ pro autoritati injuriosa postulationi acquiescere non annuit, Comitia dissolvit et dissolvuntur est. Parisy

Die quarta mensis ejusdem. hora decima matutina eâ quâ par erat funebri pompâ Dei optimi Clarissimi qui anima est M. Ludovici Le Sauvage Normandi Nationis quondam decani oblatum fuit solemne Sacrum. Parisy

Die decima januarii habita sunt post sacrum in Rotundo Comitia v. n. ordinaria in quibus Lecto supplici libello quo M. Joannes Playne Eloquentiæ professor in Lexoviso postulabat a praclarâ artium facultate, ut hac ad partes suas accederet in lite pendente apud Supremam Curiam pro Canonicatu et prebenda in honorati parisiis, adversus M. de gord Sacræ facultatis parisiensis Doctorem Theologum ad cujus partes antèà, die scilicet prima mensis decembris anni 1738 accesserat sacra facultas: re in deliberationem missâ, audito prius acquissimo Censore placuit Dicto M. playne postulationi annuere. Et sic a me conclusum est. l. Parisy

Ordo et nomina Magistrorum qui me procuratore in gremium Venerandæ Nationis admissi sunt a 24 martii an. 1738. ad 21. martii anni 1739

1738. 12 Aprilis M. franc. verrier de lignry Bac. Sagiensis
3. Maij M. Aug. ~~Maria Claud~~ Guil. Jos. Rose prof. Rot.
7. junii. M. Renat. Maria Claudius de Bastard de fontenay Bac. Rot.
2. Augus. M. Marinus Euurtius Cauey Licent. in utraque jure. Constant.
4. octobris M. petrus preuel Bac. Rot
M. Robertus Barois Bac. Rot
M. Robertus quesney Bac. Rot
M. Michael Roulland Bac. Rot.
M. Antonius Le vallois Const. sine suffragio usque ad 7m martii 1739.
21. nouembris M. joan. Baptista Cotel Licent. Th. Const.
5. xbris M. Mathæus poctevin Bac. Sagiensis
M. petrus Mathurinus de L'Ecluse Bac. Sag.
M. Michael Maria Bonnet Bac. Rot.
1739. 10. januarii M. Tussanus Jacob. paillard du Bourgeuil Bac. Sag
M. petrus Leguillon Bac. Rot.
7. Martii. M. Nicolaus philippus Le hot Bac. Rot.
M. jacobus Robertus Nic. Danneuille de chiffreuast Bac Const.

Parisy

Sabbato 21. Martii an. 1739 habitat sunt in antecessum V. nationis Comitia in quibus M. Josse grammatices professor Celeberrimus in quadrum virum, et M. Durand pphiæ professor emeritus in procuratorem electi sunt suffragiorum pluritate et sic a me procuratore conclusum est. Parisy

Sic erit finis eorum quæ M. Jac. Lud. Parisy procuratore peracta sunt in Veneranda Normannorum Natione a 24 die mensis martii an. 1738 ad 21am ejusdem mensis an. 1739. Parisy

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES
BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ



CATALOGVS

Procuratorum Venerandorum.

ab An. 1711. ad an.

M. Ludouicus le Bouc Ebroicus, in Collegio Sorbonæ – plessæo professor Emer. Quartanus, antèa in secundo Ordine Regens in Bellouaco, Electus procurator die 24. Mart. 1711.

M. franciscus Roussel Sacræ facult. paris. Licentiatus Theologus, Diœcesis Lexouiensis, in procuratorem assumptus est die 19. Mart. pridiè Dominicæ palmarum, an. 1712.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ

CATALOGVS

Procuratorum

Venerandorum.

BIBLIOTHEQUE * DE L'UNIVERSITE *